
CONTROVERSIAR. METAPHYSICALIV.
Inter Scotistas
In quibus potiores difficultates examinantur
atque germana mens Scoti aperitur
TOMVS VNICVS
Auctore P. Mag. Alexandro Rubeo de Lugo Ord.
Min. Con. S.ti Fran.ci Olim in Colleg. Sac. Assisiensi et Bon
oniensi Regente nunc Suę Prouin. perpetuo diffinitõ
Eminentiss.o Principi IO: STEPHANO
Cardinali Donghio etc.
Bononię Typis Io. Baptistę
Ferronij. 1653
Dominicus Fontana F.B.

EMINENTISSIMO
ac Reuerendiſs. Principi D.
D. IO. STEPHANO
DONGHIO
S. R. E. CARD. AMPLISSIMO
Imolæq; Epiſcopo Vigilantiſsimo.

Fr. Alexander Rubeus de Lugo Min. Con. D. D. D.

R*Ectè ſanè, ac ſapienter tibi debentur (Eminentiſs. Cardinalis) hæ lucubrationes, quæ tenuioris ingenij partus, & elaborata titubantis mentis opuſcula, iure meritò te vnum diù ſuſpirarunt, cuius Patrocinio ſolidata, nullam perſcrutantium audaciam, nullum fulmen pertimeſcant. Diù in vmbris delituerunt Metaphyſicales hæ Diſputationes; verùm ſtatim ac tui Nominis gloriam, tuæ famam Aequitatis præſenſerũt, è tenebris ſunt excitatæ. Hic accurrit Purpuræ ſplendor, cuius è radijs iam emendicatam trahentes*

lucem, melius enitescent. Fauet morum integritas, virtutum copia, quibus animum ità excolis, & exornas, vt ingenuos quosque, & nobiles spiritus in tui amorem, & admirationem abripias. In hac suaui Virtutum temperie, in vera veluti Schola, vnaquaeq; de Palma, & Principatu splendidè praeliantur. Tibi igitur hoc opus addico, qui concinna virtutum omnium structura veram spiras Sapientiam; qui inter Vaticani Coetus Ardores, Politica munia exhibes; ac inter tot Purpuratos, quos Ianuensis Respublica, veluti foecunda Mater, protulit Patres, te vnum Fama celebrat, Orbis veneratur; cuius Gentilitio in Stemmate, Augusta, Regiaq; extolluntur Insignia, quae quodammodo in Aenigmate totius Orbis Regnum tibi aliquandò augurantur. Hoc, inquam, opus ad mentem Subtilissimi Doctoris nostri Ioannis Duns Scoti, dico, & consacro; & te, quem mea Patria Patronum destinauit, ego ipse libentius eligo; & precor, vt meis Votis, tuae arrideat aura Humanitatis.

Vale.

Ap-

Approbatio Adm. Reu. P. F. Lælij Spada Fauentini Ord. Min. Conu. S. Francisci, Artium, & Sac. Theol. Doct. olim in Collegijs Neap. & Assis. Reg. nunc Prouinciæ Bonon. perpetui Definit. & Patris.

Metaphysicales Controuersias ab Adm. R. P. Mag. Alexandro Rubeo de Lugo Min. Con. S. Francisci olim Regente Collegiorum Assis. & Bonon. nunc Prouinciæ Bonon. Definitore perpetuo, & Patre elaboratas, iussu Reuerendiss. Pat. Mag. Felicis Gabriellij de Asculo vniuersi Ord. Min. Con. Ministri Generalis, & in Sacra Rituum Congreg. SS. D. N. Innocentij X. Consultoris vidi, & perlegi, easq; sicuti ingeniosa subtilitate refertas reperi, ita consonas fidei Cath. & sacris moribus; Quare ob Studiosorum Scot. vtilitatem, Religionis decorem, necnon Auctoris laudem typis mandari dijudico. Dat. Fauentiæ in nostro Conuentu S. Francisci Min. Con. die Immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ Ordinis nostri Patronæ Anno 1654.

Ego Fr. Lælius Spada Fauentinus.

V. Don Iuuentius Tortus Rector Pœnit. Bonon. pro Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Hieronymo Boncompagno Archiepisc. Bonon. & Principe.

Vidi Fr. Iulius Vincentius Gentilis Ord. Præd. S. Theol. Mag. ac Met. pub. professor pro Reuerendiss. P. Mag. Inquisit. Bonon.

Imprimatur. F. Gulielmus Inquisit. Bonon.

Approbatio Adm. Reu. P. F. Io. Philippi Siroli de Lugo Ord. Min. Con. Art. & Sac. Theol. ex Romano Collegio Doct. olim Colleg. Bonon. Reg. nunc Prouinc. Bonon. Definit. perpetuo.

EX commissione Reuerendissimi P. Mag. Felicis Gabrielly de Asculo Ord. Min. Con. Ministri Generalis, & in Sac. Rituum Congreg. SS. D. N. Innocenty X. Consultoris, Ego Fr. Io. Philippus qui supra, Controuersias Metaphysicales inter Scotistas ab Admodum R. P. Mag. Alexandro Rubeo de Lugo olim in Colleg. Assis. & Bonon. Regente, nunc Prouinciæ Bonon. perpetuo Definit. summa diligentia, studio, ac subtilitate, ad mentem subtilissimi Doct. elaboratas, ac editas accuratissimè perlegi; & nō solum in eis quicquid, quod sit, vel bonis moribus, vel sacræ Fidei dissonum reperi; verum multum Scotist. vtilitati prodesse ad germanam Doct. intelligentiam habendam agnoui; quapropter ne tam vtile opus in occulto delitescens commune præiudicet vtilitati, typis mandari censeo, & obnixè deprecor. Dat. Lugi die 12. Decembris 1654.

Ego Fr. Io. Philippus Sirolus de Lugo.

Fr. Felix Gabriellius de Asculo Art. & Sac. Theol. Doctor, Vniuersi Ord. Min. S. Francisci Conu. Minister Gener. & in S. Rituum Congreg. SS. D. N. Papæ Consultor.

OPus, cui titulus, Controuersiæ Metaphysicales inter Scotistas &c. à P. Mag. Alexandro Rubeo de Lugo elaboratum, & à Patribus à Nobis deputatis visum, & quod nihil contra Catholicam fidem, aut Christianos mores contineat approbatum; vt ad Nostrę Religionis decorem, & Studiosorum vtilitatem Prelo concedi possit, seruatis seruandis, quantum in Nobis est, his Nostris licentiam concedimus. In fidem &c.

Dat. Romæ Die 23. Decembris 1654.

F. Felix Gabriellius de Asculo Minister Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

F. Bernardinus Sacchius à Fabriano Secret. Ord. & Assistens, ac Prouinc. Daniæ.

Beneuole Lector.

QVod à partu Theologicarum Controuersiarum inter Thomisticos, & Scoticos Heroes, promissò, nunc Metaphysicalium inter Scotistas Aristathlos alium tibi supponam, admirationi tuus, ne succumbat, animus. Quoniam ad rerum, ac temporum vicissitudines, sapientis est mutare consilium; & eò consultiùs, & libentiùs in hanc deliberationem deflexi, quò ad aures mihi peruenit, Aureum calamum Mastrij Dædalei immortalitate dignum, quia suo nomini, Scotistis, cæterisq; virtute præditis, sudoris atramento, ac operum fœtibus immortalitatem peperit, quem semper vt Præceptorem venerabor, tamquam in Heraclio lapide hanc lineam efformasse, ipsisq; Controuersijs circulum donasse. Hinc ad Metaphysicales animum conuerti, vt alicuius difficultatis tenebra adhuc deturpatas Scotico restituerem candori. Sustineas igitur interim, vt huic Aquilæ cedam, & opportuniorem temporis fœlicitatem ad promissum implendum expectem.

Vale.

Con-

CONTROVERSIA PRIMA.

An Conceptui formali Entis correſpondeat propria realitas.

QVæſtio ſupponit cum Scoto ens dicere propriū cōceptum formalem,& obiectiuum, vt colligitur ex ipſo p.d. 3.q. 2.§. 2. *non aſſerendo*, & d.8.q.3.§. *contra iſtam quaſt.* Differunt .n. conceptus formalis ,& obiectiuus, cò quia conceptus formalis , cum ſit ipſa intellectio , & expreſſio conceptus obiectiui , dicitur cōceptus,quia eſt proles mentis , dicitur formalis , quia per ipsū formaliter intelligimus, obiectiuus eſt ipſa res mente concepta , vel menti præſentata , & dicitur conceptus denominatione extrinſeca à cōceptu formali deſumpta,dicitur obiectiuus, quia dum res cōcipitur non ſe habet vt forma inhærens potentiæ concipienti, ſed eidem mēti vt conſideranda obijcitur,& præſentatur. Differūt etiam iſti conceptus inter ſe , quia formalis ſemper eſt vera res menti inhærens,obiectiuus minimè,cū ſit etiam entis rationis, & priuationū, formalis ſemper ſingularis, & determinatus,obiectiuus verò minimè , quia etiā ſingularia, & vniuerſalia intelliguntur, ens ergo vtrumq; cōceptum proprium,& diſtinctum à ſuis inferioribus habet, vt clare patet, nam intellectus eſt certus de aliquibus videlicet Cœlum mouentibus , quod ſunt entia , & dubitat de conceptibus diſiunctis,& particularibus .ſ. de cōceptu Dei, & Creaturæ , quia dubitat, an tale mouēs ſit Deus, vel Creatura ,ergo eſt alius conceptus obiectiuus,& formalis entis in com-

Ens habet concept.formalē, & obiect.

Quomo diſtingu.

communi à conceptu Dei, & Creaturæ, patet, quia huiusmodi conceptus particulares faciunt dubitationem, scilicet conceptus Dei, & Creaturæ, Intellectus cognoscit in illis conceptum entis, & inuestigat cõceptus particularium, quod contingere non posset si illi conceptus non essent inter se distincti, Primò apprehenditur conceptus entis in conceptibus particularibus antequã conceptus formalis, & obiectiuus particularium concipiantur, cum enim prima apprehensione aliquid apprehenditur nõ est necesse vt apprehendatur, an sit à se, vel ab alio, si ergo est certitudo de aliquo conceptu obiectiuo ante certitudinẽ particularium, oportet asserere esse distinctos conceptus obiectiuos, aliter idem conciperetur, & non conciperetur, ignoraretur, & sciretur, quæ omnia sunt falsa, & absurda; insuper quotiescumque aliquid competit alicui, & repugnat alteri, oportet aliquam distinctionem inter illa admittere, repugnat autẽ conceptui obiectiuo particularium finitas, v.g. conceptui Deitatis, & conceptui Creaturæ repugnat infinitas, & tamen conueniunt vtraque scilicet finitas, & infinitas permissiuè saltim enti in communi, Deitati similiter competit Beatificare, non enti in quantum ens, aliter omne ens beatificaret, conceptus entis est non repugnans omnibus particularibus, conceptus Dei, vel Creaturę repugnans omnibus, & non conueniens omnibus, conceptus entis transcendens, conceptus Dei, & Creaturæ non transcendens, hæc omnia distinctionem supponunt, vt optimè discurrit Mayron q.7. prologi, & ista probant non solum diuersitatem secundum quid scilicet secundum maiorem, vel minorem expræssionem, sed diuersitatem simpliciter, quomodo enim enti vt sic posset conuenire id, quod repugnat inferioribus, si ens vt sic non diceret conceptum simpliciter distinctum, sed solum distinctum secundum minorem, vel maiorem expressionem, cum expressio maior, vel minor de eodem conceptu obiectiuo non possit esse ratio cur hoc illi conueniat, & simul repugnet, eo quia conuenientia, & repugnantia alicuius prædicati attenditur penes rationem formalem illius, cui conuenit, vel cui repugnat, vt Scotus habet p. d.36. q.vn. M, & 43 D. E. quia enim homini in quantum homo intrinsecè con-

Ens 1. apprẹhẽditur & conceptu distincto.

Conuen. & repugnan. infert dist. simpliciter.

Cõcept. entis est simpliciter dist.

conuenit risibilitas, & repugnat rudibilitas, quomodocúque homo exprimatur, seu intelligatur, quod sibi repugnat nunquam potest illi conuenire, & quod sibi conuenit nullo modo sibi repugnare, aliter res concepta nō esset amplius res, & ratio hominis, sed alia ratio, & alia res, & ita concipiens erraret; Quantum ergo ad istam partem nulla extat difficultas inter Scotistas de conceptu .s. formali, & obiectiuo entis, sed solū inter Thomistas; difficultas ergo solum est, an tali cōceptui correspōdeat realitas vna propria, & adæquata, vel plures particularium, seu an talis præcisio antecedat operationem intellectus, ita quod ex natura rei, & formaliter alia sit realitas entis in communi à realitatibus particularium, an potius sit tantum præcisio intellectus abstrahentis conceptum, & rationem entis à realitatibus inferiorum, & quia datur ens commune Deo, Creaturis, Substantiæ, & Accidenti, & ens solum cōmune ad decem genera videlicet ens limitatum, & de vtroq; contendunt Scotistę, de vtroq; pariter erit sermo, & pro decisione quæstionis.

Not. Primo ex Sco. p. d. 8. q. 3. § *teneo opinionem meam* nihil commune Deo, & creaturis posse habere rationem generis, eo quia genus secundum rationē generis est in potentia ad vlteriorem perfectionem recipiendam, cum genus ex se non sit necesse esse, & in vltimo actu existentiæ, aliter genus in suo conceptu formali includeret differentias, quod est contra rationem generis, vel ergo ratio generis sumitur à forma, & a re distincta ab illa, à qua sumitur ratio differētiæ, ponēdo pluralitatem formarum in homine, & tūc realiter forma, à qua sumitur ratio generis est verè in potentia ad formam, a qua sumitur ratio differentiæ, & verè perficitur ab illa forma; vel sumitur ab alia realitate distincta ex natura rei à realitate à qua sumitur ratio differentiæ veluti contingit in accidentibus, & adhuc stat vera potentialitas Generis, & vera perfectio realitatis ipsius à realitate differentiæ, *nam sit prima realitas A, secunda B, A, secundum se est potentiale ad B, ita quod præcisè intelligendo A, & præcisè intelligendo B, A, vt intelligitur in primo instanti naturæ, in quo præcisè est, ipsum est perfectibile per B, sicut si esset res alia, sed quod non perficiatur realiter per*

Cōmune Deo non est in Genere.

Genus non includit differentias.

Ab alio sumitur ratio Generis, & differ.

B. hoc est propter identitatem, A, & B, ad aliquod totum cui realiter prima sunt eadem, quod quidem totum producitur, & in ipso toto ambæ realitates producuntur, si tamen altera istarum sine altera produceretur, verè esset potentialis ad eam, & verè esset imperfecta sine alia. Ita Scotus, qua doctrina etiam probat dato tali casu scilicet de realitate communi Deo, & Creaturis cõtrahibili ad Deum, & Creaturam à priori, quia semper ex se, & intrinsecè potentialis esset, consequenter non necesse esse, & in se inspecta non esset in vltimo gradu perfectionis, quod tamen sco. cit. litt. L. habet pro maximo incõueniẽti, quia tunc id, quod est necesse esse esset constitutum ex eo, quod non est necesse esse, & hoc etiam probat ponendo illam realitatem communem Deo, & Creaturis contrahibilem esse solũ per modos, nam cum illa realitas (saltim in aliquo priori naturæ) sit vere à parte rei cõtrahibilis, & prior natura ipsis modis contrahentibus, non videtur saluari posse, quin sit ex se potentialis ad perfici, cum illa entitas secundum suum cõceptum, & quidditatem præcisè inspectam ita præscindat à modis ipsam cõtrahentibus, veluti genus præscindit à differẽtijs simul cum genere speciem constituentibus, & sit ita præcisio antecedens opus intellectus, veluti præcisio generis à differentijs antecedit quãcumque intellectus operationem, & cum modus additus rei non variet rationem formalem rei, cui additur, talis realitas semper (etiam in Deo) tenebit hanc potentialitatem, imò hęc realitas, seu natura esset magis potentialis animalitate, quia hæc solum est potentialis respectu rationalitatis, & irrationalitatis, illa vero realitas esset potentialis ad omnes prorsus differentias creatas, & ad Deum, hinc in Deo esset aliquid quod ex se, & intrinsecè non esset necesse esse, quia verè posset reperiri, & esse prædicatum quidditatiuum creaturæ, cum illa realitas entis, quæ est in Deo sit eiusdem rationis cum realitate entis, quæ est prædicatum quidditatiuum creaturæ, non currit tamen paritas de essentia, & eius infinitate, quæ secundum communem sententiam scotistarum non est de quidditate Diuinæ essentiæ ex sco. p. d. 8. q. 3. §. *ad primum principale* cum non variet rationem eius, & quol. 5. & 6. supra D. eo quia licet Essentia Diuina præcisè in

Diff. in sco de infinitate.

in specta, & in priori instanti naturæ non includat infinitatem, cum dimanet ab ipsa, non dicitur tamen potentialis, sicut diceretur illa realitas, nam hæc realitas esset potentialis ad contradictoria, cũ sit etiam communis creaturæ, essentia verò Diuina dicitur potentialis ad infinitatẽ, quatenus non includit illam in suo conceptu quidditatiuo, ex se tamen, & ab intrinseco necessariò illam sibi identificat, neque est in potẽtia ad oppositum contradictorium, neque ad disparata, vt optimè docet Sco. p. d. 7. q. vn. G, & dist. 28. q. 3. I. vbi quęrit, quomodo essentia diuina determinat se ad primam proprietatem, cum non habeat vnde, & à quo determinetur, & tamen sit indeterminata ad alias proprietates, & indeterminatum ad plura necessario habeat ab alio determinari, inquit .n. Sco. dist. 28. cit. duplicem esse indeterminationem, duplici determinationi oppositam, *vna indeterminatio est ad opposita contradictoriè, sicut materia est indeterminata ad formam, & ad priuationem, alia est ad diuersa positiua, quæ tamen stat cum determinatione ad alterã partem vtriusq; contradictionis, exemplum huius rei, sicut sol est indeterminatus ad producendum vermem, & plantam tamquam ad diuersa positiua, cum tamen sit ex se determinatus ad alteram partem contradictionis, tàm huius, quam illius, sicut si esset agens principale tantum natum producere vnicum illorum tantum, dico tunc in proposito quod essentia de se determinatur ad primam personam determinatione opposita indeterminationi primæ, quæ est ad contradictoria, non tamen determinatione opposita secundæ indeterminationi, quia illa non staret cum illimitatione ad plura*, hæc Scotus, vide quæso, quomodo ex Scoto habeatur clarè essentiam Diuinam se ipsa determinari determinatione opposita cuicumq; indeterminationi ad infinitatem, cum nullo modo sit illimitata, neque indeterminata, neque ad contradictorium infinitatis, neque ad oppositum videlicet ad finitatem.

Essentia diuina se determinat ad 1. proprietatem.

Indeterminatio.

Secundò Not. ex Sco. p. d. 2. q. 2. §. *quantum ad primum art.* & §. *quantum ad tertium artic.* vbi probat ratione efficientiæ, & necessitatis necessario dari debere aliquod primum efficiens non effectibile, neq; ab alio causabile, eo quia vniuersitas causatorum est causata, & ab aliqua causa, quæ nihil est illius generis, seu illius

Ratione efficien. prob. 1. effic.

vni-

vniuersitatis, quia tunc esset causa sui, tota enim vniuersitas dependentium dependet, & à nullo illius vniuersitatis, vel enim natura in quolibet causatorum est eiusdem rationis quo ad hoc videlicet ad causari, & sic quodcumq; illorum debet esse ab alio nō causato cum nihil producat se ipsum, vel non est eiusdem rationis, & ita non dabitur status in natura alterius speciei non causata, si ergo secundum Scotum tota natura, & quidditas causati est causata, non potest habere in se entitatē realem, quasi priorem Diuina essentia, quod esset, si ens præcisè sumptum diceret realitatem propriā Deo scilicet, & Creaturæ communem, & contrahibilem, quia talis entitas non est essentialiter, & intrinsecè causabilis cum sit indifferens ad vtrumque videlicet causabile, & incausabile, & in vtroque quidditatiuè includatur, quapropter Creatura essentialiter esset causata, & essentialiter incausata, indepēdens, & dependens ratione scilicet illius entitatis communis inclusæ in Creatura, & § *quantum ad tertium art.* probat vnitatem primę naturæ hac præcipua ratione, quia *si essent duę naturæ aliquibus rationibus realibus distinguerētur, & dicantur A, & B, istæ rationes, aut sunt rationes formaliter necessario essēdi, aut nō, si sic, & præter hæc illa duo per illud in quo conueniūt sunt formaliter necessariò, ergo vtrumque duabus rationibus formalibus erit necesse quod est impossibile, quia cum neutra illarum rationum per se includat aliam, vtralibet illarum circumscripta esset necesse esse per alterā, & ita esset aliquid necessè per illud, quo circumscripto non minus esset necesse, si verò per illas rationes quibus formaliter distinguuntur neutrum formaliter sit necessè, ergo illæ rationes non sunt formaliter rationes necessariò essendi, & ita sequitur quod neutrum includitur in necessè esse, quia necessè esse nihil includit quod non sit necesse esse, vel ratio necessario essendi, quia quecumque entitas, quæ non est de se necesse esse est possibilis, sed nihil possibile includitur in necesse esse, ergo:* hęc Sco. ibi. quæ si benè perpendantur clarissimè concludunt propositum nostrum, si enim in Deo essent duæ realitates ex natura rei distinctæ vna qua conueuiret cum Creatura, altera qua differret, quæcumq; illa sit, vel sunt ambę formaliter necesse, esse, vel vna solū, vel neutra, non neutra, quia sic Deus nullo modo esset necesse esse, quia

vnitas 1. naturæ prob.

Necessarium solum includit necessariv.

quia

quia esset ex non necesse esse, & quod constat ex non necessarijs non est necessarium, si ambæ essent necesse esse sequeretur id quod dicit Scotus, videlicet idem duabus rationibus necessarijs esse necesse esse quod est impossibile, cum neutra alteram includat, & qualibet illarum circumscripta esset necesse esse per alteram, & ita aliquid esset necesse esse per id, quo circumscripto, non minus esset necesse esse, quod Scot. habet pro maximo inconuenienti, non vna tantum, quia quidquid non est ex se necesse esse non includitur in necesse esse propter repugnantiam, quam habent inter se possibile esse, & necesse esse.

Tertiò Not. ex Sco. p.d.3.q. 3. in fra. N, & O. Arist. remouere rationem generis ab ente, non propter equiuocationem, sed propter nimiā communitatem, quia genus debet omninò præscindere à differentijs, à quibus contrahitur, neque de illis formaliter, & quidditatiuè debet prædicari siuè sint vltimæ differentię, siue nō, de nulla enim differentia debet genus prædicari, ens autem licet de vltimis differentijs non prædicetur, vt sequenti controuersia, de non vltimis tamen quidditatiuè, & essentialiter dicitur, idem repetit p.d.8.q.3.G. vbi dicit genus sumi ab aliqua realitate, quæ secundum se est indifferens, & potentialis ad realitatem, à qua sumitur differentia. idem litt. L. affirmans esse de ratione generis non includere differentiam, & in istis locis non solum loquitur sco. de ente pręcissime sumpto, verum etiam de ente limitato, & solum communi ad decem genera, eo qu a ens cōmune Deo, & Creaturis non ponitur in genere, non solum ratione nimiæ cōmunitatis supradictæ, verumetiam ratione infinitatis saltim permissiuè, quia nullum infinitum, etiam permissiuè solum, ponitur in genere ex sco. p.d.8. q.3. § *teneo meam opinionem* hinc scotice loquendo debemus ab ente etiam limitato remouere rationem generis cum ipsum ens prædicetur quidditatiuè de non vltimis differentijs, quod tamen est contra rationem generis, quæ ratio petit vt in sua formalitate, & conceptu omninò præscindat à differentijs talem rationem generis contrahentibus his notatis.

Quare ratio generis remoueat. ab ente.

Genus non dicitur de diff.

Nullum infinit. ponit. in genere.

Dico Primo. Enti Deo, & Creaturis communi non correspondere vnam realitatem adæ-

adęquatam cõmunem ipsis inferioribus, se talis conceptus entis abstrahitur immediatè à realitatibus inferiorū inadæquatè conceptis est Sco.cit. & Primo d.8.q.3.§. *ad primum argumentum principale*, Lichetti p.d.2. q.p. soluendo argumenta Occham, & d.7.q.2. & 3.& d.8.q.3.& dist.25.26. Vigerij d.8.q.3.§. *ad primum principale*, & Bargij eodem loco, & d. 26. Mastrij tom.p.met.disp.2. quest.4. art. p. & aliorum; est tamen contra Ant. Andream 11. metaph. q.p.art.3.Canonicum p. Phy. q.3. Fabrum theorem.94. Pontium parte 3. sui cursus disp.18. nu.11. & alios quamplures, probatur ex scoto modo citato ad primum argumētum, vbi proponens dubium quomodo possit abstrahi conceptus communis entis Deo, & Creaturis, nisi detur realitas eiusdem rationis in Deo, & creatura, quæ realitas sit potētialis ad illam realitatem, a qua accipitur cõceptus distinguens, seu conceptus differentiæ cui respondens scotus dicit *requiritur igitur distinctio inter illud, à quo accipitur conceptus communis, & illud à quo accipitur conceptus proprius, non vt distinctio realitatis, & realitatis, sed vt distinctio realitatis, & modi proprij, & intrinseci eiusdem, quæ distinctio sufficit ad habendum perfectum conceptum, vel imperfectum de eodem, quorum imperfectus sit cõmunis, & perfectus sit proprius, sed conceptus generis, & differentiæ requirunt distinctionem realitatum non tantum eiusdem realitatis perfectè, vel imperfectè conceptæ*, si ergo secundum Scotum non est distinctio realitatis inter id, à quo accipitur cõceptus communis, & id à quo accipitur proprius, sed solum distinctio rei, & modi proprij, & intrinseci, manifestè colligitur conceptui formali entis non correspondere propriam realitatem. Nec valet dicere cum Scot istis oppositam sententiam defendentibus, hoc tantum probare realitatem illam non esse subiectiuam, & contrahibilem per differentiam, vt Scotus ipse explicat, non vero probare, quin detur realitas communis obiectiua, & solum cõtrahibilis per modos. Non valet inquam eò quia infinitas non est modus proprius, & intrinsecus illi realitati obiectiuæ, cū qua si perfectè concipiatur possit facere vnū per se cõceptum, vt dixit Sco. ibi de albedine, vt decem perfectè concepta, quæ & si possit concipi, imperfectè scilicet sine intensione decimi

Commu resp.scotist. reijcitur.

cimi gradus, si tamen concipiatur perfectè concipitnr intensa vt decem, licet non sit de ratione albedinis præcisè sic cõcipi, faciet tamen vnum per se conceptum, cui correspondebit idem omnino in re, sed est modus ipsius Deitatis, adeò quod si illa realitas obiectiua perfectè, & intrinsecè videretur, nunquam videretur cum modo, seù cum infinitate, quia illa realitas obiectiua posita ab ipsis est ex se omnino indifferens ad infinitum, & finitum etiam secundum ipsos, quod nõ contingit de realitate, & modo ipsius, intuens enim realitatem, & modum intrinsecum, & proprium ipsius nõ haberet distincta obiecta formalia .s. realitatem, & modũ, vt optimè discurrit Sco. cit. infra 2. AA, illa enim realitas ita indifferenter se habet ad modos, veluti animalitas ad rationale, & irrationale, quæ quomodocnmq; perfectè intelligatur nunquam animalitas in suo conceptu includit rationalitatem, vel irrationalitatem, cum ex se sit omnino ad illas indifferens, & videns intuitiuè animalitatem, semper illam videbit vt indifferentem ad rationalitatem, & irrationalitatem, quod idem omnino euenit de ista realitate obiectiua ab Aduersarijs ex cogitata; præterquã quod implicat illã realitatem contrahi per modos, nam infinitas, quæ est modus Diuinæ essentiæ haberet præcedere ipsam Diuinam essentiam ad hoc vt sit ibi vera contractio, cum illa realitas contrahibilis præcedat quodammodo Diuinitatem, ad quam per modos cõtrahitur, quapropter etiam ipse modus Diuinę essentiæ contrahens illam realitatem potius haberet præcedere ipsam, quam ad illam subsequi, quod est falsissimũ, cum modus necessario semper sequatur ad id, cuius est modus, quod concludit de infinitate, vel finitate respectu Dei, & Creaturæ.

Infinitas non est modus entis sed Deit. faciens per se vnum concep. cum re.

Modus subsequitur rẽ cuius est modus.

Immò esset in Deo duplex infinitas, & duplex modus intrinsecus ipsius Deitatis, videlicet realitati subiectiuæ, & Deitatis, cum ex natura rei, & ante quamlibet operationem intellectus illæ duæ realitates secundum aduersarios distinguantur, si enim quælibet illarum est formaliter, & intrinsecè infinita, cum quælibet proprium habeat modum, quælibet necessariò propria, & formali infinitatè debet esse infinita, quia enim Diuina attributa ex natura rei, & an-

Attribut. infinit. propriā infinit.

te quamlibet operationem intellectus formaliter distinguuntur à Diuina essentia, ideo quodlibet eorum est infinitū propria infinitate; quapropter si realitas illa communis habet infinitari propria, & intrinseca infinitate non erit indifferens ad oppositum, videlicet ad non infinitatem, & ad creaturam, quod tamen & ipsi, & omnes negant, quod enim ex se, & intrinsecè est in potentia, & indifferens ad contradictoria, vel opposita, nunquam in suo conceptu vnum illorum includet, aliter variaret rationem formalem illius, entitasque illa communis precederet deitatem à parte rei, & Deus talem entitatum præexigeret ad sui esse, veluti homo præexigit ad sui esse animalitatem, quia ad illam verè contrahitur, & non esset sola prioritas logica, seù rationis, & à qua non conuertitur subsistendi consequentia, sed potius esset prioritas productionis, cum Deus ex illa realitate verè constitueretur, veluti homo verè constituitur ex animalitate, nec apparet differentiā, cur non possit appellari illa realitas cōmunis, realitas subiectiua, cum aliquid à parte rei importet, & non solum conceptum operæ intellectus inadæquatè concipientis abstractum, quod certè est importare realitatem subiectiuam; aliæ quamplures adducuntur rationes ad hanc veritatem comprobandam, sed istæ adductæ, & in notabilibus assignatæ sunt potiores, & euidentiores, nam licet naturæ prædicamentales, vt substantia, accidens &c. possint præscindere à parte rei à suis inferioribus, quia datur realitas substantiæ, quę formaliter, & intrinsecè non est neque corporea, neque incorporei, datur realitas accidentis, quæ neque est absoluta, neque formaliter respectiua; animal, quod neque est rationale, neq; irrationale formaliter, sed vtrumq; permissiuè; non possunt tamē dari realitates trāscendentales, quæ neque sint dependentes, neque independentes, neq; possibiles esse, neque necessariò, quia depēdentia, & non dependentia, necessitas, & contingentia, seù non necessitas se habent vt extrema contradictionis inter quæ non datur medium ex Sco. 1. d. 8. q. 3. E, saltim fundamentaliter, & realiter, ad eò quod non potest assignari realitas & natura rei, cui non insit necessariò, & indispensabiliter dependentia, vel non dependen-

Indifferens non includ. inferius.

Priorit. entis logica.

Naturæ prædicā. præscindunt à suis inferior.

Non dātur realit. transcen.

Inter extrem. cōtrad. non datur medium.

den-

dentia, necessitas, vel non necessitas, seu possibilitas, licet formaliter illa realitas non sit formaliter illa necessitas, vel illa non necessitas, seu possibilitas, quod non ita contingit de naturis prædicamentalibus, quæ omninò contingenter se habent ad suas differentias inferiores, immò hoc idem etiam ipsis conceptibus abstractis conuenit, qui & si præscindant à dependente, vel independente, à creato, vel increato pro quanto nobis exprimũt inadæquate rationem entis præcisam à suis inferioribus, tamen ille conceptus sic præcisus, cum non sit nisi opere intellectus, dicitur formaliter dependens ab ipso intellectu, quapropter licet formaliter conceptus entis non sit illa dependentia formaliter, est tamen fundamentaliter illa, neque est præscindens, seu indifferens ad illam, & ad contradictorium illius, vel disparatum; sic idem omnino currit de realitate ex natura rei, si daretur, cui necessariò inesset dependentia, vel independentia, & ita, vel necessariò esset realitas Dei, vel realitas Creaturæ, & hæc est potissima ratio, qua probatur non dari à parte rei huiusmodi realitatem, vt etiam diceimus respondendo argumentis contra 3. conclusionem, & cum Sco. p.d.2.q.7.sup. LL & p.d.8.q.3.E modò cit. *ad Confirmationem de neutro dico, quod conceptus communis duobus est neutæ formaliter, & ita concedo conclusionem quod conceptus entis non est formaliter conceptus creati, nec increati, si autem intelligatur quod iste conceptus est ita neuter, quod neutrum contradictoriorum dicatur de eo falsum est, ita est in rationali, & irrationali, qui conceptus animalis neuter est formaliter & tamen illud, quod concipitur non est neutrum, sed verè est alterum istorum, alterum enim contradictoriorum dicitur de quolibet, & tamen non oportet quemlibet conceptum esse formaliter alterum conceptum contradictoriorum*, quicquid .n. alicui competit per se, oppositum illius nullo modo competere potest, vt dictum est cum Sco. supra LL. modò cit. quare si illi realitati (dato quod detur) inesset per se dependentia, independentia nullo modo inesse posset, & è contra si eidem per se inesset independentia dependentia illi inesse nullo modo posset, & cum isti sint respectus transcendentissimè sumpti vnus illorum necessariò, & per se debet inesse.

Conceptus entis depẽdens.

Dico 2. ens commune ad decem prædicamenta non se habere vt genus ad illa, nec consequenter importare realitatem, quam realitatem ratio generis necessario importat ex Sco. p.d.8.q.3.G, & §. *ad primum principale*: est Scoti cit. Lichetti p.d.2.q.p. §. *contra hanc rationem arguitur* vbi iudicat hanc opinionem probabilem, dicentis potest dici quod conceptus entis est prior ex natura rei ipsa creatura, nec propriè de quidditate eius, sed solum pro quanto desumitur à quidditate ipsius, est tamen contra Mastrium tom.p. met. disp.2.q.4.art.p.n.68.& n.131.& 132.& 165.& contra omnes Scotistas oppositæ sententiæ de ente communissimè sumpto Prob.ex Sco.p.d.3. q.3.sup.P.& dist.8.q.3.G. & §. *ad primum principale*: sic Genus secundum quod genus debet præscindere ab omnibus differentijs siue vltimis, siue non vltimis vt etiam ipse Mastrius fatetur, & omnes idem fateri habent cum hoc sit de ratione generis, sed ens quomodocumque acceptum non præscindit a differentijs, quia de non vltimis ex Sco. cit. d.3. quidditatiuè, & essentialiter dicitur, & non solum identicè veluti genus, ergo ens non potest habere rationem generis in ordine ad decem prædicamenta, nec consequenter importare realitatem, quam necessario habet importare genus ex Scoto cit. Et dicere ens finitum, & commune ad decem prędicaměta solum identicè, non quidditatiuè, & formaliter prædicari, veluti ens communissimè sumptum, videtur mera fuga, eò quia non videtur posse assignari ratio cur tale esse limitatum non prædicetur de illis quidditatiuè, etenim in tãtum ens communissimè sumptum prædicatur de illis non vltimis differentijs formaliter,& quidditatiuè, quia desumitur á puris quidditatibus illorum de quibus dicitur, sed hoc idem conuenit enti limitato, á pura .n. quidditate substantiæ prædicamentalis non solum abstraho rationem entis communissimè sumpti, verum etiam rationem entis limitati, & ita de alijs prædicamětis, substantia enim, & aliud quodlibet prædicamentum non solum est quidditatiuè ens in cõmuni, verum etiam quidditatiuè, & essentialiter est ens limitatum, & finitum, & immediatius est ens limitatum, quam sit ens trãscendětissimè sumptum, ideo solum duo genera

Genus dicit realitatem.

Tacita resp. reijcitur.

Prædic. immediat. est ens limit. quam ens in cõmuni.

ge-

Duo Genera Generalissima.

generalissima possunt assignari videlicet substantia, & accidens, quæ postea possunt subdiuidi in alia genera, & species vt substantia in corporalem, seu materialem, & spiritualem, in corpoream, & in incorpoream; accidens in absolutum, & respectiuum, & sic deinceps; & licet Sco.2.d.p.q.5.P. respondendo ad 2. dicat relationem dependentiæ creaturæ ad Deum esse transcendentalem, & conuenire enti antequam descendat in decem genera, nō vult tamen innuere, quod ens dicat realitatem priorem omnibus prædicamentis, ratione cuius realitatis sibi insit illa relatio dependentiæ, sed quia talis relatio competit omni enti, seù enti pro vt supponit pro quolibet ente inferiore, quapropter hac ratione dicitur transcendentalis, data enim opposita sententia de realitate entis plura decem essent genera, quod est contra Sco.4.d.10.q.1.§. *quantum ergo ad istum articulum* in fine, cum ens cōmune ad illa decem non numeretur inter illa decem, & tamen secundum aduersarios habet rationem generis, immò vnicū esset genus generalissimū, de cuius essentia non est habere superius vt Sco.p.d.8.q.3.

diff. in Sco.

Quid impo tet ratio generalissima.

O vbi quærit an ratio sapientiæ sit ratio transcendentalis, cum ratio sapientiæ non conueniat omnibus, & tamē transcendentalia sint omnibus cōmunia, dicit ipse *respondeo sicut de ratione generis generalissimi non est in se habere sub se plures species, sed non habere superueniens genus sicut hoc prędicamentum Quando, quia non habet superueniens genus est generalissimum, licet paucas habeat species, aut nullas, ita transcendens quodcumque nullum habet genus sub quo contineatur, sed quod ipsum sit commune ad multa inferiora hoc accidit:* nō posset Scotus affirmare Quando nō habere superueniens genus, si ens limitatum se haberet ad illa decem vt genus, neq; esset generalissimum ob eandem rationē, & quod dicitur de vno prædicamento idem currit de omnibus; hinc patet Scotum non solum remouere ab aliquo rationem generis ob infinitatem, & potentialitatem, verum etiam ob nimiā communitatem vt supra dictum est. Aduerte tamē quod Quando appellatur genus generalissimum non intelligitur absolutè quia vt modò dicebamus possunt tātum duo admitti genera generalissima, substantia .s. & accidens, quod po-

Generalissima 2.

postea subdiuiditur in alia genera, sed dicitur generalissimum secundum quid, & in tali ordine, quatenus non habet aliud superueniens genus in tali ordine.

Dico 3. Nec Deum, nec aliquid dictū de Deo esse in Genere. est Sco. cit. P. d. 8. q. 3. G. nam vt supra dictum est de ratione Generis est esse partem, & potentiale respectu speciei, quam simul cum differentia cōstituit, quælibet autem realitas in Deo existēs est formaliter infinita, & si non positiuè saltim negatiuè, veluti sunt relationes originis, quæ & si non sint formaliter infinitæ, non tamen propter hoc sunt finitæ, ratione cuius infinitatis repugnat potentialitas ad perfici ab alio, quod enim est ex se formaliter infinitum est in vltima actualitate existentiæ, & in vltima perfectione sibi non repugnāte, & consequenter excludente omnem potentialitatem præterquam quod, vt inquit Auicenas 8. met. & Sco. ipse cit. L *nunquam est genus sine aliqua potentiali realitate inspecie, quæ nunquam potest esse in re simplici*, & tamen solus Deus est summè simplex, & perfectè simplex, licet nō simpliciter simplex, quia est ressolubilis in plures conceptus,

Omnis realitas in Deo est infinit. saltim negat.

Deus sũ- me simplex non simpliciter simplex.

non solum vt simplicitas excludit compositionem positiuam ex realitate, & realitate, quæ etiam reperitur in Creatura, cum realitas generis, vel differentię hoc modo non sint compositæ ne detur processus in infinitum, sic enim genus non esset prima realitas, nec differentia vlt. ita Sco. p. d. 8. q. 2. A sed etiam pro vt simplicitas excludit compositionem negatiuam, videlicet quatenus excludit entitatem cum priuatione alicuius gradus entitatis, vel perfectionis annexam, talis enim compositio inest cuicumque creaturæ ex ratione, qua non est infinita, quæ infinitas licet sibi non conueniat ratione, qua est tale ens, sibi tamen non repugnat ratione qua ens est vt sic, & clarum est Scotum cit. loqui de genere secundum rationem generis, non de genere finito, & limitato includente imperfectionem vt dicit Pontius disp. 18. Partis 3. q. 3. quia enim posuit ens dicere realitatē, consequenter dicere habet ipsum ens importare rationem generis illimitati, & transcendentissime sumpti, eo quia dum Sco. ibi loquitur de Deo, & asseueranter affirmat nullam entitatem formaliter infinitam esse ingenere quia genus

Compo- sit. ex posit. & negat. inest creaturæ

Resp. Pontij tollitur.

nus de sua ratione formali dicit partem aliquam potentialem, & contrahibilem, nec in vltima perfectione existẽtem, *si autem genus* inquit Sco. cit. L *includat differentiam tunc non est genus*, & infra X, respondens p.rationi habet hæc verba *dico si substantiam abstrahas à creata, & increata non accipitur ibi substantia vt est conceptus generis generalissimi, quia increata repugnat substantia hoc modo, quia substantia hoc modo excludit limitationem, sed accipitur ibi pro ente in se, & non ente in alio, cuius conceptus prior est, & communior conceptu substantiæ, vt est genus sicut patuit per Auicennã vbi supra*, quibus probat repugnare enti infinito, & illimitato rationem generis, probat etiam ens primò diuidi sua prima diuisione in substãtiam, & accidens, non vero in ens finitum, & in ens infinitum, nisi loquẽdo de diuisione modali, cum quęlibet essentia primò insit enti, quam quilibet modus: patet per illa verba v. *pro ente in se, & non ente in alio, pro ente enim in se* nobis datur intelligi ratio substantiæ, & *pro non ente in alio* datur nobis intelligi ratio accidentis, cui ens in se opponitur; ex quo etiam patet, rationem accidentis præscindentem ab omnibus prædicamentis, & priorem illis habere rationem generis respectu illorum ob rationẽ superius adductam conclusione præcedenti de ente limitato, quæ non probat de accidente cum ratio accidentis non sit ita trascendens sicuti ratio entis etiam limitati, idem subdit respondendo ad secundam rationem, an .v. Angeli, cũ sint simplices, sint in genere, & dicit *ad aliam rationem concedo quod compositio rei, & rei non requiritur in ente in genere, sed requiritur compositio realitatis, & realitatis, quarum altera præcisè sumpta in primo signo naturę est potentia ad alteram, & perfectibilis per alteram, talis autem compositio non potest esse realitatis infinitæ ad realitatem infinitam, omnis autẽ realitas in Deo est infinita formaliter sicut supra tactũ est:* hæc Scotus; nec potest subterfugere Pontius dicendo Scotum ibi loqui de genere finito, & limitato dicente imperfectionem, quia tale genus non est commune Deo, & creaturis, loquitur ibi Scotus de simpliciter illimitato, & cõmuni Deo, & Creaturis, quo non datur communius, & illimitatius, & ab illo omninò remouet rationem generis, neque est eadem ratio de accidẽte in communi

Pri. diuisio entis in substãtiam, & accidens.

Accidẽs vt sit est genus.

muni ad omnia accidencia,& de ente limitato, vt modo dicebamus, quia vt dictum est conclusione præcedenti ab ente limitato remouetur ratio generis non ob infinitatem, sed ob nimiam communitatem,cum prędicetur quidditatiuè,& essentialiter de differentijs non vltimis, quod tamen est contra rationem generis, cuius ratio habet omnino præscindere ab omnibus differentijs, qood tamen non ita currit de accidēte, præterquam quod omnia accidentia in ratione accidentis conueniunt formaliter actualiter, cum omnibus insit hæc passio, .v. inhærere, seu esse ens in alio, quæ cum sit passio realis, & sequatur naturam accidentis in communi, oportet quod talis natura dicat realitatem, quod non est ita de ente, & licet Sco.p.d.3.q.3.O dicat *Quādo* non habere superueniens genus, & esse generalissimum vt dictum est præcedenti conclusione, intelligitur in ratione, qua accidens est,non ratione, qua tale accidens, & hoc dictum sit pro vt ad præsens spectat, non enim ratio accidentis prædicatur de differentijs ipsum accidēs contrahentibus, veluti ens de differentijs non vltimis,vt sępe dictum est.

Eadem ratio de ente, & accidente non currit.

Con. P. conclusionem arguitur. illud quod antecedit omnem operationem intellectus dicit aliquid a parte rei, cum huiusmodi tale supponatur esse independēter ab omni opetatione intellectus, sed conceptus entis est huiusmodi, quia ens ex Sco.p.d.3.q.3. *§.ad quæstionem & §.contra istam opinionem* est primum obiectum intellectus;primum autē obiectum intellectus est tale independenter ab ipsa potentia ex ipso Sco.2.d.p.q.p.*§. ad solutionem quæst.* infra D. cum primum obiectum sit ex natura rei obiectum potentiæ, & non per operationem intellectus, veluti sunt obiecta secundaria.

Resp. ex Sco. in p. cit. primitatem conceptus entis non esse primitatem originis, hoc enim modo repugnaret esse per operationem intellectus, qualis est præcisio conceptus entis in communi, quæ præcisio necessariò præsupponit operationem intellectus præscindentis talem conceptum à suis inferioribus, sed esse primum primitate adæquationis, & hoc propter duplicem primitatem virtualitatis scilicet & communitatis.

Obiectū 1. origine antecedit potentiam non adęquat.

Contra ex Sco.p.d.3.q.2.*§. secūdo principaliter* sup.C.nullus conceptus realis in intellectu

via-

viatoris naturaliter habetur, nisi ab illis, quæ sunt naturaliter motiua intellectus, qualia sunt Phantasmata, vel obiectum relucens in phantasmate, dum ergo conceptus obiectiuus entis causatur in intellectu nostro, vel huiusmodi conceptus causatur à propria realitate motiua, & à proprio Phantasmate ab illa realitate desumpto, vel potius causatur à realitatibus particularium, & inferiorum ad ipsum ens, si primum ergo enti correspondet propria realitas; nō secundum, nam & Scoto modò citato C nihil potest producere intellectionem perfectiorem suo proprio verbo, & sua propria intellectione, eo quia dū obiectum agit ad propriam intellectionem, agit secundum vltimum suæ virtutis, & ad effectum sibi omnino adæquatum in esse intelligibili, veluti proles similis in natura est omnino adæquata causæ in essendo, & hoc idem replicat Scotus d.3.q.3. B, & 4. d.49. q.8.B, modò conceptus entis est simpliciter perfectior ipsa cognitione creaturarum, quia conceptus entis (saltim permissiuè) est infinitus, ergo talis conceptus entis debet causari à propria realitate, & non a realitatibus creaturarum, seu inferiorum ad ens, & ita ens erit obiectū primum primitate originis, & motiua, & non solum priuitate adæquationis.

Obiectū non producit perfectibrē intellect. propria.

Resp. ex Sco. cit. in p. & quolib. 14. E. & DD, conceptum entis non esse perfectiorem simpliciter propria cognitione creaturarum, sed solum secundum quid, etiam dato, quod habeatur conceptus entis infiniti quia talis cognitio non est obiecti proprij, & essentialiter perfectioris, sed obiecti virtualiter contenti in ratione, & quidditate creaturæ, ob hanc enim rationem Sco. in p. cit. probat ipsam vniuocationē entis ad Deum, & creaturam, quia *nullum obiectum facit conceptum simplicem, & proprium sui in aliquo intellectu, & conceptum simplicem & proprium alterius obiecti nisi contineat illud obiectum essentialiter, vel virtualiter* ita ipse Sco. infra C: hinc quolib. 14. cit. fatetur nos non posse pro statu isto cognoscere Deum sub propria ratione, & quidditatiua, ita quod ratio cognita, & intellecta sit prædicatum proprium, & quidditatiuum Dei, quia Deus secudum talia prædicata nō continetur in creatura, sed solum secundum conceptum entis.

Cōcept. entis nō est simp. perfect.

C Con-

Contra Sco. p.d. 3.q.2.§. *loquendo igitur* M. dicit primum cognitum cognitione confusa esse speciem specialissimam, cum talis cognitio speciei specialissimæ sit effectus perfectissimus, quem primò possunt causare causę naturales & litt. R. dicit primum cognitum quoad cognitionem habitualem, & via originis, vel generationis esse magis vniuersalia, & communiora & rationem huius reddit *quia sicut diuersæ formæ perficientes idem perfectibile ordine quodam natæ sunt mediatiùs, & immediatius informare illud, vel perficere, ita si eadem forma continet in se virtualiter perfectionem illarum formarum ordinatarum, quasi consimili ordine naturæ perficiet illud perfectibile, sicut si forma Corporis, substantiæ, &c. & hoc quia natura semper incipit ab imperfecto ad perfectum, & imperfectius est prius; ergo sicut conceptus plures communiores, & minus communes habituales, vel virtuales nati sunt perficere intellectum via generationis, vel originis, ita quod imperfectior semper est prius, ita si vnus conceptus virtualiter includat omnes, prius perficiet sub ratione conceptus prioris, & vniuersalioris, quam sub ratione conceptus particularis; quare autē non similiter in actuali cognitione? respondeo hæc ordinata sunt secundum naturam simul duratione, non sic ibi, sed successiuè, & potentius, fortius mouentis, impedit alia tunc mouere ibi, non sic hic*: hæc Sco. de p. cognito habitualiter, & actualiter loquens, quæ certè maximam ingerunt difficultatē in proposito nostro, si enim species mi us vniuersalis, cum sit magis sensibilis est fortius mouens, & ideo in debita distantia impedit, ne species magis vniuersalis priùs producta in intellectu ex Sco. ibi moueat ad actum secundum, & ad cognitionē actualem, quod idem faceret, dum obiectum non est in debita distātia, quod tamen est falsum, quia tunc, vt ipse fatetur L in illo extra, tūc primo non sentitur natura specifica, sed vniuersale, primo .n. potentia sentit, & videt colorem, quam ruborem, signum euidens tunc in intellectu non esse speciem minus vniuersalis; eo quia implicat dari in aliqua potentia fortius mouēs, & naturaliter mouens, & non mouere ad actum proprium; est ergo tunc habitus, & species magis vniuersalis, quod euenire nequit nisi natura vniuersalis, vel entis habeat propriam realitatem, quæ causet in intellectu proprium habitum,

tum, & speciem potentiam à longè, & non in debita distantia prius mouentem, quam species minus vniuersalis, quæ si tunc esset in intellectu, sicut in cognitione actuali, & in debita distantia impedit, ne species magis vniuersalis moueat, & ne prius cognoscatur magis vniuersale, vt ex Scoto cit. patet, ita in non debita distantia impediret, & consequenter à longe etiam minus vniuersale cognosceretur, quod est contra Scotum, & experientiam.

Resp. ex Lichetto p.d.3.q.2. mihi pag.87. tunc in intellectu solum esse speciem magis vniuersalis, vel entis, causatam tamen à Phantasmate minus vniuersalis simul cum intellectu agente in intellectu possibili, quod Phantasma causat huiusmodi species ordine supra posito, scilicet causando primo speciem magis vniuersalis descendendo vsq; ad minus vniuersale: argumentum hoc maxime torquet ponētes magis vniuersalia cognosci per speciem minus vniuersalis, vt multi ex Scotistis, de quo nos prima parte Cōtrou. Controuersia 30. conclusione 2. cum Sco. p.d. 3.q.2. §. *quinto dico* vbi licet problematicè dicat; dum tamen se declarat

Magis, & minus vniuersale habent prop. species.

nostram amplexus est opinionem absolutè vide ibi.

Contra videtur impossibile, & cōtra naturam agentis aliquod agens naturale mouere ad cognitionem sui, & contentorum in se, & prius mouere ad cognitionem aliorum, quam ad cognitionē tam habitualem, quam actualem sui, quia vt modò dicebamus cum Sco. dum potentia est in debita distantia nō primo cognoscitur magis vniuersale, sed minus vniuersale, quia species minus vniuersalis (supposita pluralitate specierū magis, & minus vniuersalis est fortius mouens, & primo mouet ad cognitionem sui, ergo est ita dicendum de obiecto, quod si immediatè species magis vniuersalis causaretur à realitate minus vniuersalis, illa realitas minus vniuersalis primo causaret propriam speciem suimet repræsentatiuam, non vero speciem repræsentiuam alterius, cum sit agens naturale, & ita naturaliter agat, & operetur in ordine ad actum secundum veluti operatur, & agit in ordine ad actum primum.

Resp. ex Sco. p.d.3.q.2. infra O in illo extra in realitate, & in qualibet alia forma agente duplicem esse rationem, s. ra-

In agen. 2. ratio assimilãdi, & mouendi.

tionem mouẽdi seu agendi, & rationẽ assimilãdi ratio agendi, & mouendi in maiori distantia est etiam efficacior ratio mouendi in debita distãtia, sed non est ita efficax ratio assimilandi, natura ergo specifica etiam à longe est ratio mouendi, non est tamen ratio perfectior assimilandi, veluti est in debita distantia, ideo in debita distantia producit, & speciem, vel habitũ proprium, & cognitionem primò; in distãtia verò indebita, cum non possit sibi perfectè assimilare productum, producit speciem magis vniuersalis, ita etiam Sco.p.d.3.q.6.infra D §. *secundum tertiam viam*: vbi fatetur magis vniuersale posse esse præsens intellectui sine præsentia minus vniuersalis, *cum habitus magis, vel minus vniuersalis sint distincti habitus proprij, alioquin Metaphysica nõ esset habitus distinctus intellectus; contingit autẽ vniuersaliori habitu vti, non vtendo aliquo alio habitu minus vniuersali*: vide ibi Sco. & p.d.3.q.2. F dicit, & assignat rationem, quare conceptus entis (licet solum sit abstractus per operationem intellectus) dicatur realis, & non rationis, eò quia habet esse præsentatum ante omnem actum intellectus in aliquã specie intelligibili abstracta ab intellectu agente à realitatibus Dei, & creaturæ, dicit enim Sco. ibi quod res sensibiles possũt producere species minus vniuersalis, magis vniuersalis, & trãscendẽtis Lichettus dicit: conceptum entis dici realem, quia abstrahitur à realitatibus Dei, & Creaturæ cum fundamento in re; alij dicunt dici realem pro quanto non est rationis, & præcedit omnem actum collatiuum intellectus, & si non abstractiuum; vel potest dici realis, quia res exprimitur sicut est in aliquo attributo reali non rationis, seu per indifferentiam negatiuam, quæ est attributum reale non per indifferentiam positiuam, quæ est attributum rationis, vt dicitur in logica, & per hoc differũt vniuersalia Methaphysicalia, & logicalia, quia & si tam ista, quam illa habeant fundamentum in re, tamen metaphysicalia important, & explicant res in suo ordine, & in attributo reali, logualia verò important secundas intentiores, quibus explicantur res in attributo rationis, ideo ad vniuersalia Methaphisicalia sufficit continentia inchoata, virtualis, & fandamentalis; secus tamen est de vniuersalitate prædicamentali, quæ requirit

Magis vniuersale præsens sine minus vniuersali.

Concep. entis realis quomodo.

Vniuersale logicum & Met. & prædicam. quomodo diff.

rit vnitatem realem naturæ; cum sit conuenientia actualis, non virtualis solum.

Secundo principaliter arguitur: Deus non est eò Deus quò ens, similiter neq; creatura est eo ens, quo substantia, ergo ratio Deitatis, & ratio entis in Deo, & in creatura ex natura rei distinguuntur, probatur antecedens, nã Deus ratione Deitatis à creatura distinguitur, ratione verò entis cum ipsa creatura conuenit; idem autem omninò idem non potest esse fundamentum conuenientiæ, & differentiæ, quia differẽtia fundatur supra multitudinem, conuenientia verò, & similitudo fundantur supra vnitatem ex Aristot. 5. met. ergo &c.

Conuer. sup. vnit. diff. sup. multit.

Resp. dist. Antec. Deus non eo Deus quò ens, *si lij Deus & ens* dicant realitatem, & quid positiuum à parte rei, neq; eadem enim prorsus realitate, qua Deus est Deus, eadem est ens, si ens solum dicat rationem obiectiuam desumptam à realitate Deitatis inadæquate conceptæ concedo, quod non eò Deus sit quò ens, quò etiam patet super idem à parte rei posse fundari conuenientiam, & distinctionem, licet diuersimodè, seu secundum diuersum ordinem, est enim ratio fundandi distinctionem realem, & positiuam, & est ratio fundandi conuenientiam virtualem, & fundamentalem, neq; est inconueniens in primò diuersis veluti est Deus, & creatura fundari conuenientiam virtualem, seu undamẽtalem licet non habeant vnitatem, vel realitatem communem, quia talis conuenientia non est positiua, & actualis, veluti in naturis prędicamentalibus, in quibus essentialiter supponitur natura communis actualis, supra quam fundetur, vt Sco. 2. d. 3. q. p. sed virtualis solum, & ratio est, quia species, & indiuidua non sunt primò diuersa, veluti Deus, & creatura, sed aliquid idem entia, idest in realitate conueniẽtia.

Idem à parte rei conuenien. & diff.

Contra quicquid conuenit vni ratione vnius, & repugnat ipsi ratione alterius, inter illa debet necessario dari distinctio à parte rei, & antecedens intellectum, quia talis conuenientia, & repugnantia supponunt distinctionem, nam quicquid conuenit, vel repugnat alicui conuenit, vel repugnat ex suis intrinsecis rationibus formalibus ex Sco. p. d. 36. q. vn. M. & 43. q. vn. DE. & nos diximus in introductione quæstionis, sed Deo ratione Deitatis necessario sibi cõue-

uenit, & indispensabiliter infinitas, & perfectio simpliciter sibi repugnaret finitas ratione talis Deitatis, ratione vero entis sibi non repugnat; similiter Creaturæ ratione qua creatura repugnat sibi perfectio simpliciter; ratione verò qua est ens minimè, sed potius sibi competit vt Sco.p. d.8.q.p.§. *ad primum argũm.* & quolib.ij, cum perfectio simpliciter sit possibilis cuicumq; & si non ratione, qua tale ens, saltim tamen ratione, qua est ens, ergo ratio entis in Deo, & creatura debent distingui, ex natura rei, & nõ solum virtualiter, si n. perfectio simpliciter repugnaret alicui, ratione, qua est ens, repugnaret cuicumq; enti; pariter si conueniret ratione, qua est ens conueniret cuicumq; enti, quia reduplicatio infert vniuersalitatem, homo .n. inquantum homo est risibilis valet, ergo omnis homo est risibilis.

Reduplicatio infert vniuersalitatem.

Resp. dist. mai. debet esse distinctio inter illud ratione, cuius sibi conuenit aliquid, & illud ratione, cuius repugnat obiectiuè, seu in conceptibus obiectiuis ipsorũ cõcedo à parte rei, & in realitatibus nego, ratione .n. conceptus obiectiui entis ab intrinseco non repugnat creaturæ infinitas, & perfectio simpliciter, & hæc non repugnantia est solum virtualis, & permissiua, quatenus conceptus entis ex sua ratione formali indifferenter se habet ad supponendum tam pro ente finito, quàm pro ente infinito, neq; adequatè abstrahitur ab hoc vel illo ente, & propter hoc ratio entis reperiri potest in vno, in quo nõ reperiatur ratio Deitatis, vt in creatura reperitur ratio entis, non ratio Deitatis, in Deo ratio Deitatis, non ratio creaturæ, ratione autem entitatis, seu realitatis creaturæ repugnat infinitas, & sibi necessario conuenit finitas, & hęc repugnantia, vel conuenientia est actualis, & positiua.

Contra eò modo, quò creaturæ conuenit finitas, & Deo infinitas ratione, qua creatura est, & ratione, qua Deus est, ipsis repugnat infinitas, & finitas, videlicet Deo finitas, & creaturæ infinitas, ergo si creaturæ actualiter conuenit finitas, & talis conuenientia est actualis non virtualis, & fundamentalis solum, & sibi repugnat infinitas, & talis repugnantia pariter est actualis, similiter si Deo actualiter cõuenit infinitas, & talis conuenientia est actualis, & sibi repugnat finitas, & talis repugnan-

gnātia erit actualis; probatur antecedēs, nam ficut Deus ratione Deitatis independenter ab omni operatione intellectus est infinitus, & sibi inest repugnantia ad finitatem, ita ratione, qua est ens sibi non repugnat finitas, & sicut creaturæ ratione, qua creatura est, actualiter sibi inest finitas, pariter ea ratione, qua est ens sibi non repugnat infinitas, & talis nō repugnātia erit actualis, sicut conuenientia finitatis est actualis, eò quia Sco. p. d. 8. q. p. cit. & quolib. cit. dum declarat diffinitionem perfectionis simpliciter datam ab Anselmo Mona. 15. .v. quod perfectio simpliciter est melius ipsum, quam non ipsum loquitur vniformiter de conuenire, ac repugnare, quia est melius in quocumque non ratione, qua tale ens est, sed ratione, qua ens est absolutè, quod est signum euidens perfectionem simpliciter absolutè conuenire ex natura rei cuicumque supposito ratione, qua tale ens, licet non ratione qua tale suppositum, nam hoc modò melius est supposito ligni, vt est suppositum ligni esse finitum, quam infinitum, quia infinitas tollit ab ipso supposi tum ligni, cum repugnet supposito ligni vt supposito ligni, esse infinitum.

Qui perfect. simpliciter.

Resp. neg. antecedens, nam cōuenientia finitatis, quæ inest Deo ratione, qua est ens, est solum virtualis, veluti ratio obiectiua entis, ratione cuius sibi inest talis conuenientia, est solū obiectiua, & per operationem intellectus, ita pariter de conuenientia infinitatis, quæ inest creaturæ, ratione qua est ens, talis inquam nō repugnantia est solum virtualis, & dependens ab intellectu, veluti ratio entis in ipsa, ratione cuius conceptus obiectiui ipsi creaturę conuenit, seu non repugnat iufinitas, & solum Sco. sufficit perfectionem simpliciter aliquo modo cuicumque supposito, ratione, qua suppositum est in communi conuenire, non disputans postea, an talis conueniētia sit actualis, vel virtualis; quapropter dicendum est cum Bargio p. d. 8. q. 2. §. *respondeo quod quando* Deum non posse habere vniuocationem entis, cum Deus nequeat inadæquate, & confusè intelligere, sed tantum potest cognoscere talem vniuocationem, quatenus scilicet potest cognoscere nostros cōceptus formales, quibus facimus, & cognoscimus vniuocationem entis, vnde si per impossibile nō essent intellectus no-

Deus non habet vniuoc. entis, sed cognosc t.

nostri, Deus nullam cognosceret vniuocationem entis: patet etiam Mastrium sibimet contradicere admittentem realitatem communem enti communi ad decem genera,& postea negantem Deum, & creaturā formaliter, & actualiter conuenire, sed solum virtualiter, & fundamentaliter, & conceptū entis dici de quidditate Dei, & creaturæ quatenus ab eorū quidditatibus abstrahitur, etenim si ens saltim limitatum dicit realitatē communem distinctam à realitate prædicamentali creaturę, certe creatura mediante illa realitate actualiter, & positiuè erit ens, & ita conuenientia in ratione entis creaturæ cum Deo saltē ex parte ipsius creaturæ erit actualis positiua, & ad modum conuenientię prædicamentalis, & non solum fundamentalis, vel virtualis, & ipsa realitas entis positiuè constituet creaturam in esse, & positiuè erit de quidditate creaturæ, & non solum, quia abstrahitur à nuda quidditate, vt dicebamus immò in duplici ratione entis quidditatiue creatura conueniet cum Deo, videlicet in ratione entis transcendentalis, quam solum inchoare,& virtualiter includit, & in ratione entis limitati, quam actualiter, & positiuè ipsa creatura in se continet, quę omnia non videntur rectè dicta.

Contradic. Mastrij.

Contra secundam conclusionem; ideo Scotus p.d.8.q.3. (vt dictum est) excludit rationem generis ab ente trāscendentali, quia non est conceptus finitus, & limitatus, sed communis ad finitum, & infinitum, ergo cum ens limitatum non sit hoc modò commune, nihil sibi deficit, quin sit genus ad decem prædicamenta.

Resp. vt dictum est not.3. cum Sco. ibi cit. ipsum non solum excludere rationem generis ab ente trāscendētaliter sumpto ratione infinitatis, verum etiā ratione nimiæ communitatis, cum genus ratione, qua genus, habeat omninò præscindere ab omnibus differentijs vt supra dictum est conclusione 3. & ens de illis prædicatum quidditatiuè, saltim de non vltimis, qui modus prædicandi conuenit etiam enti limitato, quapropter debet ab ipso ente limitato remoueri ratio generis.

Con. Sco.p.d.8.q.3. G cit. volens probare nec Deum, nec aliquid dictum de Deo esse in genere duplici ratione, id probat videlicet ratione in fini-

finitatis, & ratione necesse esse, & dicit *conceptus habens indifferētiam ad aliqua, ad quæ non potest conceptus generis esse indifferens, non potest esse conceptus generis; sed quicquid dicitur communiter de Deo, & creatura est indifferens ad finitum, & infinitum loquendo de essentialibus, vel saltim ad finitum, & non finitum, loquendo de quibuscunq; quia relatio diuina nec est finita, nec infinita, nullum autem genus potest esse indifferens ad finitum* quibus verbis clarè deducitur Scotum remouerè adæquatè, & præcisè rationem generis à Deo, vel à prædicatis dictis de Deo ob indifferentiam ad finitum, & infinitum, ex quo etiam patet relationes diuinas in via Scoti etiam imbibere in se rationem entis, cum Sco. de illis veluti de alijs prædicatis indifferenter loquatur, vt nos diximus prima parte cõtrouersia decima tertia conclusione prima.

Relat. Diu. imbibunt ens.

Resp. ex Sco. p.d.3.q.3. sup. O, & P. vt dictum est 3. not. infinitatem esse quidem causam remouendi ab aliquo rationem generis non tamen adæquatam, & præcisam, cum etiam hoc prouenire possit à nimia communitate ipsius entis, & ideo optimè concludit Sco. ex positione infinitatis, vel formalis, vel permissiua remotionem generis ab omnibus prædicatis transcēdentalibus, non tamen è contra, vbi non est huiusmodi infinitas, ibi est ratio generis, non valet inquam sic modus arguendi, cum solum talis modus valeat in causis præcisis, vt optimè Sco. p.d.43. q. vn infra B cum Arist. p. post. tex. 3. *in quibus affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, sicut. n. habere pulmonem est causa respirandi, non habere pulmonē est causa nō respirandi.*

Infinit. non est ratio adæquata remouendi rationem generis.

Con. talis conceptus entis se habet vt quoddam commune ad sua inferiora illis communicabile ergo vel vt genus, vel vt transcendens necessario se habebit ad illa, non vt transcendens ex ipso Sco. 1.d.8.q.3. O eo quod de ratione transcendentis est non habere superius, sicut de ratione generis generalissimi est non habere genus super aduenïēs, ergo necessario se habebit vt genus ad illa.

Resp. ex Scoto modò cit. se habere ad illa vt transcendens: cum dicitur de ratione transcendentis est non habere superius, quod superius se habet vt genus: conc. absolutè neg. inquit. n. Sco. *quia non habet superueniēs genus est generalissimum licet paucas habēt species aut nullas, ita transcendens quodcumque nullum habet genus sub quo contine-*

Ens ad prædicā. se habet vt transcendens

neatur nota *transcendens quodcumque*, quò permittit plura transcendentia, videlicet Deo, & creaturis commune, & transcendens solum commune limitatis veluti est ens limitatum neque tollitur ex negatione talis realitatis entis limitati cōpositio Metaphysica ex Genere .s. & differentia, nam quodcumque genus constat ex realitate talis generis contrahibili, & ex realitate propria differētię cōtrahētis, videlicet substātia constat ex realitate substātię, & ex realitate talis substātię videlicet corporeę, vel in corporeę, & sic de alijs generibus dicas.

Compositio Metaph. & si non dicat realit.

Contra 3. conclusionem secundum Sco. p. d. 31. q. vn. in fine & que lib. 6. FF & 3. d. 8. B relationes identitatis, equalitatis, e similitudinis in Diuinis esse reales, & multiplicari numero, nam alia est relatio æqualitatis, & similitudinis in Patre, alia in Filio, & alia in spiritu Sancto, sed vbi est multiplicatio numerica, ibi est aliquid vnum vnitate specifica pluribus communicabile, ergo cum Deo detur vera realitas communis pluribus numero, differentibus, & consequenter habens rationem speciei poterit quoq; dari aliquod habens rationem generis, cum non sit maior ratio de ista realitate specifica, quam de realitate generica, non .n. potest dari vera, & realis multiplicatio, vbi non datur vera natura communis, & ad plura indifferens ex Sco. quolib. 2. § *p. ratio* & 2. d. 3. q. p. A & q. 2. A. Nec valet dicere, & videtur responsio Sco. quolib. 6. sup. F & § *de* 2. *art.* in Diuinis non posse dari aliquod multiplicabile, eò quia quod est plurificabile, & communicabile pluribus, quantum est ex se est plurificabile, & cōmunicabile infinitis ex ipso Sco. quolib. 2. § *de* 2. *art.* quando istud plurificabile non prę exigit aliquid prius alterius rationis, per quod extrinsecè determinetur ad certum numerum, veluti contingit in praesenti de relationibus æqualitatis, similitudinis, & identitatis, quæ cum præ exigant, & fundentur in relationibus originis, quæ sunt de se singulares, & necessariò determinatæ, ad certum numerum, ideo per illas quodamodo extrinsecè indiuiduantur, & determinantur ad certum numerum, idem repetit p. d. 31. q. vn. in fine; Non valet inquam, nam semper stat quod illa realitas æqualitatis, similitudinis, & identitatis verè à parte rei æqualitati Patris, Filij & Spiritus Sancti solum numero inter se differentibus com-

Realit. communis in Diuinis.

Resp. tacita.

communicabilis, sit potentialis & distinguibilis in realitatem potentialem, & in realitatem actualem, licet .n. relatio extrinsecè per suum fūdamentum (quod præexigit) determinetur, nō tamen intrinsecè, sed requirit suam differentiam indiuidualem, realitatem illam communem contrahentem, quapropter si posset fundamētū multiplicari in pluribus, pariter, & relatio in ipso fundata, si .n. albedo non posset esse nisi in duobus subiectis non propter hoc tollitur in relatione similitudinis fundata in albedine indifferentia intrinseca ad plures relationes similitudinis, eò quia dato quod ipsa albedo posset multiplicari in pluribus, ratio similitudinis eadem manens omninò esset intrinsecè multiplicabilis, sic in proposito licet .n. relatio indentitatis, æqualitatis, & similitudinis ob solam duplicem productionem extrinsecè determinetur ad certum numerum, cum illas duas productiones necessario præexigat ad sui esse, non tollitur tamen ab illis realitatibus communitas realis, & indifferentia ad plura, quæ sufficiunt ad saluandam rationem generis, vel speciei.

Relatio non induatur intri. per fundam.

Resp. ex Sco. cit. ex p.d.8.q. 3. § *teneo meam opinionem* nullum esse inconueniens in Diuinis concedere aliquam realitatem potentialem, & indifferentem ad plura, dummodò respectu illorum talis realitas communis non habeat rationem generis, & perfectibilis, veluti genus perficitur à propria differentia, respectu cuius semper genus habet rationem partis inquit Sco. cit. G repugnat quidem in Deo dari aliquid, quod habeat rationem partis, veluti genus, quod semper cum propria differentia, à qua habet contrahi constituit vt pars speciem, & ita in Deo esset aliquid imperfectum, quia pars ratione, qua pars est, est imperfectior toto, ita contingit in proposito, eò quia ea realitas identitatis, æqualitatis, & similitudinis, est solum in potentia ad proprias hæcceitates, à quibus, neq; perficitur, neq; se habent illæ differentiæ, vt differentiæ componentes, cum hoc solum conueniat differentijs specificis, & illæ relationes identitatis, æqualitatis, & similitudinis determinantur ad certum numerum per aliquid alterius generis, videlicet per productionem, vt dictum est cum Sco. quolib. 6. F, & § *de 2. art.* & p. d.31.q. vn. in fine.

Real. t. poten. in Diuinis non habens rationem generis.

Non datur pars.

Con. ex Sco. quolib. 2. § *de operatione* quicquid est in Diuinis de-

debet esse ita necessarium, adeò quod sit omnimoda contradictio aliquid ibi posse esse, seu possibile esse, & de facto non esse, quia quod potest esse ibi intrinsecè, & solum extrinsecè non est, est simpliciter possibile esse, & quod est simpliciter possibile esse ibi de facto est, probat .n. Sco. ibi non rectè probari vnitatem generationis ex sēper permanentia actus adæquati generationis, ergo inquit Sco. si actus non semper permaneret, potentia generatiua posset habere aliam generationē, & ita simpliciter alia generatio esset in Diuinis possibilis; & quod est possibile, inquit Sco. ibi esse, de facto necessariò debet ibi esse, ergo idē omninò videtur currere in proposito de relationibus identitatis, æqualitatis, & similitudinis, si .n. per impossibile darentur plures generationes, vel productiones in Diuinis, darentur pariter plures æqualitates, identitates, & similitudines, & ita esset aliquid in Diuinis simpliciter possibile esse, quod tamen ibi non esset, quod Sco. quolib. cit. habet pro inconuenienti de generatione, quod tamen idem concludit de istis relationibus, quod videlicet in Diuinis sint aliæ relationes simpliciter, & intrinsecè possibiles, quæ tamen non sint ibi de facto.

Res. ex Sco. quolib. 2. cit. G rectè per semper permanentiam actus non posse argui repugnātiam simpliciter ad productionem alterius actus in potentia, eo quia, inquit Sco. ibi, *potentia naturaliter prior est actu, quicquid autem nō repugnat priori naturaliter, nisi per illud, quod est posterius naturaliter simpliciter nō repugnat sibi, quia contradictio simpliciter non est alicuius ad prius per hoc, quod illud habet contradictionem ad posterius natura*, cum ergo huiusmodi relationes determinentur ad certum numerum per aliquid alterius rationis, & per aliquid prius ipsis, videlicet per productiones ex Sco. quolib. 6. cit. & p. d. 31. q. vn. cit. quæ quidem productiones includunt ex se, & intrinsecè repugnantiam ad plurificari ex Sco. quolib. 2. modò cit. pariter sequitur, quod inferatur simpliciter repugnantia in istis relationibus posterioribus, & fundatis in illis ad plurificari, quod est valdè notandum ad euitandam huiusmodi difficultatem.

Poster. non arguit repugn. in driori.

Con. quicquid determinatur ad certum numerum per aliquid à se formaliter, vel realiter distinctum, veluti sunt istæ relationes originis, identitatis,

æqua-

æqualitatis, & similitudinis, vt nos diximus p. parte controu. 10. conclus. 2. siue sit prius siue posterius, si ex se est formaliter, & intrinsecè plurificabile in infinita, semper tale remanet intrinsecè, cùm per illud distinctum numquam tollatur eius formalis, & intrinseca ratio, quodcumque .n. est per se primo tale seipso est tale non alio à se distincto est tale, si ergo illa realitas idētitatis, æqualitatis, & similitudinis est indifferens, & contrahibilis ad plura, quantum est ex se semper remanet talis, & semper partibilis, & diuisibilis ad modum naturæ prædicamentalis per suas differentias indiuiduales, cū nulla sit ratio, cur illa portio æqualitatis, vel identitatis, quæ est in relatione A existente in Filio non possit esse in relatione B existente in Spiritu Sancto, vt contingit de natura, quæ est in Francisco, quę quantū est ex se poterat esse in Antonio, vt Sco. docet 2. d. 3. q. p. & 2. ideo dicit illam esse ex se indifferentem indifferentia negatiua ad essendum in pluribus, & in infinitis, quantum est ex se, & est omnino idem iudicium ferendum de supradictis relationibus æqualitatis, identitatis, & similitudinis, ac de natura prædicamentali respectu suorum indiuiduorum.

Resp. intrinsecè semper remanere indifferētem remotè, non proximè, eò quia cum non possit multiplicari, nisi præsuppositis relationibus originis, quæ sunt intrinsecè, & essentialiter tantum duæ, quia sunt de se singulares, necessario relationes æqualitatis, identitatis, & similitudinis per illas extrinsece determinātur ad certum numerum, quare autem relatio, A, v, g, potius sit in Filio, quam relatio, B, quæ est in Spiritu Sancto, & non potius è contra, B sit in Filio, & A in Spiritu Sancto, cum quælibet sit ita indifferens ad essendum in Filio, ac ad existendum in Spiritu Sancto, nulla potest assignari ratio, nisi quia, cum determinentur (saltim extrinsecè) à relationibus originis, ad relationem originis actiuè, videlicet Paternitatis, debet potius sequi relatio A, quam relatio B, ad relationem verò Filiationis potius sequitur C, quàm relatio D, & sic de alijs.

Realit. remotè remanet indiffer.

Cur A relatio sit in Filio non in Spiritu San. to.

Secundo Scotus remouet rationem generis ab aliquo ex 2. capite vt dictum est supra vel ratione infinitatis, vel ratione nimiæ communitatis, quæ solum competit enti, quia dicitur de non vltimis differentijs, ideo ratione huius ratio generis nō po-

potest ab omnibus de Deo dictis remoueri, sed solum ratione infinitatis, & necesse esse, sed hoc sufficienter non probat, ergo: Minor patet ex Sco. p.d.3.q.3. Rubi concedit lineā infinitam (si daretur) esse in genere quantitatis, & recipere prædicationem ipsius quantitatis, ergo &c.

Resp. ex Sco. cit. quidem lineam infinitam extensiuè non tollere quantitatem à genere quantitatis, nec remouere ab illa rationem generis, quia infinita extensio non arguit perfectionem, vnde non est perfectior albedo in quantitate infinita existens, quam sit albedo solum existens in margarita, ergo perfectio simpliciter tantùm est illa, quę tollit rationem generis, & est illa, quæ ex se, & secundum suam rationem formalem nō dicit limitationem, quapropter dicit Lichettus p. d.8.q.2. *§. sed videtur mihi* in fine, quod si esset infinita albedo intensiuè, adhuc esset in genere, quia ratio albedinis secundum se inspecta est limitata, potentialis, & perfectibilis ab eo, à quo sumitur ratio differētiæ, & si illud esset realiter distinctum, ratio albedinis esset ab illo verè perfectibilis, & hoc voluit innuere Sco. hisce verbis, *& ideò non sequitur perfectissima quātitas, ergo perfectissimum ens, nec etiam sequitur de aliqua re alicuius generis, sed tamen sequitur perfectissima veritas, vel bonitas, ergo perfectissimum ens, ita cum infinitum ens non tantum dicat perfectionem summam, sed etiam non possibilem excedi, non sequitur infinitum ens, nisi præcisè ad infinitum tale, quod est perfectissimū, in quo est ratio entis quod scilicet dicit perfectionem simpliciter* quibus clare deducitur etiā infinitatem intensiuam non tollere rationem generis, dummodo non sit alicuius perfectionis simpliciter, & secūdum suam rationem præcisè inspectam non limitatè, & talis est illa ratio, quæ vt sic inspecta, & præcisa infinitate intensiua potest supponere pro infinito, adeò quod secundum se non est positiuè limitata, veluti sūt rationes generum etiam præcisis infinitatibus intensiuis, qualitas.n. secundum se non potest supponere pro qualitate infinita, & in Deo reperta, cum ratio qualitatis omnino remoueatur à Deo, sic pariter de alijs rationibus generum, quod non contingit de sapientia, & veritate, vel bonitate, quæ secundum suas rationes formales non dicunt limitationem, cùm æqualiter possint supponere pro sapientia, tam finita, quam

Linea in finit. in Genere.

Extensio non arguit perfect.

Perfect. simpl. tollit rationem Generis.

Quia perfectio simpliciter.

Ratio Qualit. remou. à Deo.

quam infinita, ita quod ratio illa sapientiæ, bonitatis, & veritatis in se inspecta non dicit rationem generis, nec limitationem, sed rationem trăscendentalem.

Con. ex Sco. p. d. 8. q. 4. § *ad quæst. respondeo* vbi probat distinctionem formalem attributorum, vel ratio sapientiæ vt sic & quatenus est quid cōmune sapientiæ creatæ, & increatæ includit rationem generis, & potentialitatem, vel non, si primum, ergo aliquid quod est in genere, vel dicit potentialitatem, dicitur De Deo., videlicet ratio sapiētiæ, vt sic; si non, sed præscindit à genere ergo quælibet ratio sapientiæ præscindet à ratione generis, & potentialitatis, consequentia tenet per ipsum Sco. modo cit. quia quæ non se includunt secundum suas rationes præcisissimas in nullo inferiori se includunt, & ita ratio sapientiæ nostræ nō erit in genere, quod est contra omnes. Nec valet responsio Lichetti p. d. 8. q. 2. in fine, dicentis sapientiam creatam non esse indiuiduum contentum sub sapientia in communi, neq; ab ipsa sapientia nostra posse abstrahi rationem sapientiæ in communi dictam in quid de hac, & de illa, sapiētia, quia talis conceptus solum

Resp. Lichetti reijcitur.

potest abstrahi à transcendentibus, & communibus Deo, & Creaturis, veluti est ratio entis, & conceptus omnium cum ipso ente conuertibilium, & talia trāscendētia possunt quidditatiue prædicari de omnibus, à quibus abstrahuntur, quæ autem non sunt nata conuenire finito, & infinito non possunt abstrahi, vt transcendentia veluti rationale, albedo, qualitas &c. & idem fatetur de sapientia, & intellectu, & licet Sco. aliquando oppositum dixerit, dicit Lichettus hoc dixisse potius explicādo, quam affirmando ita esse. Non valet inquam quia hæc respon. est immediate con. Sco. p. d. 3. q. 1. § *non asserendo* vbi probat vniuocationem entis ad Deum & creaturas, tum in ratione entis, tum in ratione cuiuscumq; attributi, & in ratione sapientiæ, vel intellectus, & voluntatis, quæ sunt in nobis; arguit (secludendo imperfectionem) rationem sapientiæ in Deo, & rationem intellectus, & voluntatis, quod non posset, si ratio sapientiæ, intellectus, & voluntatis non conuenirent vniuocè, veluti contingit de ente, nihil. n. ducit in cognitionem alterius, nisi contineat illud, vel virtualiter, vel essētialiter ex Sco. ibidem habet d. 8. q. 3. in fine, vnde.

Resp.

Resp. rationem sapientię secundum id, quod inadæquatè concipitur præscindere à contrahibilitate, vel non contrahibilitate, veluti cætera transcendentia, sed secundum id, quod subiectiuè importat, & à parte rei est potētialis, & contrahibilis, itaq; ratio sapientiæ nostræ secundum id, quod subiectiuè importat non est indiuiduum sapientiæ transcendentis, licet, quatenus potest ab illa ratio sapientiæ inadæquatè concepta abstrahi, possit dici, & verè sit indiuiduum sapientiæ in communi.

Nostra sapiē. est indiuiduum sapien. in communi.



Con-

CONTROVERSIA SECVNDA.

An conceptus entis dicatur de vltimis Differentijs, modis, & passionibus, & Quomodo.

PRæsens difficultas non examinatur ad modum Thomistarum affirmantium ens vniformiter, & quidditatiuè dici de vltimis differentijs, modis, & passionibus, ac de omnibus generibus, speciebus, indiuiduis, & partibus essentialibus ipsorum, nempè materia, & forma, quia modo hoc supponimus clarum ex Sco. p. d. 3. q. 3. §. *ad quæstionem*: quæ .n. sunt per se primo talia in aliquo genere nihil quidditatiuè includūt alterius generis, aliter non essent per se primò talia, seù rationes essendi tale, sed potius essent per aliud tale, & in recto, non in obliquo, essent .n. entia differentia non differentia, seù quò aliquid differt, quia includerent quidditatiuè ens, mediante quo aliquod dicitur conueniens, non differens, & cum differens differentia differat, differentia differentia differret, & ita processus in infinitum; sicut .n. vltimum genus habet tantum conceptum quidditatiuum, & contrahibilem, ita vltima differentia habet tantum conceptum qualificatiuum, & contrahentem inquit Sco. cit. F, & sicut conceptus contrahibilis est omnino extra conceptum contrahentis omninò ab illo abstrahens, & potentialis ad illum, ità è contra qualificatiuus, & contrahens omnino abstrahit, & præscin-

2. concept. cōtrahens, & contrahib.

dit à contrahibili, cum ille contrahibilis sit per se potentia, & ideò nihil actualitatis, & determinationis includit, ita conceptus differentiæ, seù contrahens nihil quidditatiuè includit potētialitatis, & alterius generis à contrahibilitate, aliter non esset per se primo contrahens, & actuans, quia quod includit aliquod per se potentialitatis, non est per se primò actus, vt optimè Sco. cit. G non inquam loquimur in hoc sensū, cum quæstio nō sit inter Thomistas, sed potius ad explicandam, & intelligendam veram, & germanam Scoti mentem, etenim Scotistæ rationibus, & clamoribus aduersariorum perterriti in multas se diuiserūt classes potius oppugnantium rationes euitantes, quam genuinam Sco. mentem explicantes, vnde pro introductione, & inuestigatione mētis Scoti.

Not. est Primo ex Sco. cit. infra N, & O, & p.d.8.q.3.§. *teneo meam opinionem*, & frequenter alibi rationem generis, superioris, seù contrahibilis non per se includere, nec per se includi in ratione inferioris, & contrahibilis entis, quia non se habet ad illud vt superius ad inferiora, hoc .n. modo quidditatiuè includeretur in illis, nam superius quidditatiuè, & per se primò prædicatur de suis inferioribus, sed præcisè se habet ad illa vt contrahibile ad contrahētiā, ad genera verò, species, & indiuidua, seù ad partes ipsorum se habet vt superius, ideo de illis dicitur quidditatiuè, vt colligitur ex Scoto p.d.3.q.3. *§. quantum ad 2. art.* quapropter ipse Sco.p.d.8.q.3.§ *ad p. argum. principale* dicit in quocunq; gradu intelligatur animalitas non propter hoc includitur rationalitas, vel irrationalitas, quod non est ita de albedine intensa vt octo, quæ licet vnico, & adæquato conceptu intelligi possit intensa vt octo, potest tamen intelligi inadæquatè, & imperfectè vt sic sine gradu, & cum gradus, & id cuius est gradus faciunt vnum per se cōceptum, quod tamen contingere nequit de Genere, & differentia, contrahibili, & contrahēte, quæ se includere minimè possunt, cum formalitas vnius distinguatur à formalitate alterius quomodocumque sit ista distinctio, & quæ formaliter distinguuntur vnum non potest transire in identitatem formalem alterius, licet quæ distinguuntur realiter ob infinitatem vnius, vel ob vnitatem

Superius inferiora includit quomodo.

Quomodo Genus ad inferior.

Modus & res faciunt vnum nō sic genus & diferētia.

tem

Vnum transit in iden. rea-lem non form.

tem in tertio, vnum transeat in idẽtitatem realem alterius, vt Sco. p. d. 8. q. 4. *§. ad quæst.* & *§. cont. istam solutionem* in fine, & frequenter alibi.

Not. est 2. in præsenti nos non inuestigare an ens dicatur de vltimis differẽtijs identicè sumptis, vt rudè nimis communiter Scotistę asserunt lucem .n. negare nimis deplorabile videtur; cum .n. propositio identica illa sit, in qua significatur prædicatum eandem rem, & entitatem Physicam importare cum subiecto, & contrahens ita se habeat in tertio cum contrahibili, nemo .n. sanæ mentis negare poterit vnum de altero non posse identicè prædicari, itaq; difficultas solum est examinanda de vltimis differentijs formaliter, & in se præcisè inspectis, & vt contradistinctis ab ente, an videlicet hoc modo includant ens, & de illis aliquo modo dicatur, ita enim dum Sco. quolib. 5. infra E quærit num relationes diuinæ sint infinitæ, vel finitæ; non quæro (inquit Sco.) si relatio secundum identitatem sit infinita, hoc enim clarum est, cum sit eadem realiter, quod essentia, sed quæro de relatione secũdum suam formalitatem, idẽm quolib. 3. *§. de p.* & *§. de 2. art.* vbi quærens an relatio originis sit res, & quæ res, non loquitur de ipsa vt identificata cum essentia, sed secundum suam formalitatem inspecta, ita pariter in casu nostro, dum quærimus, an ens dicatur de vltimis differentijs, non debemus absolutè dicere, dici de illis identicè, seù denominatiuè, vt videtur dicerè Sco. p. d. 3. q. 3. sup. M his verbis *ens est vniuocum omnibus*, sed conceptibus non *simpliciter simplicibus est vniuocum in quid dictum de eis, sed simpliciter simplicibus est vniuocum vt determinabilis, vel vt denominabilis, non autem vt est de eis in quid, quia hoc includit contradictionem* quæ verba sũt sanè intelligẽda, & explicanda, vt videbimus soluendo argumenta in oppositum.

Quid propositio identica.

Not, est tertio ex Sco. p. d. 8. q. 3. P, & d. 3, q. 3. supra M modo cit. multum differre inter se vniuocè prædicari, & vniuocum prędicatum, & primum inferre secundum, quod .n. vniuocè dicitur est etiam vniuocum prædicatum, non tamen è contra, quia vniuocè prædicari ex Sco. modo dist. cit. est quãdo ratio prædicati est ratio subiecti, & est quidditatiuè inclusa in eius essentia; prædicatum verò vniuo-

Quid vniuocè prædicari, & vniuocum prædicatum.

uocum est quādo prædicatum dicit vnam rationem communem pluribus, siuè essentialiter, siue accidentaliter inclusam, vt album dictum de Cigno, & niue, vnde maximè miror Fabrum in doctrina Scoti vndequaque versatum theorem.95.cap.4.& 7. Met. disp.2.cap.2. non admittentem huiusmodi distinctionem de vniuocè prædicari, & vniuoco prædicato, & dicit hoc esse commentum quorundam non intelligentium Scotum, habet.n. Sco.d.8. cit.hęc verba *animal* est vniuocum *non tantum vt dicitur de speciebus suis, sed vt determinatur per differentias, quia habet vnum conceptum determinabilem per ens, & tamen non dicitur de differentijs vniuocè, hoc est in quid, ita quod ratio eius sit ratio differentiarum, quomodo vniuocè dicitur de speciebus*; ecce quomodo Scotus cōcedit ens vniuocum prædicatum ipsis differentijs, speciebus vero per ipsas constitutis vniuocè dictum, quod non esset, si ista inter se non distinguerētur, & subdit, quod si ens concedatur vniuocum, oportet ipsum cōcedere vniuocè dictum addendo sequentia verba *ista etiam altercatio nihil est ad propositum, quia si ens dicatur secundum vnum conceptum sui de Deo, & creatura, oportet dicere quod ratio entis sit ratio subiecti, dicetur enim de vtroq; in quid & ita erit vniuocum vtroque modo.* hæc consequentia Scoti non valeret, si ens posset dici de aliquo, & non dici quidditatiuè, quia posset dicere proteruians, ens dicitur de Deo, & creatura, non tamen quidditatiuè, & vniuocè, sed solum denominatiuè, siuè alio quouis modo, vt ergo ratio Scoti valeat oportet affirmare ens de nullo dici, de quo non dicatur vniuocè, & quidditatiuè, licet oppositum dicant ferè omnes Scotistæ, tam recentiores, quam veteres; his notatis.

Ens de quo dicitur quidditatiuè dicitur.

Dico Primo non esse ad mentem Scoti distinguere ens in ens quid, & in ens quale, & negare primum dici de vltimis differentijs, modis, & passionibus, secundum verò includi in illis, quia primum est contrahibile, & potentiale ad inferiora, secundum vero est actuans, ac determinans, seu contrahens, & rationes Sco. p.d.3.q.3.§. *ad quæst*: militant contra primum non contra secundum, eò quia datur status in aliquibus, quod licet nō includat ens quid includit tamē ens quale ita discurrit Faber theorem.95. cap.4. & 7. Met,

Met. disp.2.cap.2. & quamplures alij Scotistę, non est inquam ad mētem Scoti, & probatur ex ipso locis supra citatis sic, si vltimę differētię non essent simpliciter simplices, sed distinguibiles in conceptū communem, quem quidditatiuè includerent, & in conceptum proprium necessario in differentijs esset assignandum per quid ille conceptus communis, seù ens quale contraheretur ad ipsas differentias particulares, & ita sequuntur eędem rationes, quas contra Thomistas format Sco. de processu in infinitum. Nec valet dicere cum Fabro, & alijs Scotistis talem cōceptum entis qualis, seù ipsum ens quale non esse contrahibile, & potentiale, sed potius actuans, ac determinans, seù contrahens, ideo non est quærendum per quid contrahatur, ac determinetur, hoc .n. tantum procedit de ente *quid* non de ente *quale*. Nō valet inquam, nam mihi videtur implicare, & contradictionem inuoluere aliquid esse commune ad plura, & includi in illis, & postea negare non habere per quid contrahatur ad illa, cum omninò sit indifferens ad plura, imò & ad omnes differentias, certè assignandum est per quid descendat ad A, v. g, & non ad B, & per quid fiat proprium A, & non B, & ita differentia non esset per se primo differentia, sed potius differentia differens, quà omnes differentiæ in illo communi conuenirent vt Sco. p.d. 3.q.3. F & G, nec per se primò actus, quia aliquid potentialitatis includerent, quæ sunt ipsissimæ rationes Scoti contra Thomistas, quæ si benè ponderentur, & cribrentur, idem robur retinent contra supradictam opinionem.

Ens nullo modo dicitur de differentijs vltimis.

Resp. Fabri tollitur.

Dico secundo non esse ad mentem Scoti affirmare ens, quatenus dicit couceptum acceptum à realitate non perfectibili ab alio, æqualiter dici de vltimis differentijs ac dicatur de Deo, & creatura est Sco. cit. con. Lichetum p.d. 26.q.vn.§. *sed contra*, & clarissimè deducitur ex Sco. supra citato, & præsertim p.d. 3.q.3. F & Probatur, quia sic differentiæ non essent omninò diuersæ, & per se primò distinctæ, quia in ente conuenirent, & ita haberēt differre differentijs, & sic processus in infinitum, nam differentię daretur differentia, imò Sco. cit. conceptum entis communem Deo, & Creaturis, & dictum quidditatiuè de illis ipsum cōce-

ceptum remouet à differentijs vltimis, qui tamen conceptus secundum Lichetum cit. & §. con. hoc arguitur non est acceptum à realitate nō perfectibili ab alio, quia ipse Lichettus fatetur Deū, & Creaturam esse primò diuersa in realitate, qua propter sustinet ens non importare realitatem communem Deo, & creaturis, vnde vt verum fatear, mihi videtur sibi immediatè contradicere, & quod peius est §. sed contra dicit in omnibus operibus Doctoris expresè non reperiri ipsum asseruisse ens prædicari in quid de Deo accipiēdo inquit propriè, sed solum denominatiuè, & impropriè, quod quàm falsum, & dissonum doctrinæ Scoti vide ipsum Sco. cit.p.d.3.q.3. sup. M. & d.8. q.3.P.

Deus, & Creatura p. diuersa.

Dico tertio nō esse ad mētem Sco. affirmare ens dici de vltimis differentijs, modis, & passionibus, realiter, & identicè esseq; respectu illarum prędicatum vniuocum, licet non vniuocè dictum: est Sco. locis supracit: est tamen contra Mastrium tom.1.Met. disp.2. q.7. art.p. num.193. Radam p. parte controu.21. art.2. conclusione 3. Mayronem de vniuocatione entis q.4. in fine & alios quam plures, faciliter suadetur, quia in præsenti loquimur de vltima differentia, vt cōtradistincta a generibus, speciebus, & indiuiduis ipsius entis, & quatenus est præcisè contrahens, & determinans ipsum ens, seu ipsum contrahibile, vt Sco.p.d.3.q.3.§.quātum ad 2. art. & quærimus an sicut quidditatiuè, & essentialiter includitur in generibus, speciebus, & partibus essentialibus ipsorum, vt materia, forma &c. ita essentialiter, & quidditatiuè includatur, & dicatur de vltimis differentijs, & Scotus hoc ibi negat, & tamen loquitur ibi de quidditatibus generum, specierum, & indiuiduorum in se præcisè inspectis, & secundum suas formalitates consideratis; ita debemus speculari de formalitate, & nuda quidditate, (vt ita dicam) ipsius hæcceitatis, & vltimæ differentiæ, an sic inspecta includat ens, cùm vt sic nihilo opponatur, & aliquid sit à parte rei, non vero identicè, & realiter, & quatenus cum alia re est realiter identificata, quia si cum ente realiter identificaretur, & prędicaretur de illis quidditatiuè prædicaretur, vt dictum est cum Sco.p.d.8.q.3.P. cum ens de nullo prædicetur nisi

Ens non dicitur identicè de differentijs.

præ-

Ens solū quidditatiuè dicitur.

prædicetur, quidditatiuè, vt Sco. ipse p.d.3.q.3. cit. O vbi ait quod de quocumq; prædicatur ens in concreto, de eodem prædicatur in abstracto, ita quod, si ista est vera *anima intellectiua est ens, accipiēdo eundem conceptum entis secundum quem dicitur de homine, vel de albedine, ita hac est inquid rationalitas est ens, si rationalitas sit talis differentia, sed nulla talis differentia est vltima, quia in tali continentur plures realitates aliquo modo distinctæ tali distinctione, vel non identitate, qualem dixi inter essentiam, & proprietatem personalem, vel maiori, & tunc talis natura potest concipi secundum aliquod hoc est secundum aliquam realitatem, & perfectionem, & secundum aliquam ignorari, & ideo talis naturę conceptus non est simpliciter simplex* vide quomodo Sco. loquitur de vltima differentia, & in abstracto, & in cōcreto sumpta, quomodo solum consideratur secundum suam quidditatem, & negat ens de illa ita prædicari, & hoc vrgent oppugnantes Scotum.

Dico quarto ad vltimas differentias, modos, & passiones comparatum neq; esse prædicatum vniuocum, neq; vniuocè dictum, itaq; de illis, nullo prorsus modo dicitur loquendo semper de vltima differentia in rigore, & secundum suam formalitatem consideratam: patet ex confutatione aliarum opinionum, & suadetur ex Sco.p.d.3.q.3. F. & G sepe cit: quia in vnoquoq; genere datur vnum, quod est simpliciter tale, & nihil includens alterius generis, quod non est simpliciter tale, aliter non esset per se primò tale, cum ergo ratio entis sit tantum ratio conueniendi, & ratio differentiæ sit solum ratio differendi, primū nequit quidditatiuè includi in secundo, aliter secundum. 1. differentia nō esset solum ratio differendi, verum etiam ratio conueniendi, & ita processus in infinitum.

In vno quoque genere sæpè simpliciter tale.

Contra primam cōclusionem est expressa auct. Sco.p. d.3.q.3. sup. M vbi fatetur ens de simpliciter simplicibus dici non in qnid, sed vt determinabilis, vel vt denominabilis vt dictum est in fine 2. not ergo datur ens quale dictum de vltimis differentijs & si non in quid.

Resp. ex Sco. loco cit. E & M, & § *quātum ad 2.art. I* Scotum ibi non dixisse ens vniuocè dici de vltimis differentijs, vel passionibus, neq; hoc asserere, sed solum velle innuere

re

Vlt. dif quomodo sub obiecto intellectus.

re quomodo vltimæ differentiæ contineantur sub p. obiecto intellectus, videlicet sub ente, cum sint per se intelligibiles, & tamen de illis non dicatur quidditatiuè ens, & inquit ens duplicem habere primitatem ad omnia intelligibilia, videlicet primitatem communitatis *ad prima intelligibilia hoc est ad conceptus quidditatiuos generum, specierum, indiuiduorum, & partium essentialium omnium istorum, & entis increati, & habet primitatem virtualitatis ad intelligibilia in primis intelligibilibus, hoc est ad conceptus qualitatiuos differentiarum vltimarum, & passionum propriarum* hæc Sco. cit I cum ergo differentiæ vltimæ non sint prima intelligibilia de illis non dicitur ens nisi pro quanto continentur in ente, de quo ipsum ens quidditatiuè dicitur, & ita habet primitatem virtualitatis ad illas nõ communitatis.

Contra in tantùm dictum est in probatione primæ, & quartę conclusionis cum Sco. cit. F & G non dari hoc ens quale, & vniuocum prædicatum vltimis differentijs, quia non essent simpliciter simplices, & simpliciter contrahentes, quia etiã includerent conceptum contrahibilem, nempe conceptum illum communem entis qualis, & ideo processus in infinitum, vt concludit Sco. contra Thomistas, sed ob hoc talis processus non euitatur; etenim differentiæ omnes habent conceptum communem differentiæ in communi, in quo conueniũt, est enim intellectus meus certus, quod hæc, vel illa est differentia, dubitat tamen an sit differentia, A, vel differentia, B, ergo sicut non implicat ipsis differentijs dari hunc communem conceptum differentiæ, & vniuocum illis, licet non procedatur in infinitum, ita pariter poterit concedi vltimis differentijs ens quale communem sine processu in infinitum, & tale Commune vniuocum potest descendere in sua inferiora sine conceptu contrahente, ideò non est necessè distinguere vniuocatã, & conueniẽtia in aliquo conceptu communi quali, in conceptum cõtrahibilem, & contrahentem ad euitandum processum in infinitum, quod est manifestè contra Sco. cit. F & G. & nostras probationes, & hoc maximè vrget affirmantes, ens solum conceptum inadæquatum, non realitatẽ Deo, & creaturæ communem importare, quod est

Differentijs vltimis commune vniuocũ.

pro-

probabilius in via Sco. vt prę cedenti controu. dictum est, si ergo ille conceptus differentiæ in communi descendit in differentiam particularē, neque tamen ipsa distinguitur in conceptum contrahētem, & contrahibilem, cur non ita dicendum erit de cōceptu entis in hoc, vel illo ente cōtracto, certè hæ rationes tantam videntur habere euidentiam in via Sco. vt fuerint in causâ, Scotistas ad euitandam rationum efficaciam in varias incidisse fantasias, vt patet ex varijs eorū opinionibus, vnde

Grauis diff.

Resp. ex Sco. p. d. 3. q. 3. F, & G sæpè cit. in vnoquoq; genere (vt dictum est in probatione 4. conclusionis) datur vnum simpliciter primum, & alterum simpliciter vltimū, seu vnum, quod solum est cōtrahibile, & aliud, quod solum est contrahens, & primū non potest in secundo includi formaliter, & quidditatiuè, quapropter quodcunq; vniuocatum includens primū, seu solum cōtrahibile debet necessario distingui in conceptum contrahibilem, & contrahentem, & talis conceptus se ipso in inferiora descēdere nequit, sed debet per alium conceptū descęndere, quod non est ita de conceptu differentiæ in communi, qui cum sit qualificatiuus, & in genere differentiæ, se ipso potest descendere in hanc, vel illam differentiā, absque eo, quod hæc, vel illa differentia distinguatur in cōceptum cōtrahentem, & contrahibilem, ex quo patet quid sit dicendum ad instātias modò de ente adductas, non esse videlicet eādem rationem de differentijs conuenientibus in ratione differentiæ in cōmuni, quæ de illis dicitur vniuocè, licet nō quidditatiuè, cum talis conceptus non sit sumptus à quidditate, nisi extendendo nomen quidditatis ad quamlibet entitatem etiā hypostaticam, & differētialem, & de illis conuenientibus in aliqua ratione entis, quod quidem ens cum sit cōceptus solum quidditatiuus, & contrahibilis, non potest se ipso descendere hinc, Fabri opinio posset quodammodo reduci ad Scoticum sensum, ponendo differentijs aliquod commune, quia tamen ipse distinxit ens in ens quale, & quid, & posuit ens quale cōmune differentijs, propter hoc impugnatus est, cum ratio entis nullo modo dicatur includi in differentijs, & dicendo ens quale duo dicit, videlicet ens, & taleitatem entis, & ita non ex-

Simplic. contrahens, & simplic. contrahibile.

Cōcept. differ. nō est quiddit.

Opin. Fabri ad bonū sensum.

excludit rationem entis transcendentissimè sumpti ab vltimis differentijs.

Con. si ergo differentia A, & differentia B, conueniunt in ratione differētiæ in communi, & tamen in ratione talis differentiæ differunt, ergo simul conueniunt, & differūt, & ita non sunt solum differētiæ, sed differentia, nec simpliciter simplices, sed diuisibiles in plures conceptus s. in conceptum communem, in quo conueniunt, & in conceptum particularem, quo differunt, quod est con. Sco. p.d. 3. q. 3. §. *ad quæst. igitur*.

Differ. 2. concept. includ.

Resp. ex Lichetto p. d. 25. q. vn. §. *respondeo permittendo*, non esse inconueniens cōceptum communem contrahibilem inadæquatum tamen, & qualificatiuum vltimis differentijs communē, & quando dixit Sco. sicut in realitatibus, ita in conceptibus, idest, sicut datur vna realitas tātum contrahibilis, & vna realitas tantum contrahens, sic vnus conceptus s. entis solum contrahibilis, & vltimæ differentiæ solum contrahens, verum est de conceptu vltimæ differentiæ adæquato non inadæquato. Vel dicas, quod & si habeant conceptum communem, adhuc tamen dicitur cōtrahens, quia talis conceptus est in serie conceptuum differentiæ, & qualificatiui, non quidditatiui, & contrahibilis, vt dictum est prima par. controu. 13. in fine.

Concep. differ. solum cōtrahens.

Con. 2. conclus. est argumentum Sco. p.d. 3. q. 3. infra I, cui argumento Scotus ipse supra M dat tres respōsiones, quarum neutra soluit, inquit Lichettus §. *deinde Ocham* in fine. argum. est tale. Intellectus est certus de aliquo, videlicet A, quod est ens, & tamen dubitat, an A sit vltima, vel non vltima differentia, ergo ens dicitur de vltimis differētijs vniuocè per rationē Sco. p.d. 3. q. 2. §. *secundo non asserendo*, qua probat vniuocationē entis ad substantiam, & accidens, ad Deum, & creaturas: responsiones ergo, quas Sco. affert sunt istæ. Prima, quod licet sit certus de ente, nō tamen est certus, quod dicatur quidditatiuè de A A. Secunda, cum conceptus differentię sit simpliciter simplex, vel totaliter scitur, vel totaliter ignoratur. Tertia, quod licet ille conceptus sit vtriq; vniuocus, non tamen vniuocè dictus. Quæ responsiones certè non soluunt argumentum. Prima non soluit, quia idem sequeretur de Deo, quod videlicet nō

3. respōs. non soluentes.

est certus, quod conceptus entis dicatur de Deo quidditatiuè, vltra quod dictum est, de quocumq; ens dicitur, quidditatiuè dicitur. Nec secunda etenim hoc patet sensui, & pariter est tanta simplicitas in Deo, ac in Creatura, & tamē potest ita concipi. Tertia pariter non soluit, quia ita posset dici de Deo, vnde

Resp. Lichet tus § *respondetur primo ad primam rationem*, & dat easdem responsiones Scotus, quas ipsemet confessus est esse insufficientes, quae breuitatis causa omittuntur. Respondet Bargius p. d. 3. q. 3. § *etiam potest responderi*, differētiam esse inter vniuocum praedicatum, & vniuocè praedicari, & dicit Genus, & ens esse vniuocum praedicatum etiam vltimis differentijs, licet non vniuocè dicitur, quia, inquit ipse, intellectus est certus de duobus animalibus, quod hoc est animal, & illud animal, dubitando an sit rationale, vel irrationale, ecce quomodo animal est vniuocum praedicatum ad rationale, & irrationale, & multū sibimet ipsi applaudit, & gaudet, hāc responsionem adinuenisse, & argumētum vsq; modo à nullo Scotista rectè fuisse solutū, quae responsio licet multum plausibilis sit ab ipso, tamen quanti ponderis sit ex dictis in tertia concl. & in tertio not. deducitur, nam vt ibi dictum est, ens de nullo praedicatur, nisi quidditatiuè dicatur, & similiter dum quaerimus, an ens, vel Genus dicatur de vltimis differētijs, passionibus &c. loquimur de pura, & nuda quidditate differentiarum, & passionum, an scilicet ens, vel Genus in tali pura quidditate includatur, quapropter dicēdo ens dici de illis vt praedicatum vniuocum, non vniuocè dictum, nec argumētum Sco. soluit, nec loquitur ad propositum; quapropter solum intellectus est certus, quod animal v. g. mouet, non rationale, nisi, vt conditio, & hoc si ambo in sacco claudantur. vnde

Resp. Lich. & Barg. reij.

Resp. ex ipso Sco. saepè cit. in p. d. 3. q. 3. I, & M intellectum esse certum, quod A est ens, & dubitare an sit vltima, vel non vltima differētia, non quod A includat quidditatiuè ens, sed quia A cum sit per se intelligibile, virtualiter includitur in aliquo includente quidditatiuè ens, ratione cuius ipsum A intelligitur, hinc subdit ipse Sco. ens duplicem habere primitatem ad omnia per se intelligibilia .s. primitatem

Vera Resposio.

Primit. 2.

tatem virtualitatis ad passiones modos, & vltimas differentias, quæ licet non includant ens per se, includuntur tamen in includēte per se ens, & ita stat ens esse primum, & adæquatum obiectum intellectus, cum hac duplici primitate, & ita dicendum est de illis animalibus in sacco existentibus à Bargio adductis, quod videlicet intellectus est certus, quod animal mouet, dubitat verò an sit rationale, vel irrationale, non quod animal quidditatiuè includatur in rationalitate, vel irrationalitate acceptis pro vltima realitate formæ, sed quia talis vltimà realitas formę virtute alicuius includentis animal, siue virtute animalis intelligitur.

Ens i. obiectum.

Con. tertiā conclusionem, si vltimæ differentiæ, modi, & passiones non sunt saltim idēticè entia, oportet, quod talia sint ex suis rationibus formalibus, & non ex hoc capite videlicet, quia contrahunt, & limitant ens, ratione cuius limitationis, & cōtractionis fiunt identicè ens, sed hoc est contra nostram vltimam conclusionem, ergo: probatur sequela maioris, quia huiusmodi vltimæ differentiæ sunt positiuæ, dicuntq; positiuam entitatem saltem formaliter, vel modaliter distinctam ab eo, cuius sunt modi, & differētiæ, tolluntur, & destruuntur, vel producuntur cum rebus, quas modificant, & contrahunt, ergo in se ipsis sunt entia, vel saltim idem cum ente, cum sint omninò aliquid à parte rei.

Resp. huic argumēto Mast. cit. nu. 201. & 202. 204. & 205. vltimas differentias, & modos in se ipsis formaliter inspectos formaliter nec esse entia, quia licet nec non entia, inter contradictoria absolutè sumpta non detur medium, cum aliquo tamen syncategoremate datur, vt inquit Sco. p. d. 2. q. 7. supp. LL. homo enim per se, neque est albus, neque per se non albus, quia neq; per se sibi inest albedo, neq; per se inest negatio albedinis, si enim vnum oppositorum per se inest, & oppositum eidem nunquam competere posset; fatetur ergo vltimas differentias, & modos esse solum entia identicè, & hoc dicit solum aduersariorum rationes inculcare, quæ responsio licet prima facie subtilissima, & Scotica videatur, tamen si benè perpendatur, argumenta aduersariorum vndequaque in suo robore remanent, eo quia quod conuenit

Inter cōtradit. medium.

Resp. Mastrij reijcitur.

nit alicui subiecto in primo modo dicendi per se, semper tale prædicatum conuenit tali subiecto, siue tale subiectum alteri realiter identificetur, siue non, quia æquiualet illi regulæ, quod si aliquod prædicatum conuenit alicui formaliter, ad quodcumq; comparetur, tale subiectum, semper tale prædicatum inerit sibi, sic est in proposito, quærimus de A, hoc est de vltima differentia, vel modo in quantum A, & in quantum est quid contradistinctum ab eo, cuius est differentia, an sibi primo insit res, seu ens, cum vt sic non sit nihil, omne enim quod ex se formaliter est aliquid, & contradistinctum à nihilo, aliquod prædicatum debet sibi inesse in primo modo dicendi per se, quod sibi inerit, vt contradistinctum à quocumq; per suam entitatem, per quam distinguitur à nihilo: hæc vltima differentia producitur, & corrumpitur non per entitatem illius, cuius est differētia, nisi extrinsecè, & identicè, si enim per impossibile nō identificaretur realiter cum illo cuius est differentia, vel modus, adhuc illa vltima differētia esset in rerum natura producta, & posset per se desinere esse, ergo huiusmodi munera per se, & ab intrinseco competunt vltimæ differentiæ, & non solum in ordine ad aliud, & dum Scotus modo citatus concedit, quod paternitas per se non est eadem cum essentia, nec per se alia ab essentia solum vult innuere (vt videre est ibi) & vt explicat Tattarettus, quod identitas cum essentia, vel distinctio ab illa non inest per se paternitati, quia si vnum illorum per se inesset, alterū nullo modo inesse posset, est tamen per se res, vel per se ens, quod est paternitas, licet non sit per se ens, quod est essentia, sic ad rem nostram, modus, vel differentia vltima est per se aliquid, non per se aliquid, quod est essentia, cuius est modus, vel differentia, quia sic non posset sibi inesse vllo modo oppositum, videlicet aliqua distinctio ab ipsa essentia, cuius est modus, vel differentia, sed est aliquid, quod est modus, vel differentia, vndè

Differ. vlt. p. se corrup. & produc.

Paternit. nec per se est distin. nec p. se est dom. cū essen.

Resp. prædicto argumento, vltimam differētiam in se inspectam esse positiuū quid, corrumpi, & produci per se suo modo, non tamen sequitur, quod sit per se ens, sed solum aliquitas entis, seù limitatiuum, & contractiuum, en-

Resp. vera.

entis, & hoc Sco. ipse clarissimè dixit p.d.3.q.3.O, dum dixit, quod vltima differentia sumitur ab vltima realitate rei, non à tota realitate, per vltimā realitatem innuit Sco. huiusmodi aliquitatem vltimæ differentiæ.

Con. ens & nihil sunt duo membra contradictionis, inter quæ non datur medium, vel ergo vltima differentia, vt sic formaliter inspecta est sub membro nihil, vel entis; non primum, ergo secundum, ergo per se inspecta est formaliter ens, & non solum aliquitas entis.

Resp. ens prout opponitur nihilo, non solum se extendere ad ens in recto, & ad ens quidditatiuum, verum etiam ad ens in obliquo, seu ad aliquitatem entis, licet Mastrius cit. num. 201. hoc impugnet, quare licet vltima differētia, vel modus non sint ens in recto, nō sunt tamen nihil, quia sunt entia in obliquo, seu aliquid entis.

Con. ens reale commune Deo, & creaturis, ac in ea amplitudine, qua est subiectū Metaph. & quatenus de eo loquimur accipitur pro eo, qđ non est nihil, seu figmentum, si ergo vltima differentia, & modus est ens hoc modo, ens communissimè sumptum erit vniuocum ad omnia intelligibilia, quod est intentū aduersariorum, quia vniuocum est essentialiter inclusum in omnibus vniuocatis.

Resp. verum esse de ente, quod opponitur nihilo, & figmētis in recto, hocq; est, quod ponitur subiectum in Metaphysica, & est commune vniuocum Deo, & creaturis, non verò ens, quod opponitur figmentis, & nihilo in obliquo, quale est vltima differentia, & modus.

Ens qđ ponitur vniuocū.

Con. ex Sco. p. d. 36. q. vn. *§ ad primum principale*, ens dupliciter sumitur participialiter, & nominaliter, & qui participium significat tēpus, consequenter ens hoc modo sumptum significat existentiā actualem in essendo, siue existendi, quapropter ens participialiter nō prędicatur quidditatiuè de rebus creatis, quia existētia in illis est extra quidditatem, & essentiam rei, nominaliter verò sumptū significat illud primo, quod distinguitur à figmētis, vel cui non repugnat verum esse, vel existere, & ens hoc modo sumptum prędicatur quidditatiuè de rebus, quia nullum essentialius prædicatum inest rebus, quam quod sit essentia,

Ens dup. particip. & nom.

tunc

tunc hoc stante, sic Arguitur; esse, vel posse esse extra suas causas, & opponi figmentis est esse ens, ergo si tale esse prædicatur de vltima differētia, & modis, vltima differentia, & modus erit quidditatiuè, & essentialiter ens.

Quid ratio entis à figm. distincta.

Resp. rationem entis vt cōtradistinctam à figmentis nō esse præcisè rationem entis quidditatiuam; & solum enti quidditatiuo conuenientē, sed etiam aliquitati, & enti in obliquo, ratio ergo entis quidditatiui non solum consistit in hoc, quod est posse esse, sed posse esse tali, vel tali modo .i. in recto, quia vt inquit Sco. 4. d. 13. q. p. infra A, inferius non est præcisè superius, quia est superius cum aliqua differentia addita, sicut homo non est tantum animal, sed simul rationale; etenim posse esse absolutè etiam competit per se modis, & vltimis differentijs, cū per duas entitates præcise inspectas, omni secluso ordine ad aliud, sic à figmētis distinguantur, cum quodcunq; tale sua entitate sit tale, non entitate alterius, quia per entitatem alterius est solū identicè, & extrinsecè tale.

Con. cuicumque competit passio per se competens enti in recto, eidem competit ratio entis in recto, quia passio cōsequitur rationem subiecti, neque est maioris ambitus subiectum, quam passio, nec è contra, quia realiter identificantur, sed vltimæ differētiæ competit per se passio entis in recto, nempè intelligibilitas, bonitas, vnitas &c. cum quælibet habeat suam definitam perfectionem, & appetibilitatem, veritatem, vnitatē, cum sit vna in se, & indiuisa, & à quolibet alio distincta, & loquimur de ipsa formaliter, & vt contradistincta ab illo; cuius est vltima differentia, & modus, quapropter tollitur resp. Mastrij cit. nu. 208. differentiam videlicet participare passiones entis ob realem identitatem cum ente, non vero formaliter inspectam, quæ respōsio est immediatè contra Sco. p. d. 3. q. 3. L & M. vbi dicit ens ad prima intelligibilia, veluti sunt genera, species, & indiuidua habere primitatem communitatis, ad intelligibilia verò inclusa in primis intelligibilibus habere solum primitatem virtualem, & hæc sunt vltimæ differentiæ, & modi, vnde lit. F, dicit sequentia verba, *quantum ad primum, dico quod ens non est vniuocū dictum in quid de omnibus per se intelligibilibus, quia*

Resp. Mastr. tollitur.

Vltima differ. per se intelligibilis.

quia non est de differentijs vltimis, nec proprys passionibus entis, pondera verba Sco. qualiter enim negat vniuocationem entis ad vltimas differētias, & passiones, taliter illis concedit per se intelligibilitatem, illis autem negat vniuocationem entis formaliter, & in se inspectis, ergo illis tali modo concedit per se intelligibilitatem, & non solum per identitatem, & certè capere non possum, qua conscientia Scotistę possint huiusmodi intelligibilitatem per se denegare vltimis differentijs, & passionibus in via Scoti, cum quodcumque formaliter distinctum ab alio habeat per se propriam conceptibilitatem, quia in hoc consistit, secundum omnes Scotistas, distinctio formalis: vnde

Resp. argumento ex Sco. ibi & Licheto §. *quantum ad secundum art.* explicando quomodo ens rationis contineatur subiecto intellectus, cum non sit ens quidditatiuè, verā esse maiorem, si passio competat illi per se primò; quomodo intelligibilitas non cōpetit vltimis differentijs, & passionibus, sed solum prout includuntur in aliquo per se includente ens, non autem si competat illis secundo modo,

Ens rat'onis sub obiecto intellectus.

& quatenus virtualiter in alio continentur, hinc licet illis formaliter inspectis insit intelligibilitas, non tamen sequitur, quod illis insit ratio, & quidditas entis, hoc enim modo inesset ad instar entis quidditatiui, & ita essent prima intelligibilia, non secundaria, quia haberent eandem rationem intelligibilitatis, & hoc est quod dicit Mayron. de vniuocatione entis q. 4. in fine, transcendentia videlicet posse inesse alicui, licet ipsi non insit per eandem rationem; & aduerte hoc non esse asserere vltimis differentijs solum realiter, & identicè competere intelligibilitatem, vt dicebat Mastrius, aliud enim est per se alicui cōpetere, & aliud est illi p se primò cōpetere, etenim, quicquid virtute alterius intelligitur per se tamen est intelligibile, & per se intelligitur, licet non per se primò, ita est in proposito intelligibilitas per se competit vltimę differentiæ formaliter inspectæ, licet non per se primò, sed per aliud, omnia enim Diuina attributa, creaturæ, & quodcumque aliud intelligibile in Diuina essentia intellectus Diuinus illa per se intelligit, & illa sunt per se intelligibilia, licet non per se primò, quia in-

Trāscen. non per eandem rationē.

Quid per se, & quid per se primo.

Differentia per se intell. nō per se primo.

intellectus Diuinus quicquid intelligit virtute Diuinæ essentiæ cognoscit,&intelligit, ita discurrit Sco. q. 3. prol. §. *ideo dico aliter*,& alibi frequēter, relatio et solum per fundamentū,& terminum intelligitur,& tamen est per se intelligibilis, quia ly *per se* solū dicit relationem virtute alterius intelligi, non quod ipsi relationi verè ;& per se non insit intelligibilitas & si non primò,& dum Aristoteles 3. Met. tex. 10. dicit ens non esse genus, quia prædicatur de differentijs, quæ prædicatio nulli generi competit, & si genus prędicetur identicè de differentia, dicit Sco. p.d.3.q. 3. infra O sufficere ad remouēdam rationem generis ab ente ipsum prędicari formaliter de aliqua differentia, videlicet de non vltima, cum genus de nulla differentia formaliter prędicetur, sed solū identicè, & hoc sufficit, vt dixi ad saluādum ens non esse genus, prætereaquam quod etiam potest prędicari in abstracto, cum vnum membrū sit permissiuè infinitum, videlicet ens, hæc enim est vera animalitas est entitas, licet etiam identicè, hæc verò est falsa humanitas est animalitas, & formaliter, & identicè; Aduerte breuiter distinctionem versari inter differentiam vltimam, & non vltimam, de qua ens quidditatiuè dicitur ex Sco. p.d. 3. q. 3. O, differentia .n. non vltima illa est, quæ sumitur à diuersa forma, à qua sumitur ratio generis, ponendo in homine plures formas, in non habentibus verò plures formas, illa est differentia nō vltima, quæ includit plures realitates formaliter distinctas, secundum quas potest sciri, & ignorari, cum non sit simpliciter simplex, patet de anima intellectiua, quæ licet sit vna, plures tamen includit realitates, in quas resoluitur; hinc si anima est quidditatiuè ens, etiā conceptus differentiæ desumptus ab ea erit quidditatiuè ens, sed talis conceptus non est vltima differentia, cum ipsa nō sit quidditatiuè ens, sicut etiā in alia anima, nempè vegetatiua,& sensitiua, clarum est in ipsa reperiri aliquam realitatem priorem, à qua sumitur conceptus entis, quia vna anima differt essētialiter ab alia, & tamen non per conceptum entis, quia eadem non possunt conuenire quidditatiuè,& differre, sed per aliam realitatē, & illa alia realitas dicitur vltima differentia, nec includit quid-

Relatio per fundamentū & terminum intelligitur.

Ens non est Genus.

Differētia inter vlt.& nō vltimam differentiam.

quidditatiuè ens, & illa vltima realitas, qua anima rationalis differt ab anima sensitiua, & vegetatiua est primò diuersa à realitatibus animę vegetatiuæ, & sensitiuæ; quæ enim sunt rationes differendi in quantum tales non possunt includere ens, vt dictum est in prob. 4. conclus. & in solutione argum. con. p. conclus. & in tantum ens dicitur de nõ vltima differentia, quia ipsa supponit pro realitate contrahibili per vltimam differẽtiam, contrahens enim est extra naturam contracti, quomodocumque contrahat in quantum tale, aliter non fieret resolutio in conceptus simpliciter simplices, nec posset distingui contrahens à cõtrahibili, nec cõmune à particulari, & qualificatiuo, vnde differentię dicuntur substãtiales, essentiales, vel accidentales, non verò dicuntur substantia, essentia, vel accidens, sed solum essentiam, substantiam, vel accidens constituentes.

Ratio differẽdi non est ratio cõuenien.

Contrahens est extra nã contracti.

CON-

CONTROVERSIA TERTIA.

An ens dicatur Vniuocè de ente Reali, & Rationis.

DVO ex nostra Schola proceres acriter vnus in alterum inuehit de cognoscibilitate, & essentia entis rationis, etenim Mastrius ex vna Parte in Logica dis. p. 3. q. p. & p. tom. Met. disp. 2. de natura entis art. p. affirmat ens rationis non prius habere esse intelligibile, quam intellectum, cum essentia entis rationis solum cõsistat in intelligi, & in esse obiectiuo intellectus fingentis, si enim ens rationis aliquod esse propriũ, & formale haberet antequã actualiter cognoscatur, vel fingatur seclusa qualibet intellectus operatione, tunc esset ens reale non rationis, contradistinguitur enim ens rationis ab ente reali, quia ens reale habet esse propriũ, & sibi non repugnans independenter ab operatione intellectus, saltim practica vt Sco. p. d. 36. q. 11. *ad primum princip.* ens verò rationis solũ habet esse actuale, & proprium, dum actu cognoscitur, & intelligitur, alioquin in serie entium realium collocaretur, nam nullo considerante intellectu haberet esse possibile proprium, & formale ad modum possibilium, & nõ solum in causa, à qua solum actualem, & realem existentiã haberet, veluti possibilia, quæ solũ actualem, & realem existentiam recipiunt à causa, qua non causante solum habent esse proprium formale, & posibile, vt Sco. p. d. 13. 33. & 44. §. *aliter dico* & hoc est quod dicit Mastrius. Ex

Essentia entis rationis.

alte-

altera autem parte Pontius disp. p. q. 2. affirmat ens rationis prius habere esse intelligibile, quàm intellectum, quemadmodum enim qui Antichristus hodie non est productus, sed solum producibilis, verè infertur, quod primo habeat esse producibile, & possibile, quàm habeat esse productum, vel quam sit productum, ita verè colligi potest, quia hodie chimera v.g. non intelligitur, sed potest intelligi, quòd verè prius habet esse possibile, quam actuale, cognoscibile, quam cognitum, ens enim rationis sua entitate, & formalitate est ens rationis, quia vt optimè docet Sco. p. d. 43. F. quælibet res sua entitate est formaliter, & intrinsecè talis, licet principiatiuè ab alio, & possibilitas, vel impossibilitas rei non est à sola potētia, imò primò ab ipsa re inquit Sco. modò cit. inf. B, & F, quia in causis præcisis, sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis teste Arist. p. post. tex. 30. quare si causa esset totalis ratio possibilitatis rei, negatio potentiæ in causa esset adæquata ratio impossibilitatis in Creatura, & positio potentię in causa esset ratio possibilitatis, & ista propositio esset vera, A, est possibile, quia est causa potens producere, est impossibile, quia non datur causa potens producere, & taliter & tali modo producitur, quia datur talis, vel talis potentia potens producere tali, vel tali modo, quæ certè omnia sunt absurda, vnde hæc est verè causalis, quia hoc est possibile produci, ideo producitur, & tali modo producitur, quia tali modo est in se intrinsecè possibile, pduci tali, & tali modo, aliter esset in potestate causæ quodcumque esse dare cuicumque rei, quod tamen est c. Sco. p. d. 43. A, & 36. M, non enim chimera est ens rationis, quia producitur ens rationis, sed producitur ens rationis, quia intrinsecè est ens rationis, homo ideo producitur homo, non lapis, quia secluso quocumque respectu ad quamlibet potentiam est formaliter, & intrinsecè homo, non lapis, quapropter ad dirimendas lites inter istos duos Scotistas, quibus multum tenentur Scotistæ, quid sit in hoc dicendum. Aduerte ex Sco. p. d. 35. q. 11. H creaturas non habere esse formale, & proprium, nisi dependēter ab intellectu diuino, effectiuè, vel

Sicut affirmatio est causa aff. ita negatio negationis.

vel quasi effectiuè loquendo, habet enim ibi hæc verba, *Deus in primo instanti intelligit essentiam sub ratione merè absoluta, in secundo instanti producit lapidem in esse intelligibile, & intelligit lapidem, eò quod essentia diuina vt prior intellectione, & præcisè secundùm rationem essentia non est exēplar actuale, & formale creaturarum, nec in ea, veluti in speculo res ipsæ relucent, sed tantum continentur in ea supereminenter, vnitiuè, & quasi virtualiter, quia potens est eorum distinctam cognitionem producere, itaq; continentur indistinctè*, nota verba Sco. *producit lapidem in esse intelligibili, & intelligit lapidem*, vbi demōstrat intellectum Diuinū intelligendo creaturam primò ipsi communicare effectui, vel quasi effectiuè esse possibile, quam denominetur cognita, vt etiam optimè aduertit Lichetus p. d. 43. q. vn. §. *respondeo ad primum argum.* cum esse intellectum sit denominatio extrinseca prouenieris à potentiá in ipso lapide, v.g. esse verò intelligibile sit sibi intrinsecum, & essentiale, & primo insit alicui id, quod inest per se, & essentialiter, & in ordine ad aliud, veluti est esse cognitum in ipso lapide, ita docet Sco. 3. d. 2. q. 2. G itaq; faciliter ad euitandam prolixitatem, quam omnino euitare intendo, candidiores isti Scotistę concordari possunt ex Sco. sup. cit. ens videlicet rationis non prius habere esse intelligibile quam intellectum, veluti dicebat Mastrius, quem semper, vt Magistrum veneror, intelligendo videlicet, non quod ipsi enti rationis primo insit hæc denominatio *esse intellectum*, quam esse intelligibile sibi intrinsecū, sed non prius habere esse intelligibile, quā intellectū, eo quia cessante actuali intellectione, vel fictione intellectus creati, veluti causa efficiente totali, & adequata entis rationis cessat ipsa actualis essētia, & existētia entis rationis, cum eius essentia consistat in actuali dependentia ab ipsa causa, veluti Deus, si per impossibile nondum intelligeret creaturas, vel cessaret modo ab intellectione illarum, esse formale, & proprium creaturarum amitteretur, & quasi de nouo acquirerent tantum esse eminentiale, & supereminens, quod esse habebant ante intellectionem Diuinam in ipsa essentia Diuina, mediante quo dicebantur possibiles, nō possibilitate contraria, & positi-

Creat. producūtur ab intellectu diu.

Creatura primò cognoscibilis, quā cognita.

Quod inest per se p. inest.

Possibil. dupl. ext. & int.

sitiua, sed negatiua, quatenus .s. ipsis non repugnabat esse formale, & proprium, & non dicebantur possibiles, non intrinsecè, sed extrinsecè, & ratione causæ non dantis illis esse, ita Sco. p. d. 36. inf. L. & M. hinc dicuntur intrinsecè possibiles, & extrinsecè nō possibiles, seu ratione causæ non dantis esse. Pontius verò intelligitur ad modum expositionis Licheti modo citati, quod videlicet p. intellectionem creatam primo tribuitur ipsi enti rationis esse intelligibile, quam intellectum, quia esse intellectum est denominatio extrinseca subiectiuè, inexistens in ipso ente, denominatio autem quæcumq; sit, est posterior subiecto denominato, quia vt denominans non producit illud, sed supponit, ita quod in aliquo signo priori per actum intelligendi ens rationis producitur in esse intelligibili, & in alio signo quasi posteriori producitur in esse cognito, ita quod actu illo intellectionis ens rationis primo producitur in esse intelligibili, quam ipse actus terminetur vt ad terminum denominatum ad ipsum ens rationis, ad absolutum enim in causa sequitur absolutum in effectu ex Sco. p. d. 43. cit. & 2. d. p. q. 4. 5. p. d. 30. 33. & postea fundatur in absoluto effectus respectus ad causam, & si est mutuus in absoluto causæ respectus ad effectum, quapropter oportet primo intelligere absolutum effectus, quā intelligatur aliquis respectus sibi inesse, siue ille respectus sit causati, seu effectus ad causam, seu denominati ad denominans, & licet Scotus aliquando dicat esse posibile creaturarum fundari in esse cognito ipsarum, quasi quod per prius habeant esse cognitum, quam possibile, quam cognoscibile, accipit Sco. ibi esse cognitum pro ipsa cognitione, seu pro causa ipsius esse cogniti, vel pro ipso esse creaturæ obiectiuo præostenso diuino intellectui, quod est idem cum esse possibili ipsarum, vnde ad propositum nostrum redeundo de vniuocatione entis ad ens reale, vel rationis Sco. multis in locis clarissimè habet ens se habere æquiuocè ad ens reale, & rationis, vt est videre p. d. 29. q. vn. *§. ad istam quæst.* vbi quærit num ad relationem principij ad intra, quæ infertur ex generante, & num ad relationem principij ad extra, quæ infertur ex hoc, quod creat, detur commune vniuocum,

Ens rationis p. esse intelligibile quam intellectum.

Ad absolutum in causa absolutum in effectu.

Non datur commune vniuocū ad princ. intra & princ. extra.

cum, videlicet relatio principij vt sic, & respondet negatiuè, quia relatio principij ad extra est relatio rationis, relatio verò principij ad intra est relatio realis, quibus non est commune aliquid idem, *quia ei quod est secundum quid tale, & ei quod est simpliciter tale, in quantum tale non est commune vniuocum*, nam cum vniuocata æqualiter participent rationem communem non potest vnum dici secundum illam rationem simpliciter tale, & secundum eandem secundum quid tale, relatio autem rationis est secundum quid relatio, relatio verò realis est simpliciter relatio, hoc expræssè Sco. cit. quod non obstante non defuerunt ex nostris oppōsitam sententiām valdè probabilem in via Scoti iudicantes, vnde pro introductione veritatis.

Ratio cō munis æqualiter in vniuocatis.

Not. est primo non esse ferendum idem iudicium de ente in ordine ad positiuum, & negatiuum, ac de ipso in ordine ad reale, & rationis, diximus enim prima parte controu. controuersia 14. cōclu. 2. & respondendo ad argumenta con. 2. conclusionem ens esse vniuocum ad positiuum, & negatiuum, non tamen ad ens reale, & ens rationis, quare pro exacta cognitione est sciendum, quod ens, seu res tripliciter considerari potest ex Sco. quol. 3. §. *de primo* .f. communissimè, communiter, & strictissimè, communissimè iterum dupliciter accipitur, vel vt opponitur omninò nihilo, quod tale dicitur, quod nullum esse includit, neque in anima, neq; extra animam, veluti contradictorium, quia numquam contradictorium cum cōtradictorio constituit vnum intelligibile, neque sicut obiectum cum obiecto, neq; sicut modus cū obiecto; alio modo vt opponitur nihilo, quod nihil intantum dicitur nihil, quia neque est, neq; esse potest aliquod ens extra animā, & hoc modo entia rationis dicuntur res, quia licet sint nihil secundo modo sumptum, non tamen primo modo, quia sunt per se intelligibilia, & per se entia ficta; secūdo modo sumitur communiter pro ente, quod habet, vel habere potest aliquam entitatem nō ex consideratione intellectus tantum, sed à parte rei; tertio modo strictissimè quomodo solum secundum Philosophos res dicitur solum de ente absoluto, substantia, quantitate, & qualitate; & inquit Sco. ibi,

Ens tripl. accipitur.

ibi, quod res primo modo accepta multum videtur extendere nomen rei; possunt tamē ex res logicales, & secundæ intentiones, quia nomen rei secundum vsum loquentium, non determinat se ad rem extra animam, sed ad rem communem, ad rem in anima, &, extra animam, *siue illa communitas sit analogiæ, siue vniuocationis, de qua non curo modo, posset poni ens primum obiectum intellectus, quia nihil potest esse intelligibile, quod non includat rationem entis isto modo, quia vt dictum est prius, includens contradictionem non est intelligibile, & isto modo quæcumq; sciētia, quæ non solum vocatur realis, sed etiam, quæ vocatur rationis est de re, siue de ente.*

2. intentio dicit. res.

Secundo Not. ex Sco. p.d. 25. q. vn. & d.24. *§. circa illud* æquiuocum propriè non posse, neque diuidi, neque numerari in suis inferioribus, quia ad numerationem, & veram diuisionem requiritur, quod vnitates sint in diuidentibus, seu in inferioribus eiusdem rationis ex Sco. ibi, & nos diximus prima parte controu. 13. & 14. concl. 2. vnde quādo ens vt sic numeratur in ens reale, & rationis, quia dicuntur plura entia, distribuiturq; in illa, cum ens vt sic sit intelligibile, quatenus distribuitur pro ente reali, & rationis, talis inquam distributio, & numeratio non est vera numeratio, & distributio, sed potius sunt diuersæ entis acceptiones, sicut homo non verè numeratur, neq; verè diuiditur in hominem viuum, & pictum, licet dicantur duo homines, hoc est duæ acceptiones hominis, ita doctissimus Mayron. de vniuocatione entis q.6. his not.

Equiuocum non numeratur neq; diuiditur.

Dico primo ens commune ad ens reale, & rationis esse æquiuocum, non vniuocum est Sco. cit. Licheti p.d.3.q.3. *§. quantum ad 2. art.* Mayron. cit. Radæ pri. parte controu. 29. art. 3. conclus. 3. Mastrij tom. 1. metaph. disp. 2. q. 9. ar. 2. & aliorum, quos omitto, est tamen contra Bonettum pri. suæ metaph. cap. 6. Bargium p.d.29.q.vn. vbi hanc partem iudicat probabilem, Franciscum Pontelongum de Fauētia in sua Logica, & alios quāplures etiā manuscriptis. Probatur ex Sco. cit. & p.d.8.q.3. *§. ad argumenta opinionis oppositæ*, illis, quæ sunt præcisè extrema contradictionis non datur commune vniuocum, aliter inter cōtradictoria formaliter sumpta, & simpliciter simplicia, daretur mediū, sed ens

Ens est æquiuocum ad ens rationis.

ens reale, & ens rationis sunt extrema contradictionis, ex Sco.cit. & p.d. 36.q.vn.§. *ad primum principale*, eo quia ens reale prout contradistinguitur ab ente rationis est illud, cui non repugnat esse extra animam, ens verò rationis est illud, cui per se repugnat sic esse extra animam, ergo illis non potest assignari commune vniuocum, nam illud tale deberet præscindere ab hac, vel illa repugnantia, cum ergo conceptus entis realis, vel quidditatiuè sit illa non repugnantia ad esse extra animã, vel saltim necessario illam fundet, vel connotet, & conceptus entis rationis sit ipsa repugnantia, vel saltim illam indispensabiliter fundet, & connotet, sequitur ens rationis, & ens reale esse extrema contradictionis formaliter, dicit .n. Sco.p.d.36.q.vn.sup. M.cit. negationem posse inesse dupliciter, vel propter vnã affirmationem inclusam in ambobus, veluti *in speciebus vltimis eiusdem generis proximi negationes earum mutuæ dicuntur de se propter repugnantiam earum, quæ est propter solum vnũ inclusum in intellectu vtriusque, scilicet propter differentiam vltimam completiuam, quãdoq; autem propter plura inclusa in intellectu vtriusq;, vel alterius, sicut si accipiatur species specialissima duorum generum generalissimorũ, repugnant quidem sibi inuicem affirmationes propter multa inclusa in eis, tot .s. quos sunt prædicata dicta in quid de vtroq; in suo genere, nihil .n. dicitur in quid de albedine, quod non sit medium ostendendi hãc homo non est albedo, nihil etiam dicitur de homine in quid, quod non est medium ostendendi eandem, & ideo ista, homo non est albedo vera est propter repugnantiam extremorum simpliciter*, hæc Sco. ibi, & immediatè post subdit, *licet ex diuersis insint non dicitur aliquis magis, vel minus negatum, sed quodlibet simpliciter non tale*, & ratio est, quia tam ista, quam illa negatio, quæ vnica est ob multas causas negat totam formam, vel affirmationem sibi oppositã, quæ doctrina est mirabilis in proposito nostro, enti .n. reali non solum inest sibi hæc repugnãtia ad essendum in anima, ratione speciei specialissimæ, vel generis proximi, vel remoti, sed ratione cuiuscumque prædicati essentialiter, & quidditatiuè in ipso ente reali inclusi; ergo ens reale nõ debet includere aliquod essentiale, & quidditatiuum, cui nõ cõueniat esse extra animam, imò

Quid sit ens reale, & ens rationis.

Negatio in est dupliciter.

imò ob hanc rationem non debet includere aliquid præscindens à posse, & non posse esse extra animã, quale esset ens sic præcisissimè sumptum, si daretur commune vniuocum ad ens reale,& ens rationis, ita dicas de ente rationis, quod videlicet non solum sibi insit repugnantia ad essendũ extra animam ratione prædicati particularis, sed ratione cuiuscumque prædicati in ipso inclusi, aliter non esset adæquatè ens rationis, quia includeret aliquod prædicatum quidditatiuum, cui non repugnaret esse extra animã, itaq; ratione qua est ens non esset fictum, sed solum ratione, qua est tale ens, ideo ens rationis, A, non esset totum fictum,neq; è contra ens reale, A, esset totum ens reale, quia quidditatiuè participaret de ente,cui non repugnat esse fictum, ita cum dico substantia, Qualitas, vel Deus est simpliciter ens non esset vera, quia ly *simpliciter ens* stat pro ente communi, & vniuoco ad ipsa, quod quidem ens non esset simpliciter ens extra animam, dato tali casu. Huic rationi respondet Mastrius cit. num. 257. & 258. non esse inconueniens in ente reali reperiri aliquid, quod formaliter non sit ens reale, & in ente rationis aliquid, quod non sit formaliter ens rationis, sed præscindens, & sufficere esse identicè ens reale, vel ens rationis, veluti in substantia reperitur aliquid, quod non est formaliter substantia, sed solum identicè, vt patet de vltimis differentijs, quæ responsio quantum valeat vnusquisque videre potest, etsi enim differentiæ vltimæ substantiæ non sint formaliter substantia, sunt tamen aliquid substantiæ, seu substantiales, in ente autem rationis non solum potest esse aliquid, quod formaliter sit ens reale, sed neque aliquid quod sit aliquid entis realis, neque in ente reali potest esse aliquid, quod sit aliquid entis rationis, neq; paritas est ad rem, nam alio, & alio modo se haberet ens vt sic ad ens rationis, & reale, ac se habeat differentia substantialis ad substantiam, quia primus se haberet vt superius, & vt vniuocum essentialiter in recto dictum de illis, & vt superius dicitur de inferiori, & ideò non sufficit vt solum identicè sit ens reale, vel rationis, sed etiam requiritur vt sit ens reale, vel rationis in recto, non ita de differentia,

Quid sit in ente rationis repug. esse.

Resp. Mastrij reijcitur.

quæ

quæ se habet ad substantiam, vel ad accidens, vt quid reducibile ad tale genus; adducit postea ipse Mastrius alias rationes ad probandam hanc nostram opinionem, quas ne prolixior fiam vltra promissum, omitto, eò vel maximè, quia mihi videntur minoris ponderis, vt benè cõsideranti, patebit, quia possent huiusmodi rationes etiam formari de ente positiuo, & negatiuo, cui prima parte controu. 14. conclus. 2. concessimus commune vniuocum, sic enim ens positiuum non esset adæquatè, & secundum omnia sui essẽtialia positiuũ, quia includeret commune essentiale ad negatiuum, & è contra, negatiuum non esset adæquatè, & secundum omnia prædicata essentialia negatiuum, quia aliquid positiuum (saltem permissiuè) includeret, rationem scilicet illam communem ad ens positiuum, & negatiuum, & ita videntur sequi eadem inconuenientia, ac sequantur de ente reali, & rationis, quibus omnibus adæquatè responsum est controu. cit. respondendo ad argumenta, nullum enim est inconueniens, quod in positiuo quidditatiuè includatur aliquid, quod formaliter non sit positiuum; sed solum permissiuè, & ita adæquatè, & secundum omnia prædicata sui essentialia est positiuum, quatenus nihil includit, quod sit formaliter negatiuum, ita de negatiuo dicas; nõ est tamen idem iudicium de ente rationis, & ente reali, quia ista sunt formaliter extrema contradictionis, & toti quidditati entis rationis debet adæquatè repugnare esse extra animã, & quidditati entis realis, & opposito, debet sibi conuenire posse esse à parte rei, adæquatè secundũ omnia sui prædicata, & quicquid est in ente reali est simpliciter perfectiùs quolibet existente in ente rationis, quia ens reale secundum omnia sua prędicata realia à toto genere perfectius est ente rationis, quod non esset dato tali casu, cum quodlibet inferius aliquid addat supra suum superius, & formaliter perfectius sit continens, quàm contentum, & ita ratio cuiuscumq; entis rationis perfectior esset illa ratione communi vniuoca essentialiter inclusa in ente reali.

In positiuo, & negatiuo includitur aliquid præscindens.

Dico secundo ens non esse commune vniuocum ad ens reale, & ad rem primo modo acceptam, videlicet commu-

nissimè, & quatenus se extendit ad id, quod includit contradictionem, hoc enim verissimè est nihil, cum ipsi repugnet, & esse extra animam, & esse in anima, vt Sco. quolib. 3. A, &, B, discurrit, tale nihil nō est intelligibile, cum inuoluat contradictionem, nec consequenter rationem vniuocam continere poterit, vt dictum est p. not.

Dico tertio ens sic communissimè sumptum esse vniuocum ad ens possibile, seu cognitum, quod habent creaturæ ab æterno in mente Diuina conclusio est Sco. p. d. 36. q. vn. §. *concedo conclusionem*, vbi ponit discrimen inter intellectum nostrum, & Diuinum, quia Diuinus producit res primò in esse intelligibili, & non solum in esse secundum quid, seu in esse cognito, veluti intellectus noster, & vocat Scotus illud esse possibile creaturarum, esse simpliciter, licet diminutum, vt patet E, F, G, licet etiam tale esse vocetur à Sco. esse secundum quid, pro quanto videlicet non est verum esse essentiæ, & existentiæ, dicit enim, *quod motio intellectus nostri à quidditatibus intelligibilibus reducitur ad intellectum Diuinum, per cuius esse simpliciter ista obiecta habent esse secundum quid, scilicet esse obiectiuū, secundum quod esse mouent intellectum nostrum ad cognoscendum veritates sinceras, & propter motionem earum dicitur intellectus ille moueri, sicut ista habet suum esse secundum quid propter simpliciter esse illius*, ita Sco. lit. N, quod autem habet tantum esse rationis non mouet ad cognitionem sui, est tamen contra Radam prima parte controu. 29. art. 30. conclus. 3. & 4. vbi apertè fatetur creaturas ab æterno solum habere esse obiectiuum, & rationis ad modum entium rationis, & suum esse contineri sub serie entium rationis. Prob. ex Sco. cit. §. *ad primum principale*; ens rationis, vel chimera ex sua ratione formali, & intrinseca est ens impossibile esse ad extra, seù extra animam, esse autem possibile creaturarum, quod habent ab æterno non est impossibile esse extra animam, imò de sua ratione formali dicit ordinem ad posse esse, & est ens cui non repugnat esse, cum illud idem esse possibile sit illud, quod postea ad extra producitur in tempore, quapropter Sco. ipse cit. sup. M. dicit, *quod licet homini in æternitate insit non esse aliquid, & chi-*

Intellectus Diuinus, & humanus differant.

Esse possibile creatur simpliciter.

chimera, non esse aliquid, sed homini non repugnat affirmatio, qua est esse aliquid, sed tantum inest negatio propter negationem actus, vel causa, non ponentis in esse, chimera autem repugnat, si ergo homini non repugnat affirmatio ad esse, quæ tamen affirmatio repugnat chimeræ, siue enti rationis, oportet dicere, hominē habere aliud esse à chimera, quod enim solum ratione causæ non ponentis rem in esse est tale, solum extrinsecè dicitur tale, simpliciter tamen, & intrinsecè dicitur possibile, vel potens esse tale, si ergo homo ab æterno solum ratione causæ non ponentis illum in esse, nō dicitur ens, formaliter tamen, & intrinsecè debet dici tale, & verè ens possibile, supra quod esse fundatur affirmatio, quæ inest homini ad esse ab æternitate, quæ non fundatur in negatione chimeræ; non enim est minus ens conceptus formalis, & obiectiuus essentiæ, vel existentiæ vt sic abstractus ab hac, vel illa essentia, quā sit conceptus entis præcisissimè sumpti, communis Deo, & creaturis, & tamē ille est vniuocus, & realis, ergo &c. Præterea essentia, vel existentia considerata in esse possibili, & cognito sunt in serie entium realium, non rationis, quia sicut datur vera essentia, & existentia realis, ita datur vera essentia, & existentia possibilis, essentia .n. realis præscindit ab actuali existentia, & vt sic præscindens est realis, & obiectū reale secundum omnes, ergo &c.

Posse esse repugnat enti rationis, nō creaturis.

Con. primam concl. arguitur, quandocumq; aliqua passio conuenit pluribus, illis cōuenit per rationem communem in omnibus illis inexistētem, quia passio cōmunis insequitur communem naturā subiecti, ex Sco. p.d.19.q.vn. A, & B, nec passio potest inueniri in aliquo, vbi non reperitur ratio subiecti, vel naturæ, cuius est passio, nam natura talis subiecti totaliter adęquatur tali prædicato, ex Sco. modò cit. hinc tollitur responsio Mayronis de vniuocatione quæst. 4. in fine dicentis hanc maiorem esse veram in non trāscendentibus, vt forsitan apparet in respōsione data præcedenti cōtrouersia argumentis con. tertiā conclusionem de vltimis differentijs, sed de hoc nihil ad propositum, etenim natura subiecti transcendentis non minus adæquat suam passionem, quam quælibet alia natura respectu suę proprię passio-

Cōis passio cōem naturam sequitur

Resp. Mayronis reijcitur.

sionis,si ergo nulla pasio non transcendentalis reperiri potest in aliquo, in quo non reperiatur natura, ad quam sequitur, sic pariter pasio transcendentalis in nullo reperitur, in quo non sit ratio proprij subiecti, aliter vnū aliud excederet, & ita non essent adæquata, quod est cōtra Sco. d. 19. cit. sed intelligibilitas, quæ est pasio entis transcendentalis reperitur in ente rationis, cum ipsum sit per se intelligibile, ergo pariter in ipso debet reperiri ratio entis, & ita erit vniuocum ipsi enti rationis.

Nec valet dicere intelligibilitatem motiuā, & primariam esse pasionē entis realis, nō verò intelligibilitatem secundariam, & terminatiuā, & hanc intelligibilitatem terminatiuam cōuenire enti rationis, non primariam, & motiuam. Non soluit inquā, nam etiam relationes reales, sunt solum terminatiuè intelligibiles, cum solum ratione fundamenti, & termini intelligātur secūdum omnes Scotistas, & Scot. ipsum, & tamen in ipsis relationibus est vera essentia entis, ergo licet enti rationis insit per se intelligibilitas terminatiua, & non motiua; nō officiet quin in ipso sit ratio entis, similiter intellectus Diuinus solum ratione Diuinæ essentiæ intelligit creaturas, si ergo responsio aliquid valeret, creaturæ respectu intellectus Diuini non includerent per se rationem entis, neq; eius pasionem; Neque minus valet dicere ens rationis solum per accidēs esse intelligibile, intelligibilitate videlicet entis realis, ratione cuius intelligitur, & ita solum enti rationis conuenit intelligibilitas æquiuocè, & per accidens; Non soluit inquam aliter ens rationis non posset statui obiectum per se alicuius facultatis, & scientiæ, & tamē syllogismus, qui est ens rationis statuitur subiectum logicæ, neque per hoc, quod per aliud intelligitur, excluditur, quin sit per se intelligibile, vt dictum est de relationibus, etiam substantia pro hoc statu solum per accidens intelligitur, neq; tamen negare possumus, quin propria intelligibilitate sit intelligibilis, cum ergo intelligibilitas motiua non posit esse per se pasio entis communisimè sumpti, vt discurrit Sco. p. d. 3. q. 3. §. *contra istam*, & §. *ad quest.* & §. *quantum ad 3. art.* 1. q. 3. Prolog. §. *ideo dico*, cum multa entia non mouentia sint

Dupl. intelligib.

Resp. tacita reijcitur.

Alia resposi. reijc.

Ens ratio nis per se intelligibile.

Quæ intellig. sit pass. entis:

sint per se intelligibilia, & nullum tale commune per se motiuum ad omnia illa assignari possit, oportet, quod passio entis sit intelligibilitas terminatiua, sed talis ex dictis per se cōpetit enti rationis, ergo pariter ratio entis.

Tollitur resp. Bargij.

Nec soluit Bargius d. 1. q. 7. §. *quantum ad 2. art.* & §. *quantum ad quæst.* dicens intelligibilitatem terminatiuam esse passionem entis, & obiectum adæquatum intellectus esse ens communissimè sumptum, negat tamen hāc communitatem terminatiuam inferre in obiecto vnitatem vniuocationis, sed solum vnitatem terminatiuam; Non soluit inquam, nam vel intelligibilitas ista terminatiua, quæ est passio entit, vel solū competit enti rationis, vel solum enti reali, vel alicui rationi communi vniuoca ad vtrunque, æquiuoca autem nulla assignari potest cōmunis passio, cum nihil commune habeat, non primum, quia sic entia realia non essent per se intelligibilia, non secundū, quia sic secundæ intentiones, & entia rationis nō essent per se intelligibilia, ergo ad saluādam per se vnitatem obiecti oporteret assignare rationem communem, & vniuocā enti rationis, & enti reali, ratione cuius inesset illis entibus communes passio, nō possunt .n. passiones pluribus inexistentes inter se vniuocari, & esse eiusdem rationis, & illa plura inter se non conuenire vniuocè in aliqua ratione communi, cum passio semper sequatur naturam sui subiecti, si ergo intelligibilitas per se terminatiua tam entis realis, quam entis rationis conuenirent, & essent eiusdem rationis deberet ens reale, & rationis includere aliquam rationem communem vniuocè, ratione cuius sibimet ipsis inesset talis passio vniuoca.

Passion. non vniuocātur, nisi rat o sub. esti vniuoce.

Resp. ergo ex Licheto p.d. 3. q. 3. §. *quantum ad 2. art.* intelligibilitatem entis communissimè sumpti passionem, & quod est primum obiectum intellectus nostri duplici primitate, cōmunitatis scilicet, & virtualitatis, non conuenire enti rationis ob rationes supra assignatas; sed sicut entitas entis rationis est omninò alterius rationis ab entitate entis realis, pariter hæc, & illa passio, & sicut enti rationis repugnat esse extra animam, & enti reali conuenit posse esse ex dictis, sic pariter passiones eorundem entium pari modo se habent, & sicut essen-

Intelligibil. entis realis nō conuenirent rationis.

essentiæ illorum sunt sub extremis contradictionis, vt diximus in probatione conclusionis, ita pariter eorum passiones, sunt ergo entia rationis alia intelligibilitate alterius rationis intelligibilia ab intelligibilitate entis realis, & adhuc tamen continentur adæquate sub obiecto intellectus, cum adhuc saluetur vnitas virtualitatis obiecti, quia licet ratio entis, quæ est ratio primi obiecti nō saluetur, nec dicatur de ipsis entibus rationis, ipsa tamen entia rationis continentur in aliquo, de quo ens quidditatiuè prædicatur, vt dictum est precedenti controu. respondendo argumentis con. 3. conclus. de vltimis differētijs, quæ licet sint præsè intelligibiles intelligibilitate distincta, & alterius rationis ab intelligibilitate entis, cuius sunt vltimæ differētiæ, etsi relatio rationis aliquando fundetur in relatione reali, vt supra Paternitatem ratio speciei tamen sicut Paternitas intelligitur ratione fundamenti, & termini includentis ens quidditatiuè, ita pariter relatio rationis supra illam fundata; vel dum fundatur vna relatio rationis supra aliam, ambæ intelliguntur ratione entis quidditatiui, & ita reducuntur ad per se vnitatem obiecti, solū in hoc ingerit maximam difficultatem, id quod habet Sco. quol. 3. B, vbi dicit ens communissimè sumptum ad ens rationis, & ens reale posse poni obiectū intellectus nostri, quia nihil potest esse per se conceptibile, quod nō includat rationem entis isto modo, siue ista vnitas sit analogiæ, siue vniuocationis, de qua non curo modo, quibus fatetur intelligibilitatem, & conceptibilitatem vt sic esse communem vniuocè huic, & illi intelligibilitati, pariter & rationem entis deberet dici vniuocè de vtroque ente; Nec soluit id, quod dicit Lichetus in illo loco Sco. videlicet loqui de obiecto terminatiuo, non motiuo, de quo in p.d.3.q.3. sępè cit. eò quia, vt dictum est, neque ens vt sic communissimè sumptum potest esse per se obiectum terminatiuum intellectus, cum sit quid æquiuocū, ad ens .n. reale, & rationis, ex dictis non datur commune vniuocum, neq; motiuum, neq; terminatiuum, cum ibi nulla sit ratio, & conceptus, nisi nominis; Neq; pariter soluit id, quod dicit Mastrius cit. num. 270. & Bargio p. d.29. Scotū .s. ibi loqui non cathegoricè, sed

Ens rationis diuersa intelligibilitate.

Intelligibilitas di entis distincta ab intelligibilitate entis.

Diff. in Sco.

Nō benè Lich.

Nec Mastrius.

sed hypoteticè .i. dato, quod ens dicat vnitatem vniuocationis, quā vnitatem Sco. ibi non intendit inuestigare, non soluit dictum Doctoris, etenim licet Doctor hippoteticè loquatur quoad vnitatem analogiæ, vel vniuocationis entis communis ad reale, vel rationis, non loquitur tamen hyppoteticè quo ad primitatem obiecti in ordine ad intellectum, sed de ista cathegoricè loquitur, & absolutè asserit, ens esse primum obiectum intellectus, siue dicat vnitatem vniuocationis, siue vnitatem analogiæ, si.n.Sco. voluisset asserere ens cōmunissimè sumptum, & quatenus est æquiuocum non esse primum obiectū intellectus, sed solum dato, quod sit vniuocū, nō posuisset illam particulam disiunctiuam, *siue illa communitas sit analogiæ, siue vniuocationis*, hoc .n.modo loquendo vtramque partem affirmat, vt clarissimè patet ex verbis ipsius Sco. vnde Respondetur ex dictis, ens videlicet cōmunissimè sumptum posse poni obiectum intellectus adæquatum modo supra explicato, nō quatenus ens vt sic per se primo sit obiectū intellectus, siue mouens, siue terminans, cum sit æquiuocum; & æquiuocum, non potest poni pro obiecto scientiæ, vel potentiæ, sed quia tale ens dicitur de quocumq; per se intelligibili distributiuè, licet alio, & alio modo, nam de ente reali vno modo, de ente rationis alio modo, & alia, vel intelligibilitate iuxta entitatē vtriusq;. Quapropter nō habemus pro inconuenienti dari duos per se primos conceptus, quorum neuter in altero includatur, scilicet conceptum entis realis communem ad omnia entia realia, & conceptum entis rationis communem ad omnia entia rationis, licet Pater Pontelongus in Logica disp. 12. conclus. 3. cap. 1. habeat pro absurdo, imò non videtur posse vllo modo abstrahi talis ratio, & conceptus quidditatiuus communis entibus realibus, & entibus rationis, nam vt dictū est prima controuersia, sequeretur eundem cōceptum esse simul realem, & nō realem; realem, quia abstrahitur à rebus realibus, & propter hāc præcisam rationem cōceptus entis dicitur realis, licet solum sit abstractus per operationem intellectus, quia quidditatiuè includitur in quidditate reali, & à pura quidditate reali abstrahitur, non realis, quia esset abstractus,

Resp. era.

Ens cōmunis. sumpti obiecti intellec.

Dantur duo per se primi concept.

ctus, & quidditatiuè inclusus in entitatibus rationis, commune .n. vniuocum necessariò habet abstrahi à suis inferioribus, de quibus quidditatiuè, & essentialiter dicitur, quia in illis quidditatiuè,& essentialiter inclusus.

Secundò arguunt argumẽto, & ratione quidem vulgari, sed multũ difficili, & multas in via Sco. difficultates ingerente sic. Intellectus certus de vno, & dubius de duobus, habet alium conceptum, de quo est certus ab illis, de quibus est dubius, aliter de eodẽ esset certus, & dubius, sed intellectus est certus, quod relatio est ens, quod numerus est ens, similiter, quod natura communis est ens, & tamen dubitat, an sit ens reale, vel rationis, ergo ens vt sic dicit conceptum cõmunem ad ens reale,& rationis, isti autem sic dubitantes sunt omnes illi auctores, qui concedunt relationes reperiri, naturas pariter vniuersales, dubitãdo postea an sint entia rationis, vel potius entia realia, & est ipsissima ratio Sco.p.d.3.q.2.§. *non asserendo*, qua probat vniuocationem entis ad ens creatum, & increatum, ad substãtias, & accidens, quæ ratio, quia multas patitur difficultates,& instantias ab ipsis aduersarijs contra illam adductas, hinc diuersimodè respõdent Scotistæ, prima .n. instãtia (vltra supradictam) est de animali, scio .n. aliquod esse animal, & dubito, an sit rationale, vel irrationale,& tamen animal non dicitur vniuocè de illis differentijs, sum certus, quod ens dicit aliquẽ conceptum, & dubito, an talis conceptus sit æquiuocus, vel vniuocus, vel analogicus, neq; tamen datur conceptus, qui alter istorum nõ sit, similiter si essent tres in cubiculo obscuro omnes vocati nomine fortis, & vnus illorũ me percuteret sum certus, quod fortes me percussit, dubito tamen, an hic, vel ille fortes, item si sint duo canes marinus, & terrestris in sacco, vno illorum mouẽte saccum sum certus, quod canis mouet saccum, dubito autem quisnam illorum, & tamen neq; fortes, neq; canis dicunt communem conceptũ ad sua inferiora; adduxi huiusmodi instantias (licet non sint ad propositum) vt magis appareat efficacia, & euidẽtia rationis Sco. quamuis præcedenti controuersia soluendo argumenta contra secũdam conclusionem de istis instantijs

Nõ nulla instã. con. rationem Sco.

tijs

tijs aliquid dictum sit.

Resp. 1. Primò Mastrius cit. & ad rationem, & ad instantias num. 271. & num. 8. & 9. vbi postquam adduxit varias respõsiones Scotistarum, illas non admittendo, dat postea ex proprio marte suam responsionem, dicendo Sco. cit. loqui de conceptu formali, quia certitudo, & dubietas sunt affectiones cõceptus formalis non obiectiui, & rectè ex vnitate conceptus formalis optimè deducitur vnitas conceptus obiectiui, nã vnitas conceptus formalis desumitur ex vnitate obiectiui, & ideo Sco. ibi ex vnitate conceptus formalis deducit vnitatem conceptus obiectiui, quæ responsio an sit ad mentem Sco. ponderentur verba ipsius in tota illa quæstione, in qua quærit vniuocationem entis realis ad Deum, & creaturas, & an dicat conceptum cõmunem, & certè Sco. quærit ibi de conceptu obiectiuo, non formali, & facit supradictam rationem *omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuersis, habet conceptum, de quo est certus alium à cõceptibus, de quibus est dubius*, clarum est Sco. ibi loqui de conceptu obiectiuo, nam de formali non est certus, nec dubius, cum cõceptus formalis non sit cognitus, nam sola cognitione reflexa, non recta cognoscitur, & subdit minorem, *sed intellectus viatoris potest esse certus de Deo, quod sit ens, dubitando de ente finito, vel infinito, creato, vel increato, ergo cõceptus entis de Deo est alius à conceptu isto, vel illo, & ita neuter ex se, sed in vnoq; illorũ includitur*, verba ista ipsa luce clariora sunt, cõceptus enim, qui in vnoq; includitur, & qui ex se neuter est, est conceptus obiectiuus entis, non conceptus formalis, ille .n. entis est neuter, neq; in Deo, & creatura inclusus, de illoq; mouetur quæstio, non de formali, qui cum sit creaturæ est simpliciter finitus, vnde respondetur primò ad rationem, deinde ad instantias.

Nõ Scotice Mastrius.

Respondetur intellectum esse certum non de conceptu obiectiuo entis, quia vt inquit Aureolus p.d.2.q.p.art.3. & *ad primum principale*, cõceptus non dicitur propriè æquiuocus, sed vox, habẽt enim conceptum formalem de voce, seu de ratione nominis entis, & dubitant, quomodo ens sic conceptum se habeat ad sua significata, seu inferiora, an scilicet vniuocè, vel æquiuocè, neq; hoc idem licitum erit

dicere Philosophis, nos videlicet solum esse certos de voce entis, seu ratione nominis entis, & non de conceptu aliquo obiectiuo, cum talis non detur, sed solum quæritur an detur, vel non, nō est inquam eadem paritas de ente in ordine ad entia rationis, & realia, & de ipso in ordine ad finitum, & infinitum, quia Philosophi non solum habebant conceptum formalem de voce entis, verum etiam de conceptu obiectiuo, & ratione ipsius entis, ex hoc .n. quod videbant cælum moueri erant certi, principium illius motus esse aliquod ens, non solam vocem, cum implicet solam vocem aliquid mouere, & vlterius inuestigando dubitabant, an hoc principium sit Deus, vel aliqua creatura, ecce quomodo de aliquo cōceptu communi in illis incluso erāt certi, & de disiunctis, & particularibus contētis sub ente dubij, quapropter tollitur responsio Fabri theorem. 95. dicentis ad supradictas instantias de fortibus, & canibus non afferri aliquem conceptum vnius rei, de quo intellectus sit certus, & alios, de quibus sit dubius, sed solum affertur effectus, qui prouenit ab altera illarum causarum, sed dubitatur à qua proueniat, nam existens in cubiculo sentio percussionis effectū, sed ignoro determinatā causam percussionis, an videlicet fuerit hic, vel ille fortes, hic, vel ille canis, quæ respōsio eidem Sco. argumento applicari potest, dicendo in exemplo de motu primæ sphæræ non dari conceptū vnum notum, & alios ignotos, sed effectum notum, & causam ignotam, & indeterminatam, vnde potius respondēdum est cum Bargio p.d.3.q.p. & alijs Scotistis; ad illud de animali, & rationali respōsum est præcedenti controuersia in responsione ad argumēta contra primam cōclusionem, ad conceptum de ente dicitur, quod non sum certus de conceptu, quia iste conceptus obiectiuus non facit æquiuocationem, sed sum certus de voce; ad illas instantias de fortibus, & canibus, respōdet Bargius, quod solum sum certus de conceptu animalis, non de cōceptu canis, vel fortis, quia talis nullus est, nec alius conceptus potest abstrahi ab illis duobus, vel tribus immediatior, nisi conceptus animalis, vel hominis, & quomodo ab vltimis differentijs possit abstrahi conceptus communis

Tollitur resp. Fabri.

Vera responsio.

in

in illis inclusus. vide præcedenti cõtrou. soluendo argumenta primæ conclusionis.

Contr. si conceptus ille, de quo sum certus est conceptus hominis, & animalis, & non potius fortis, & huius, vel illius canis, ergo non minus intellectus meus esset certus, quod talis effectus, vel talis percussio, sit ab illis duobus animalibus, vel ab illis hominibus, quam à quolibet alio animali, vel à quolibet alio homine, quod tamen patet esse falsum, quia solum est certus de illis, non de alijs animalibus, vel hominibus sequela patet, quia ratio animalis, & hominis æqualiter reperitur in alijs animalibus, & hominibus, effectus, autem cõmunis, & proueniẽs à causa cõmuni est ab omnibus, in quibus est illa causa cõmunis.

Effectus cõmunis à causa cõmuni.

Respõdet ipse Bargius cit. intellectum esse certum de conceptu animalis, non sic in vniuersali inspecti, sed magis particulari, & solum illis duobus communi, & contracto per aliqua accidentia, quę accidẽtia faciunt, vt ille conceptus communis animalis, vel hominis sit tantum communis illis duobus canibus, & tribus fortibus, accidentia autem sunt scire videlicet animalia inclusa esse canes, homines, communi nomine vocatos fortes &c. Vel dicas vt dictum est præcedenti controuersia ad argumenta secundæ conclusionis quomodo videlicet intellectus est certus, quod, A, est ens, & dubitat, an sit vltima, vel non vltima differentia, & est. Argumentum factum ab ipso Sco. vide ibi; Ex quo etiam patet, quod ens rationis, & ens reale in ratione entis, non verè comparantur, dicendo ens rationis est minus ens ente reali, sed abusiuè tantum, eo modò quo homo viuus dicitur magis homo homine picto; Neq; pariter ratio entis vt sic potest inseruire pro medio in syllogismo cathegorico dicendo omne ens est intelligibile, sed secundæ intentiones sunt entia, ergo, quia ratio medij in tali syllogismo debet esse vniuoca, sed solum quatenus talis syllogismus est resolubilis in hypoteticum ex disiunctiuis, vt dicendo hoc, vel illud ens est intelligibile, sicut dicitur omnis canis est mobilis disiunctiuè loquendo, scilicet hic vel ille canis est mobilis.

Verior resp.

Non est comparatio inter ens reale, & cõis.

Contr. de quocunque saluatur, vel dicitur ratio primi principij complexi, videlicet ve-

verum est de quocumque negare, vel affirmare, de eodem verificatur ratio formalis sui subiecti, quia non ad plura se extendit ratio principij, quam ratio subiecti, cum ratio principij conueniat cuicumque conuenit ratio subiecti, sed ratio primi principij etiam verè verificatur de ente rationis, nam de ipso verum est negare, vel affirmare ergo pariter de illo debet verificari ratio subiecti, videlicet ratio entis.

Ratio principij non excedit rationē subiecti.

Respondet Mayron q. 10. prologi, quod eodem modo, quo subiectum primi principij se extendit ad ens rationis, eodē modo saluatur primum principium, modo subiectum solum secundum quid, & diminutè se extendit ad entia rationis, veluti ratio animalis in animali picto, & sic eodem modo ratio primi principij applicatur istis entibus rationis.

Contr. si eodem modo, quo de aliquo dicitur ratio primi principij dicatur ratio primi subiecti, sequeretur rationem entis debere dici vniuocè de ente rationis, ad instar entis realis, ergo &c. probatur sequela, nam ratio primi principij quidditatiuè, & æqualiter dicitur de ente rationis, ac dicatur de ente reali; etenim de ente rationis quidditatiuè est verum dicere de ipso idem non potest affirmari, vel negari, veluti de ente reali, ergo si in isto principio commu ni ens reale, & ens rationis vniuocè conueniunt pariter, & in ratione subiecti vniuocè conuenient.

Respon. verum esse tam de ente reali, quam de ente rationis, idem non posse affirmari, vel negari, non quod ratio huius primi principij metaphysicalis sic præcisissimè sumpti vniuocè, & eodē modo se habeat ad vtrumque, & ratione subiecti eiusdem insit ambobus, sed quia distributiuè sumpta, illa ratio subiecti, & primi principij verè, & quidditatiuè saluatur tam in ente reali, quam in ente rationis, non tamen ratione alicuius communis vtrisque, sed solum ratione particularis, videlicet in ente rationis verificatur ratione suæ quidditatis, & in ente reali verificatur ratione entitatis realis.

Contr. secundam conclusionem, & præcipuè contra rationem, quod scilicet nihil hoc modo sumptum, sicut non potest esse aliquid extra animam, nec esse intelligibile, vt in-

inquit ibi Sco. quolib. 3. A. Sic intellectus ponens differentiam inter aliqua duo necessario cognoscit vtrumque vt patet, quia primo illa in se apprehendit; & postea sic apprehensa comparando distinguit, sed intellectus ponit differentiam inter illud, quod est aliquo modo ens, & inter illud, quod nullo modo est ens, ergo, quod nullo modo est intelligibile.

Quomodo nihil simpliciter cognoscatur.

Respon. Lichetus quolib. cit. in principio quęstionis intellectum cognoscere illud, quod nullo modo est ens per se quasi quod sibi insit aliquo modo intelligibilitas, & aliquo modo contineatur sub obiecto intellectus, vt dictum est de ente rationis, respondendo ad argumentum primę quæstionis neg. per accidens, siuè per formam, quam negat eò modo quo Sco. 2. d. 2. q. 4. D, dicit priuationem mensurari per formã ab ipsa negatam, tanta. n. est priuatio, vel distantia inter duos parietes, intercedente vacuo, quantum esset corpus si ibi esset, & dicit Sco. quod licet Arist. dicat quietem solum mẽsurari per accidens, *potest tamen dici, hoc modo, quod mensuratur per se, eo modo scilicet, quo priuatio mensuratur per se, quia hoc conuenit priuationi per se, quod conuenit ei in quantum talis natura.*

Priuatio p formã mensuratur.

Contr. quod intelligitur per aliud non sequitur propter hoc, quod non sit per se intelligibile saltim terminatiuè, vt dictum est de ente rationis, ergo licet intellectus cognoscat illud nihil per formam, seu per ens sibi oppositum, nõ tamen sequitur, quod non sit per se intelligibile terminatiuè, cum cognitio qua aliquid cognoscitur habeat necessario ad illud terminare, licet possit ab alio produci, essentialiter. n. est terminatio scientiæ ad obiectum, quam causatio, quia secunda potest à Deo suppleri, causando se solo intellectionem obiecti, non verò prima, cum implicet aliquid cognosci, & ipsa cognitio ad obiectum cognitum non terminari, vel per se primo, vel per se secundo.

Cognitio necess. terminatur ad obiectum.

Respon. ex Licheto cit. verum esse aliquid per aliud posse intelligi, & tamen esse per se intelligibile saltim terminatiuè, non tamen sequitur, quod omne, quod intelligitur per accidens, & per cognitionem terminatam solum ad aliud, illud sit per se intelligibile, veluti est in proposito, intellectus. n. intelligit, quod impor-

Nõ omnis cognitio terminatur ad obiectũ cognitũ.

portatur per hoc nomen *nihil simpliciter*, intellectione non terminata ad ipsum nihil, sed quatenus intelligit illud, quod non est nihil simpliciter hoc modo, & ex cognitione illius cognoscit postea quid sit nihil Simpliciter.

Contr. formans aliquam propositionẽ primò cognoscit extrema propositionis, quia secunda operatio intellectus supponit primam, nec posset propositionem formare, si intellectus non cognosceret terminos, sed intellectus format has propositiones, videlicet *nihil simpliciter est nihil simpliciter*, & aliam *ens aliquo modo non est nihil simpliciter*, ergo in prima propositione non cognoscit nihil simpliciter per ens aliquo modo, nam tam prædicatum est nihil simpliciter, & tamen primo potuit efformare primam propositionem, quam secundam, ergo nihil simpliciter cognoscitur per se.

Quomodo nihil simplicit. cognosc.

Respon. quod licet in propositione tam subiectũ, quam prædicatum sit nihil simpliciter, & potuerit intellectus illam efformare, quam alteram, non tamen illam potuit formare, quam cognouerit subiectum secundæ propositionis, quia vnum contradictoriũ cognoscitur per aliud 3. de anima, tenebra .n. cognoscitur per lucem.

Contr. quod est fundamentum per se intelligibilitatis debet esse per se intelligibile, quia nullum fundamentum est minus ens suo fundato, sed nihil simpliciter fundare potest relationem rationis, quæ ex dictis est per se intelligibilis, ergo, probatur min. quia sicut ens est commune omnibus entibus, ita non ens simpliciter est commune omnibus non entibus simpliciter, quod autem est cõmune pluribus habet rationem vniuersalis, & generis respectu illorum, quia si affirmatio est cõmunis pluribus, negatio opposita erit simpliciter communis inquit Sco. p. d. 28. q. vndecima.

Neg. & nihil cõmune pluribus.

Respõ. ex Licheto cit. neg. relationem rationis, vel generis posse intrinsecè fundari in nihilo simpliciter, sed si dicatur vniuersale est tantum tale vniuersalitate extrinseca, & fundata in suo opposito, sicut.n. non potest per se, & intrinsecè terminare intellectionem, ita, nec poterit fundare aliquod ens rationis. Vel dicas cum Bassolio p. d. 42. q. 2. §. *quantum ad rationes*, vbi dicit impossibilia intelligi, nõ

Nihil nõ est vniu. intrinsl.

vt

vt obiectum primarium, vel secundarium, sed solum per accidens, & actu diuisiuo, sic in proposito.

Contr. tertiam conclusionem instant multi ex Scotistis asserentibus esse creaturarum ab æterno esse ens rationis, hinc fateri tenentur ens æquiuocè se habere, non admittentes medium inter ens reale, & rationis, ita Nolanus in sua pinocotheca, quæst. 13. quasi in fine; Mastrius tom. 2. suæ met. disp. 8. q. p. art. p. Vulpes tom. p. p. partis disp. 28. art. 1. Canon 2. Physic. q. p. & quod mirabilius est, & magis deplorabile, est quod multi ex citatis Scotistis putant, oppositum tenentes, vindicare Scot. à maxima infamia, & calumnia, citantes pro se omnes Scotistas, & Nolanus cit. putat nostram sententiã esse ridiculam, chimericam in Philosophia, & suspectam in fide, ac scandalum olere, quasi quod isti proceres, & Scoti interpretes vnquam præ manibus habuissent Sco. p. d. 36. q. vn. §. *ad primum principale*, vbi hoc clarissimè docet distinguens ratum in ens, *quod habet esse firmum & verum, siuè essentiæ, siuè existentiæ, & in ratum, quod primò distinguitur à figmentis, cui non repugnat verum esse, essentiæ, vel existentiæ*, & ens ratum secundo modo acceptum habuerũt Creaturæ ex se formaliter (licet effectiuè ab intellectu diuino) ab æterno, si ergo tale esse possibile, quod distinguitur ab esse rato primo modo accepto distinguitur à figmentis, & ab ente rationis, quatenus sibi non repugnat recipere esse firmum, & ratum primo modo, imò Mastrius millies vnicam, & singularem differẽtiam inter ens reale, & rationis adstruit, eò quia enti reali non repugnat verũ esse extra animam accipere, sed benè enti rationis, ita primò tom. met. disp. 2. q. 9. art. p. & 2. nescio modo quonam pacto, quasi parum memor effectus suorum dictorum sibi videatur Scot. ab iniurijs illatis vindicare, & suum intentum probant sic. Si esse creaturarum, quod habent ab æterno esset in serie entis realis, ergo creatura nõ posset in tempore creari à Deo, neque annihilari, quia creatio est productio de nihilo sui, & annihilatio est reductio in nihil sui, nostra autem sententia stante, creaturæ habuissent aliquid esse reale ab æterno, ergo &c.

Ens ratum 2.

Quod creatio, & quod annihil.

Respon. ex Sco. p. d. 36. q.

vn. cit. ſupra M, & infra L, neg. conſequentiam, quod videlicet creaturæ non poſſint creari, & annihilari, ad probationem dicitur, quod nihil actualiter ſui, nec eſſentiæ, nec exiſtentiæ præſupponitur, qua propter dicit Sco. *homini in æternitate ineſt non eſſe aliquid, & chimeræ non eſſe aliquid, ſed homini non repugnat affirmatio, quæ eſt eſſe aliquid, ſed tantum ineſt negatio propter negationem actus, vel cauſa non ponentis in eſſe, chimeræ autem repugnat*, quibus verbis magis probata manet noſtra opinio, ſi.n.ens poſſibile, quod ab æternitate habent creaturæ, eſſet ens rationis, illi æqualiter ineſſet negatio ad eſſe, veluti ineſt chimeræ, quod tamen vt patet Scot. apertè negat.

Nõ eſſe, æqualiter non ineſt homini poſſibili, & chimeræ.

Contr. ex Sco. cit. F, G. 2. datur determinatio diſtrahẽs ſcilicet, quæ diſtrahit, & immutat ſignificatum termini, & inducit oppoſitum, vt v.g. homo mortuus, ly *mortuus* eſt determinatio diſtrahens, quia nõ ſolum tollit homini ſignificationem, verum etiam oppoſitam inducit videlicet priuationem humanitatis; alia eſt determinatio diminuens, quæ non affert omnimodam ſignificationem, ſed diminuit maiorem, & principaliorem partem ſignificati ipſius termini, cui additur, cum dicimus aliquem eſſe album ſecũdum dentes ly *ſecundum dentes* eſt determinatio diminuens, quia non tollit ſignificationem albedinis, ſed ſolum minuit, ita in propoſito, cum dicimus creaturæ habent eſſe reale poſſibile, non verum, & ratum, ly *poſſibile*, vel eſt determinatio diſtrahens, & ſic habent intentum, eſſe videlicet creaturarum non eſſe in ſerie entium realium, vel ſolum diminuens, & ita ſequitur creaturas produci de aliquo ſui, licet diminuto, imò cum tale eſſe ſit participatum, & productum, creaturæ bis producerentur, & crearentur; vna creatione æterna terminata ad tale eſſe reale quomodocumq; diminutũ; altera creatione temporali terminata ad eſſe exiſtentiæ, quæ noſtræ fidei videntur aduerſari.

2. Determinatio.

Reſpon. ly *poſſibile* eſſe determinationem diminuẽtem ab eſſe reali accepto eſſe reali, quatenus diſtinguitur ab eſſe in anima, & à figmentis, vt Sco. cit. *ad primum principale*, accepto tamen ente reali pro rato, & firmo eſt determinatio diſtrahens, quia diſtrahit omninò ly *ens ratum, & firmum*

mum ab esse creaturarum in æternitate, cum nullum tale esse habeant, neq; essentiæ, neq, existentiæ, neq; tamen sequitur bis creari, nam tale eius possibile acceptum ab æterno non dicitur verè creatum, sed solum dicitur redactum ad esse, vt possit creari, vt dictum est in probatione conclusionis creaturæ, ante Diuinam intellectionem solum habebant esse eminentiale, virtuale, confusumq; in ipsa Diuina essentia, nō proprium, & formale, sed tale esse formale recipere per Diuinum intellectum, & hoc est valdè notandum ad rectè intelligendam Scoti mentem, patetq; ipsum Sco. non fuisse lapsum in errorem Vuiclef asserentis creaturas ab æterno habuisse aliquod esse reale distinctum ab esse Diuino, cum tale esse positum à Scoto non sit esse reale actuale, nec essentiæ, nec existentiæ, vt ipse littera G, dicit §. *ad secundum dico, quod productio ista in esse est alterius rationis ab omni esse simpliciter, & non est relationis tantum, sed etiam fundamenti absoluti, non quidem secundum esse essentiæ, vel existentiæ, quæ est verum esse, sed secundum esse diminutum, quod est esse secundum quid, & entis absoluti, quod tamen esse absolutum secundum illud esse diminutum cōcomitatur relatio rationis*, quæ verba si rectè perpendantur clare demonstrabunt id, quod supra dictum est, quod videlicet, licet creaturæ habeant esse reale, non tamen simpliciter, sed diminutum, ad quod postea sequitur relatio rationis, seu denominatio entis cogniti, quę est denominatio extrinseca, & rationis materialiter.

Expurgatur Sco. ab errore Vicclef.

Contr. statim ac essentia rei ponitur extracta à virtute causæ, in qua virtualiter continebatur, statim censetur existens, cum implicet creaturas esse extra Deum, & à virtute causæ extractas, saltim quoad essentiam, & non habere aliquid actualitatis, cum ratio formalis actualitatis faciat rem aliquo modo in actu, si ergo actualitas cadit supra essentias rerum, adeò quod actualiter ab æterno habeant propriā essentiam extractam à virtute causæ ad esse proprium, & formale, vtiq; talis actualitas suum effectum formalem præstabit, qui effectus formalis est ponere rem in actu, extrahendo illam ab esse possibilitatis, & à virtute suæ causæ.

Quod sit effectus formalis actualitatis.

Respon. maiorem esse ve-

ram,si intelligatur esse extra-ctam a virtute causę,seu extra suam causam, secundum esse reale simpliciter, vel secundum esse essentiæ,vel existentiæ, sed hoc neque assentit Sco. neque somniauit, vt patet ex verbis suis,sed solum extractæ sunt secundum esse diminutum formale, & proprium, potentiale tamen, & possibile, cum solum ante intellectionem Diuinam solum habuerint esse eminentiale, virtuale, & confusum (vt ita dicam) in causa, vt dictum est in introductione quæstionis, vnde etiam essentia, vt prior natura existentia, se ipsa dicitur realis, & extra causas, vt optimè docet Sco.4.d.45.q.3. infra D,vbi dicit, *quod existentia actualis primò conuenit naturæ, vnde, & natura non est existens formaliter, quia hic, sed per naturam*, licet Lichetus 2.d.3.q.3. dicat Sco. ibi intelligi debere existere per naturam non formaliter,sed radicaliter, de quo tamen infra (an singularitas, & existentia sint conditiones agentis) erit sermo, itaque etiam essentia dicitur realiter, & à parte rei transire ab esse,& à potentia, & etiam transire secundum quid;non ponimus tamen nos tale esse possibile, quasi medium inter ens reale, & rationis,vt Pontius tom.3. disp.18. q.5. pro vt apud Mastrium cit. sed dicimus esse in serie entium realium vt dictum est, licet secundum esse diminutum.

Contr. si tale esse creaturarum est diminutum ab esse reali, rato,& firmo,ergo non est collocandum in serie entium realium vllo modo, probatur consequentia ex Sco. p. d.13.q.vn.infra D, vbi habet hæc verba, *ens rationis nō causatur ab obiecto, nisi quantum cognitum,& vt sic non habet esse nisi in intellectu, quod est esse diminutum, & 6.met.nihil autem secundum ens diminutum est, & propria ratio entis verè*, nota quomodo habere esse diminutum est habere esse entis rationis, & nihil quod habet esse diminutum includit in se propriam rationem entis.

Respon. primo dist. 36. q. vn. F, & G, Scotum ibi per ly *esse diminutū* intelligere, quatenus *esse diminutum* dicit determinationem distrahētem, nō vt dicit determinationem minuentem solum, vt dictum est supra, quomodo nos dicimus esse possibile creaturarum esse conditionem diminuentem tantum, non distrahentem,& hoc concedunt etiam

iam

iam Scotistę oppositę sententiæ, vt Mastrius nu. 20. & Nolanus non præuidentes contradictionem, quam incurrunt, etenim si est solum conditio minuens, non distrahēs, ergo non potest propriam significationem termini. s. entis realis, & creaturæ auferre, & oppositā inducere, sicut ipsi dicunt affirmātes tale esse contineri in serie entium rationis, & esse purum ens rationis, quod inducit formam oppositam enti reali, vt sæpè dictum est, & ipsi confitentur, qua propter Mastrius cit. nu. 21. respondens Thomistis apertè fatetur, quod loquendo de esse præcisè possibili creaturarum hoc absolutè, & in rigore loquendo est ens reale, quia per hoc creatura ab æterno secernitur ab entibus rationis, & chimeris, si autem per esse cognitum accipiatur pro simplici denominatione est omninò ens rationis, vide manifestissimè nostram opinionem, & hoc magis inculcat articulo tertio n. 46. & sequentibus.

Collige primo ex dictis creaturas non habuisse esse nominaliter, seu possibile, independenter ab intellectu diuino, vt dicebat ex nostratibus Pontius cit. conclus. 5. nu. 53. & Herrera p. sent. disp. 16. q. 3. vt ex Sco. habetur p. d. 35. H, & quolib. 14. art. 2. d. p. q. p. §. *quantum ad hoc igitur*, & locis supra citatis, quia si creaturę haberent esse proprium, & formale independenter ab intellectu Diuino, vel à diuina omnipotentia, antequam Diuina essentia intelligeretur, tale esse reluceret in ipsa Diuina essentia, & ita creaturæ essent obiectum primarium Diuini intellectus, & pertinerent ad memoriam, & cum Verbum Diuinum nascatur de memoria Patris, nasceretur ex creaturis, & sicut Verbū est imago, & similitudo Diuinæ essentiæ, quia nascitur ex illa, ita esset imago creaturarum, quod est contra omnes Scotistas, de ratione enim essentiæ creaturæ, siue sit realis, siue præscindens, est quod sit participata; aliter non esset eiusdem rationis cum essentia reali producta, nec consequēter essent eædem passiones, & affectiones, quod tamen quàm falsum sit quilibet videre potest, est .n. ita propositio ista necessaria, & vera homo est visibilis, est sensibilis, existente ipso, sicut nullo prorsus existente homine, ergo huiusmodi veritas debet habere com-

Creaturæ non pertinēt ad memoriam. Nec verbum nascitur de ipsis.

Quod de ratione Creat.

commune fundamentum, ratione cuius necessariò huiusmodi propositiones verificentur, quod quidem fundamentum esse nequit, nisi eadem essentia, & ratio hominis, quidquid.n.repugnat homini producto, & verbaliter sumpto, repugnat ipsi nominaliter sumpto, quod non esset si essentia ipsius possibilis, & existens non esset eiusdem rationis, immò cum sit eadem prorsus essentia possibilis, & producta, nedum specie, verum etiam numero, si illa, si licet possibilis esset alterius rationis Petrus v. gr. duas alterius rationis haberet essentias vnam participatam, imparticipatam alteram; Scias tamen non dici ratum, seù possibile formaliter per ipsam participationem, & dependentiam, quasi quod ille respectus participationis sit ipsamet essentia rei creatę, vt dicebat Henric. quolib. 3. q. 5. & quol. 5. q. 2. & quolib. 4. q. 7. 8. & quolib. 2. q. 3. quia nullus respectus est quidditas absoluti, neque est prima entitas ipsius, cù respectus semper supponat fundamentum, vt Sco. p. d. 3. q. 5. §. *con. ista*, vt optimè Sco. ipse modo cit. lit. L, explicat hoc modo videlicet, *tunc intelligo sic, quod in primo instanti naturæ est, quod est ipsum esse, idest Deus, in secundo temporis est ens ratum absolutum, quod nec intelligitur tunc, vt participans, nec vt non participans, in tertio est ipsa participatio, & respectus quiddam consequens ad ipsum lapidem*, vide quomodo Scotus fatetur absolutum creaturæ, in quocumq; statu prouenire ab absoluto Dei, quod non esset, si suum esse creaturæ esset imparticipatum, & quomodo postea ad ipsum esse creaturę sequatur respectus participationis passiuæ, quo respectu ipsa creatura denominatur formaliter, & in secundo modo dicendi per se ens participatum, & dependens a Deo, & Deus per terminationem illius respectus dicitur formaliter dans tale esse creaturæ, & antequam producerentur in tali esse formale, solum habebant esse possibile, non formale proprium, sed radicale, & in causa, ideò illis non repugnabat recipere tale esse, veluti chimeræ, vt Sco. p. d. 35. q. vni. supra M, *& quare hoc, quia hoc est hoc, & illud est illud, & hoc in quocumque intellectu concipiente; quia sicut dictum est quicquid repugnat alicui formaliter, ex se repugnat ei, & quod non repugnat formaliter* ex

Per quod ens dicatur ratũ.

Respectus non est quidditas absoluti.

ex se non repugnat, itaq; fatetur Sco. esse formale creaturarum ex se ipsis formaliter habere, & esse tale, sed non à se ipsis, essentia .n. creaturæ formaliter, & intrinsecè ex se ipsa est talis, licet non à se ipsa talis, aliter esset eiusdem rationis cum essentia Dei saltim quoad essentiam præcisè, etsi non quo ad existētiam, licet ergo Deus intelligat chimeram (quia ipsi formaliter esse repugnat) non tribuit ei esse, quod esset si creaturæ solum haberent esse per cognitionem Dei, & quia intelliguntur, vnde, si per impossibile in Deo non esset intellectus, & tamen esset omnipotentia, quod non implicat per locum intrinsecum, tunc vel Deus solum esset omnipotens omnipotentia, quæ est perfectio absoluta, & in primo instanti naturæ inexistens Deo, nec dicens respectum ad extra neq; respiciens obiectum possibile, seu terminans eiusdem obiecti dependentiam; non omnipotentia formali, & completè accepta, de qua Sco. p. d. 43. q. vn. §. *aliter dico*, vel res dicerentur tunc possibiles, non ab intellectu Diuino, qui (vt supponitur) non esset in Deo, sed ab ipsa omnipotentia producerentur, & in esse possibili, & in esse reali, vel ab alia potentia in esse possibili, & alia potentia in esse existentiæ, cum implicet ab intrinseco aliquid produci in esse existentiæ, & non esse prius possibile, sicut si per impossibile Deus non esset omnisciens, adhuc tamen esset omnipotens, tunc res in esse possibili producerētur ab ipsa omnipotentia, vel ab alia potentia ab ipsa distincta.

Omnipont. 2.

Collige secundò, esse possibile creaturarum (quod ab æterno habent) non rectè explicari per meram negationem repugnantiæ, vel per solam realitatem priuatiuam, sed esse veram entitatem positiuam intrinsecè possibilem, non solam denominationem extrinsecam possibilis desumptam à Diuina omnipotētia, vt ex Sco. colligitur p. d. 36. q. vn. M, & d. 43. q. vn. quia cui conuenit affirmatio aliqua, & alteri repugnat, hoc non potest euenire, nisi ratione alicuius existentis in isto, & non in illo, sed chimeræ, inest negatio affirmationis ad esse, cum sibi per se primo repugnet esse extra animam, rei verò possibili per se primò intrinsecè, & formaliter conuenit huiusmodi affirmatio, ergo aliquid habet creatura pos-

Quod esse possibile creaturæ portet.

Quomodo esse possibile creat. explicetur.

posſibilis alterius rationis, ab eo quod habet chimera, ratione cuius ſibi conuenit huiuſmodi affirmatio repugnās chimeræ, eo vel maxime, quia Sco. quolib. 19. Y, & tertio d. p. q. p. *§. per hoc ad argumenta*, & p. d. 28. q. 2. *§. con. iſtam viam* 2 d. 3. q. 3. A, per ſolam negationem nihil ſimpliciter, & neceſſario alicui repugnat, ſed ſolum per poſitiuam entitatem entitati negatæ oppoſitam, ergo per oppoſitum, nihil poteſt conuenire alicui per ſolam negationem, ſi ergo affirmatio ad eſſendū ſimpliciter, & neceſſario conuenit creaturæ, & repugnat chimeræ, hoc non erit per ſimplicem negationem, neque per ſolam denominationem extrinſecam deſumptā à potentia, ſed per aliquod intrinſecum vtrique, ratione cuius affirmatio ineſt vni, repugnās alteri, quia vt inquit Sco. p. d. 43. infra B, cum Ariſtotele p. poſt: tex. 30. in cauſis præciſis ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, ſi ergo affirmatio ad eſſe ſolum conueniret entitati poſsibili ratione Diuinæ omnipotentiæ, & à Deo non po ſet poſtea repugnare chimeræ ratione talis omnipotentiæ, quia eſt eadem, vel ſi

Per ſimplicem negatione nihil repugnat.

repugnaret, hoc eſſet ratione non omnipotentia in Deo, habet .n. Sco. p. d. 2. q. 7. *ad primam quæſt. ſicut repugnantia repugnant ex ſuis proprijs rationibus, ita non repugnantia, ſiue compoſſibilitas ex proprijs rationibus compoſſibilium*, ſi ergo exiſtētia ad eſſe extra animam repugnat chimeræ, & conuenit rei poſſibili, hoc erit non ab extrinſecò, ſed ab intrinſeco, non ratione potentiæ, vel non potentiæ, quia enim exiſtentia non repugnat rei poſſibili, ideo Deus poteſt illam tali entitati communicare, quia repugnat chimeræ, ergo &c.

Collige tertio, non rectè explicari huiuſmodi poſſibilitatem per poſſibilitatem Logicam, nam vt Sco. docet p. d. 2. q. 7. *§. teneo igitur quatuor vias* reſpondendo ad ſecundum, poſſibile reale differt à poſsibili Logico per Philoſophum 5. met. tex. 17. cap. de potentia, *quia poſſibile eſt modus compoſitionis formatæ ab intellectu, illius quidem cuius termini non includunt contradictionem, & ita hoc modo poſſibilis eſt hæc propoſitio, Deum poſſe produci, & Deum eſſe Deum, ſed poſſibile reale eſt, quod accipitur ab aliqua potentia in re, ſicut à potentia inhærente alicui, vel*

ter-

terminata ad illud, sicut ad terminum, idem habet d.7. q.vn. §. *ad quæst.* & d.36. q.vn. M, vbi ait, quod ad possibilitatem logicam consequitur possibilitas obiectiua, tale igitur est, quod potest esse terminus alicuius potentiæ realis, quapropter potentia logica non euacuatur adueniente actu, hinc equaliter aliquod dicitur possibile logicum dum est productum, ac quando non est productum, rectè enim dicitur Mundus est possibilis possibilitate logica, possibilitas autem obiectiua euacuatur per actum sibi oppositum, quare quod est in potentia obiectiua, dum est productum non dicitur amplius possibile produci, nisi logicè, quod .n. est possibile reale est possibile logicum, non è contra, hinc nec creaturæ, antequam intelligerentur à Diuino intellectu, non dicebantur in potentia logica, cum etiam modo ita dicantur, sed solum virtualiter, & in sua causa, hinc non est Sco. consonū id, quod docet Bargius p. d.43. res antequam intelligerentur à Diuino intellectu **habere esse** possibile logicum.

Possibilitas 2. & quęnam.

Creatur ante intellectionem non habēt esse possibile logicum.

L CON-

CONTROVERSIA QVARTA.

An ens rationis fieri queat ab intellectu Diuino.

Differentia inter ens reale, & rationis.

Ex dictis praecedenti controu. conclus. tertia, & Corollario 2. cum Sco. p.d. 36. q.vn. F, patet differẽtiam inter ens reale, & ens rationis, & inter quidditatem illius, & quidditatem istius, etenim ad rationem, & quidditatem entis rationis non solum requiritur, vt res intelligatur aliter ac sit, sed etiam requiritur, vt res sic cōcepta, qualiter concipitur esse non possit à parte rei, qua propter, si conciperetur Petrus dormiens vigilare, adhuc talis conceptio non esset conceptio entis rationis, quia licet Petrus, vt dormiens non vigilet, sibi tamen non repugnat vigilare, itaq; licet ens rationis formaliter loquendo, & secundum suam essentiam, & quidditatem non includat nihileitatem entis realis (aliter non esset vnum per se, sed vnum per accidens, quia compositum ex positiuo, & negatiuo, ex quibus nequit fieri vnum per se) illā tamen necessariò praesupponit, nam ipsi enti, & quidditati entis rationis debet omninò repugnare esse extra animam, & solum habere, & recipere entitatem positiuam sibi ab intellectu concipiente, id quod nō est ad modum entis communicatam, hinc quaerimus in praesenti an talis formatio, & conceptio fieri possit ab intellectu Diuino concipiente id, cui repugnat esse ad modum veri entis, quomodo fit enti-

Ens rationis nō includit nihileitatem.

entitas, & quidditas entis rationis, pro quo &c.

Notandum est primò duplicem esse cognitionem, vt colligitur ex Sco.p.d.27.q.vn. §.*contra istam opinionem*, in fine rectam vnam, reflexam alteram, cognitio recta est, qua intellectus immediatè fertur in obiectum, illud intelligendo, & concipiendo, reflexa verò est quando intellectus reflectit supra se, non absolutè, sed supra se intelligentem, & intelligit se intelligere, vnde aliquando cognitio reflexa est perfectior cognitione recta, dum .n. intellectus noster cognitione recta intelligit v.g. quantitatem, si postea reflectat supra se ipsum intelligẽtem quantitatem, & intelligat se intelligere quantitatem, ita quod obiectum immediatum cognitionis reflexæ non sit quantitas, sed potius cognitio quantitatis, illa cognitio reflexa erit nobilior, & essentialiter perfectior ipsa cognitione recta, quia est perfectioris obiecti, cum qualitas à toto genere sit essentialiter, & quidditatiuè perfectior quãtitate, loquendo tamen de cognitione recta sic præcisè inspecta, & secundum suam rationem, ratio, & quidditas cognitionis rectæ est essentialiter perfectior ratione, & quidditate cognitionis reflexæ (saltim permissiuè) quia cognitio recta potest supponere pro aliqua perfectione recta ita perfecta, & in tali gradu perfectionis, ad cuius perfectionem peruenire nõ potest aliqua perfectio reflexa, eò quia ratio, & quidditas cognitionis rectæ, est quidditatis, & essentiæ, ratio vero, & quidditas cognitionis reflexæ est solius qualitatis, quia intellectus hac cognitione reflexa semper intelligit se intelligere, hoc est quod dixit Sco. cit. his verbis *in omni actu reflexo potest haberi rectus perfectior, quia actus rectus intellectus, quo intelligit quidditatem est perfectior eo actu, quo intelligit intellectum intelligere, quia habet obiectum nobilius*, qua propter intellectio reflexa non ponitur in Deo, cum Deus omnia vnico actu intelligat, & in sua essentia tamquam in obiecto primario motiuo, & adæquato, vt ipsemet Sco. habet p.d.35.q. vn. §. *supposito, quod Deus*, & q.3. prologi, & cognitio reflexa habeat aliud obiectum à cognitione recta, intelligit tamen Deus suam cognitionem relucentem in ipsa Diuina essentia, non vt obiectum, quia vt dictum est, in Deo

Cognitio 2. & que perfectior.

Cognitio reflexa non ponitur in Deo.

Quomodo Deus suam cognoscat cognitionem.

Deo non datur cognitio reflexa, ſed ſolum vt actum, quo cognoſcit obiectum, & hoc ne detur proceſsus in infinitum; ſi .n. Deus cognoſceret cognitionem ſuam per alium actum diſtinctum, ita pariter illum actum per alium actum cognoſceret, & ita proceſsus in infinitum, talis ergo cognitio reflexa remouetur à Deo, tum propter vnitatem actus ipſius Dei, quo intelligit omnia, tum etiam ob ſuam imperfectionem, cum detur alia ratio, & quidditas, nempè ratio, & quidditas cognitionis rectæ, quæ ſecundum ſe eſt perfectior reflexa, quia ſupponere poteſt pro perfectiori, & licet Sco. aliquando videatur admittere in Deo cognitionem reflexam, intelligitur Sco. (inquit Bargius p.d. 33. q. vn.) æquiualenter non formaliter, quatenus .ſ. Deus cognitione recta intelligit quicquid intelligitur cognitione reflexa, cum (vt diximus) Deus vnica, & ſimpliciſſima cognitione omnia cognoſcat.

Notandum ſecundò, ex Sc. p.d. 30. q. 2. H, propter nouam terminationem relationum creaturarum in tempore ad Deum, non eſse ponendam in ipſo Deo nouam relationem temporalem, eo quia terminus relationis non eſt relatio, ſed abſolutum, vt ipſe Sco. cit. G, cum Ariſtotele 7. met. tex. 13. & 9. met. aliter in relationibus eſset circulus, & idem eſset ſimul prius, & poſterius eſsētialiter, prius, in quantum terminus, poſterius in quantum terminatum, terminus .n. relationis eſsentialiter eſt prior ipſa relatione, quam terminat, & ſicut relatio eſsentialiter prę exigit fundamentum, ſupra quod fundatur, ita eſsentialiter prę exigit terminum, cum æqualiter ab ambobus dependeat.

Relatio non terminatur ad relationem.

Terminus eſsētialiter prior.

Impoſsibile ergo eſt Patrē referri per ſe primo ad Filium inquantum Filium, & è contra Filium referri per ſe primo ad Patrem inquantum Patrem, ſed primò refertur ad abſolutum, quod eſt proximum fundamentum relationis filiationis, & illud abſolutum eſt prius Patre inquātum Pater eſt, & Filius refertur ad abſolutum, quod eſt proximum fundamentum Paternitatis, & illud abſolutum eſt prius filiatione, & concludit Sco. ibi infra H, non eſse ponendam relationem nouam in Deo propter nouam terminationem nouæ relationis creaturæ ad ipſum, & licet poſsit

Noua relatio rationis in Deo, per itellectū noſtrum.

posſit in Deo eſse noua relatio rationis per actum intellectus noſtri, non tamen per actum intellectus ſui, quia tūc alio modo, & ſub alia ratione conſideraretur obiectum ab intellectu diuino, ſub qua non conſiderabatur ab æterno, quod nefas eſt dicere, quia *ſicut obiectum comparatum, & illud ad quod comparatur inquātum talia non habent eſſe niſi in intelligi, ita non poſſunt habere aliud eſſe, nec aliter eſſe, niſi ſit aliud intelligi, vel aliter intelligi eorum, ſed aliter intelligi eorum non poteſt eſſe ſine aliqua mutatione intellectus Diuini, igitur nulla relatio noua poteſt eſſe in Deo per actum intellectus ſui comparando eſſentiam ſuam ad aliquod temporale*, licet Lichetus hoc loco, & p. d. 33. q. vn. §. poteſt dici, concedat etiam relationem nouam per intellectum Diuinum, quod tamen patet eſſe immediatè contra Sco. ſicut ergo (inquit Sco.) Deus in ęternitate comparat ſuam voluntatem, vt creatiuam ad animam Chriſti, vt poſſibilem pro aliquo tempore, ita in æternitate comparat voluntatem ſuam, vt createm ad animam Chriſti, vt actualiter exiſtentem pro illo nunc, pro quo vult illam animam creare, & in æternitate

Non benè Lich.

cognouit ſe creātem lapidem pro, A, ſicut in ęternitate cognouit ſe pro aliquo tempore creaturum lapidem, cum ergo Deus nō poſſit per actum intellectus ſui cauſare in ſe ipſo nouam relationem rationis, non videtur poſſe fundare ens rationis formale, eo quia tale ens rationis oporteret eſſe ab æterno fundatum, ſeù formatum, & cum intellectus creatus poſsit fundare quodcumq; ens rationis ſit illud ens formatum à Deo ab æterno, A, vel intellectus noſter poteſt illud ens, A, formare, & ita idem bis formaretur, & acciperet eſſe, vel nō poſſet, & ita daretur ens rationis non formabile ab intellectu creato, imò tale ens rationis à Deo formatū nunquam poſſet deſinere eſſe, nam, ſicut Deus (ex Sco. cit.) nō poteſt fundare per actum ſui intellectus nouam relationem rationis ad creaturam, ne detur in Deo nouum intelligere, vel nouus modus intelligendi, ita non poſſet antiquum deperdere, niſi daretur talis mutatio, cum ſit prorſus eadem ratio in inceptione alicuius intelligibilis, ac ſit in deſitione ab intellectione eiuſdem, & ſicut non poteſt eſſe noua ratio, & relatio niſi ſit no-

Deus nō format ens rationis.

nouum intelligere, vel nouus modus intelligendi, ita nec potest esse noua desitio sine deperditione alicuius intelligere, vel alicuius modi intelligendi, in his, quæ sunt intellecta, his præacceptis.

Dico Primo intellectum Diuinum non posse facere ens rationis formale est Sco. cit. Patris Vulpes p. tom. p. partis disp.28. art.vlt. & disp. 29. art.4. Pontelongi de Fauentia disp.13. concl.p. est tamen con. Mastrium, & Bellutum in logica disp.3. quæst.5. iudicantes etiam partem oppositam probabilem. Probatur actus, quo ens rationis formale in esse producitur est falsus, & in ipso essentialiter cadit error, cum intelligatur id quod non est, nec esse potest ad modum entis, & existentis, sed Deus intelligendo obiecta (quæcumq; intelligat) errare non potest, neque res aliter, ac sint intelligere vllo modo potest, cum illas intelligat in sua essentia, in qua relucent ex Sco. q. 3. prolog. §. *ideo dico aliter*), ergo Deus non potest formare vllo modo ens rationis; Nec valet dicere cum Mastrio, & Belluto cit. Deum non fingere, formando ens rationis, nec intelligere rem aliter ac sit, cum natura ipsius entis rationis, ita petat intelligi, vt scilicet intelligatur ad modum entis, licet sit non ens, & ita intelligitur, sicut est intelligibile, quia eius natura, & quidditas ita petit intelligi, quare tota imperfectio est ex parte ipsius obiecti intellecti, non ipsius intellectionis, vel Dei. Non valet inquam, quia ad hoc vt cognitio sit vera, & sine falsitate, & errore ex parte potentiæ debet exprimere, & conformari obiecto eo modo, quo obiectum est expresibile, & intelligibile, & eò modo, quo est, non modò sibi repugnant; sed exprimere id, quod non est, nec esse potest ad modum entis, & existentis non est exprimere rem sicuti est, sed potius opposito modo, & repugnanti sibi ergo &c. nulla.n. res ex sua natura, & intrinsecè postulat ex primi modo sibi repugnanti, & quidditatem suam destruenti, modo enti quod cognitione practica fit ens rationis formale, repugnat exprimi ad modum entis existentis, vel potentis existere, ergo si id quod fit ens rationis sic exprimitur, & intelligitur error erit ex parte potentiæ intelligentis, & exprimentis, permutare .n.& variare rationes

Tollitur resp. Mastrij.

rerum

rerum non est intelligere res sicut sunt, seu res illas, sed potius alias, si .n. intelligerem hominem irrationalem, & rudibilem non amplius hominem, sed asinum, & hoc maximam imperfectionem argueret ex parte potentię sic intelligentis, quæcumq; sit; dicit.n.Aug.83.qq.32.intelligere rem aliter, ac est fallere, vbi Sco. 4. d. 50.q.p. R, dicit verum esse, vt ly, *aliter* dicit alietatem modi cognoscendi, non alietatem cognitionis, quia sic omnis intellectus intelligit rem aliter ac est, quia omnis intellectio est accidēs, non tamen omne obiectum intellectum, sed hoc idem currit de formatione entis rationis, & maximè secūdum ipsos affirmantes (vt dictum est contr.pręcedenti in introductione ipsius) ens rationis non esse prius possibile intelligi, quam intellectum, & solum esse à potentia sic intelligente, & fingente, ergo si potest habere esse machinatū, & fictum, hoc est, quia potentia fingendo, & machinando, potest illi tale esse communicare, & ita tota imperfectio erit ex parte potentiæ, non obiecti, etenim si non est primo fingibile, quam fictum, & effectus in quantum effectus, saltim natura est posterior sua causa, sequitur, quod primo potentia sit fingens, quam effectus, & ens rationis intelligatur fictum, quia primò intelligitur causa sic producēs, quam intelligatur effectus sic productus; præterea si ens reale intelligeretur ad modum non entis, & sibi repugnantis esse non amplius ens reale, sed aliud ab ipso intelligeretur, potentia autem intelligens aliud ab obiecto intellecto, pro obiecto intellecto committit errorem, ergo ita eueniret de potentia intelligente ens rationis, cum ita insit quidditati entis rationis repugnantia ad esse, veluti enti reali inest repugnātia ad non esse, estq; eadem prorsus paritas, si.n.ens rationis posset solum habere suum esse ab intellectu Diuino immediatè, non posset desinere esse, vt modo dicebamus 2. not. cum Sco.p.d.30.cit. quę.n.non habent esse, nisi in intelligi non possunt habere aliud esse, & aliter se habere in ordine ad intelligens, nisi sit aliud intelligi, & ita cessando Deus à formatione entis rationis cessaret ab aliqua intellectione, vel ab aliquo intelligi sui, quod esse nequit sine mutatione ipsius Dei, vt ipse Sco. cit. habet.

[Margin: Rem intelligerē aliter, ac est error, & quomodo.]

Di-

Dico secundo, Deum intelligere ens rationis iam factum, licet ab aliquibus Scotistis negetur est tamen Sco. p. d. 3. q. 3. F, & clarissimè quolib. 3. A, & D, vbi dicit ens communissimè sumptum dici de omni ente non includente contradictionem talem enim contradictionem includens excludit omne ens, & in anima, & extra animam, & ità non potest esse in anima, seù esse intelligibile, quia numquàm contradictorium cum contradictorio constituit vnum obiectum intelligibile, tale autem non est ens rationis, quia est ens in anima, & nihil est per se intelligibile, quod non sit ens per se, vel in anima, vel extra animam, vt inquit Sco. modo citatus, ergo supponit ens rationis esse per se intelligibile, sub summo sed implicat dari aliquod posse intelligibile, quod subterfugiat Diuinam cognitionem ergo &c. sic .n. non esset omnisciens, sicut non esset omnipotens si daretur aliquod possibile, & terminus omnipotentiæ, quod tamen Deus non posset producere, sic à pari si esset aliquod intelligibile non intellectum à Deo non esset omnisciens. Nec valet dicere Deum cognoscere omne cognoscibile, quod est cognoscibile cognitione vera, & non fictitia, veluti est ens rationis, quod tantum habet cognosci ad modum entis, cum tamen non sit ens. Non valet, nam quidem verum est ad faciendum ens rationis requiri cognitionem fictitiam, & per illam fieri dici, & hæc dicitur cognitio practica, postquam autem factum est, est per se intelligibile, & cognoscibile, & sicuti est, quia etiam ens rationis (ad differentiam illius, quod inuoluit contradictionem, vt modo dicebamus cum Sco. quolib. 3.) habet propriam essentiam, & quidditatem suo modo sibi competentem, & essentialiter distinctam ab essentia entis realis, ita pariter debet habere propriam cognoscibilitatem, & intelligibilitatem, aliter .n. non posset statui pro obiecto scientiæ, quod tamen est con. omnes Scotistas ponentes syllogismum obiectum logices, & affirmantes entia rationis per se cognosci à Logico, de illisque per se agere, ergo nullo modo ens rationis habet subterfugere cognitionem Diuinam, vt docet Sco. p. d. 20. q. vn. *§. con. istud non comparando* G, cum scientia non dicat *ordinem*

Resp. tacita aufertur.

Scientia ad omne ens se extendit.

nem ad scibilia, & de necessitate se extendit ad omne ens, quia omne ens est scibile, si ergo ens rationis nō cognoscitur à Deo, & tamen esset per se cognoscibile Deus non omnia cognosceret, & non cognoscendo, & fabricando ens rationis cognosceremus independenter à Deo, quod nō est dicendum; insuper implicat intelligere, & perfectè comprehendere causam reduplicatiuè, & vt causam alicuius effectus, & non comprehendere, seù intelligere effectum, vt Sco. p. d. 30. q. 2. G, & frequenter alibi, sed intellectus Diuinus perfectissimè comprehendit intellectum nost. um actu fabricantem, & formantem ens rationis, quia necessariò Deus cognoscit omnes nostras cognitiones, & volitiones, ergo pariter cognoscit ens rationis formatum, & fabricatum, ergo &c.

Dico tertio ens rationis solum fieri per primam operationem intellectus tā rectam, quam reflexam est Sco. cit. & 2. d. p. q. 5. B, vbi habet hæc verba *relatio rationis est alia res rationis à suo fundamento, ergo realis erit alia res à suo fundamento, consequentia probatur, quia sicut relatio rationis est modus obiecti in primo actu intellectus, & tamen non est in se nihil in genere intelligibilium, sed est in se aliquid verè intelligibile, licet non ita primum, vel æquè primum, sicut illud cuius est modus, & ita non intelligitur, nisi in actu reflexo, & ita non ita perfectè, sicut illud cuius est modus* est tamen contra Mastrium, & Bellutum in logica disp. 3. q. 6. art. 2. affirmantes ens rationis fieri per primam secūdam, & tertiam operationem intellectus, & licet Sco. modo cit. dicat ens rationis solum fieri per operationē reflexā, hoc intelligitur, vt in pluribus, & quando ens rationis materiale, & formale fiunt ab eadem potentia, non verò quando fiunt à diuersis potentijs, s. n. intellectus suo primo actu ferretur in denominationes reales à potentijs externis, vel internis derelictas (quod facere potest) illas intelligendo ad modum entis, & formæ intrinsecè in obiectis visis existentis, faceret tunc ens rationis formale, & tamen solum per primam sui operationem; quod vero non fiat per secundam, & tertiam operationem intellectus probatur, secunda, & tertia operatio intellectus supponit necessario primam operationem, quia intellectus nequit

M affir-

Ens rationis tãtum per primam operationem.

affirmare, vel negare aliquid de aliquo subiecto, nisi prius cognoscat id, quod negat, vel affirmat, neque posset inferre hoc ex illo, nisi prius cognosceret terminos, & propositiones, ex quibus infertur cõclusio ergo, vel dum affirmat de subiecto prędicatũ, vel negat à subiecto illud prædicatum est ens rationis, vel reale, si est ens rationis, ergo per illam affirmationem, vel negationem tale prædicatum non fit ens rationis, sed supponitur factum, si est ens reale, ergo nunquam poterit fieri ens rationis, cum hoc repugnat enti reali. Nec valet dicere cum supradictis Scotistis propositionem, & argumentationem posse dupliciter intelligi, vel secundum formam, idest pro illa ordinatione subiecti prædicati, & copulæ in annunciatione, & propositionum in argumentatione, vel quoad materiam, idest quoad veritatem, & falsitatem connexionis prædicati, cum subiecto in propositione, antecedentis cum consequente in argumentatione, primò modo fiunt per primam operationem intellectus, quia illa ordinatio est simplex relatio rationis, quę reperitur in omni propositione, & argumentatione, siue vera, siue falsa, secundo modo fiũt per secundam, & tertiam operationem directam, quando scilicet sunt falsæ, quia in tali casu intellectus directè connectit plura, quæ inter se connexionem non habent, vel iudicando, vel discurrendo; Non valet inquam, quia siuè propositio sit vera, siuè falsa videtur impossibile, quod intellectus eodem actu feratur in prædicatum, subiectum, & in illam relationem vnionis, vel consequentiæ, ergo &c. probatur antecedens actus, quo fertur in subiectum, & prædicatum est actus alicuius obiecti incomplexi, actu verò quo affirmat, vel negat aliquid de alio, vel deducit aliquid, ex alio est actus obiecti complexi, ergo non potest esse idem omninò actus; Præterea vt dictum est in omni propositione, & deductione, semper actus secundus, & tertius essentialiter supponunt primũ, quia numquam possum aliquid affirmare de aliquo, nisi prius cognoscam illud, quod negatur, vel affirmatur, & id de quo affirmatur, vel negatur, ergo siue propositio sit vera, siue falsa semper actus secundus, & tertius præsupponunt primum, numquam .n. pos-

Resp. tacita tollitur.

possum hoc enunciare de illo, nisi prius concipiam hoc, vel illud, & ita dicat de inferre hoc ex illo.

Contr. primam conclusionem Deus per nos cognoscit ens rationis, ergo Deus facit ens rationis, probatur consequentia, quia ens rationis non habet esse nisi obiectiuum, & in intelligi, ergo si à Deo intelligitur à Deo formatur.

Respon. negando consequentiam, ad probationem dicitur ens rationis non habere esse nisi in intelligi, loquendo de intellectione practica conc. speculatiua neg. secunda .n. cognitio supponit primam; Deus .n. cognoscit, & intelligit ens rationis cognitione speculatiua, nō practica .i. Deus cognoscit ens rationis fabricatum à nobis, non tamen fit ab ipso, cognitio.n.practica est illa, qua intelligitur id, quod non est ad modum entis, & hæc cognitio includit errorem, & falsitatem, ideo in cognoscente infert imperfectionē, non verò cognitio speculatiua, quando enim hac cognitione speculatiua cognoscitur ens rationis, iam habet suum esse, & suam quidditatem, & est vnum per se intelligibile.

Cognoscit Deus ens rationis cognitione spec.

Contr. ens rationis formaliter est non ens cognitum ad modum entis, ergo si cognoscitur à Deo, Deus cognoscit non ens ad modum entis, & ita facit ens rationis formale.

Resp. dist. Antecedens, ens rationis formale est non ens cognitū ad modum entis loquendo de ente rationis cognito cognitione practica, & qua formatur conc. quod sit non ens cognitum ad modum entis, loquendo de ente rationis formaliter cognito cognitione speculatiua neg. quod sit non ens cognitum ad modum entis, tunc enim est ens verè, & quidditatiuè suo modo, & tunc habet illud esse, quod sibi ab intrinseco, & ex natura sua competere potest, aliud.n. est cognoscere, quod iam factum est, & aliud est fingere, & formare fictum, Deus cognoscit fictum non format fictum, quia sic erraret, & hoc ens rationis cognoscit intuitiuè in essentia Diuina, in qua relucent actus creaturæ, quibus formantur entia rationis, vt docet Bargius p. d. 2. par. 2. fol. mihi 100. §. *si dicitur primus modus*, vbi etiam docet Deum non cognoscere priuationes ad modum entis, veluti intellectus creatus, sed solum modo diuisiuo, quomodo concipimus

Aliud est cognoscere ens rationis, aliud facere.

Deus rationis ens intuitiuè cognoscit.

mus in oculo cæcitatem, quatenus in ipso non concipimus potentiam visiuam.

Quomodo cognoscat priuat. Deus.

Contr. ex Sco. p. d. 3. q. 5. infra B, & d. 13. q. 2. G, & frequenter alibi relatio non cognoscitur nisi cognitis terminis, hac veritate stante sic arguitur. Si per impossibile nullus esset possibilis intellectus creatus, adhuc hęc propositio esset vera, quia est necessaria, videlicet chimera, seu ens rationis est impossibile esse extra intellectum, ergo cũ Deus habeat cognoscere omnem propositionem per se veram, & necessariã, haberet etiam cognoscere istã .s. chimeram esse est impossibile, non potest autem cognosci hæc propositio nisi prius cognoscantur termini .s. subiectum, & prędicatum, vt modo dicebamus in probatione tertiæ conclusionis, cum secunda operatio intellectus supponat primam necessariò, ergo Deus non poterit huiusmodi propositionem cognoscere nisi cognoscat chimeram, seu ens rationis, & esse, non posset autem cognoscere chimeram, & ens rationis, nisi esset fictum, & fabricatum, & non ab intellectu creato ex suppositione, quia supponitur, quod nullus sit, ergo esset solum fabricatum ab intellectu Diuino, ergo &c.

Respon. Deum non cognoscere hanc propositionem dato tali casu, & negatur huiusmodi propositionem simpliciter, & absolutè esse necessariam, eo quia, non datur subiectum necessarium, cui de necessitate repugnet hoc prędicatum, videlicet esse extra animam, quia licet ens rationis, sicut quodlibet aliud ens, vt dictum est præcedenti controuersia in introductione, sit formaliter, & intrinsecè se ipso tale, non tamen effectiuè à se ipso est tale, sed entia realia sunt talia ab intellectu Diuino, ens verò rationis effectiuè ab intellectu creato, quare si per impossibile non esset possibilis itellectus creatus, neq; pariter esset possibile adæquatè ens rationis, quatenus non esset potentia ponens illud in esse, si. n. per impossibile non esset intellectus Diuinus, neque res reales forent possibiles, quia voluntas diuina producit illas in esse determinato, & futuro, non verò in esse possibili, cum in tali esse solum ponantur ab intellectu Diuino.

Deus nõ necessarò cognoscit ens rationis, & quare.

Contr. secundam conclusionem præter ea, quæ adducta sunt præcedenti controuersia

uersia con.p.conclu.quæ certè maiorē efficaciam habent, instatur: Ens rationis non est per se intelligibile, ergo non potest p se cognosci ab intellectu Diuino, antecedens probatur intelligibilitas (ex dictis cum Sco. controu. an ens habeat passiones in introductione) est conformitas rei ad intellectum cognoscentem, vel producentem, ergo enti rationis non potest inesse huiusmodi intelligibilitas, nam vel talis passio sibi inesset ex natura rei, & ita passio esset maioris entitatis, quā subiectum, quia subiectum solum habet esse per intellectum, & passio sibi inesset ex natura rei, vel sibi inesset, quia ita intelligitur ab intellectu, videlicet conformari sibi, & ita intellectus Diuinus haberet intelligere ens rationis sibi conformari, vel suæ intellectioni, cum tamen nō conformetur, & ita Deus fingeret, sic.n. esset ficta passio, sicut est fictum subiectū; & id cuius est passio.

Quid intelligibilitas.

Respon. ens rationis habere propriam conformitatem, & expræssibilitatem conformem suæ naturæ, & ad modum suæ essentiæ, quod videlicet sicut sua essentia est solum ficta, & dependens ab intellectu, sic pariter sua expressibilitas, & intelligibilitas esset solum ab intellectu, vnde cum talis essentia entis rationis non sit vera essentia, sed solum ficta, non possunt ab ea de necessitate dimanare suæ proprietates, veluti ab essentia entis realis, sed solum cum fiunt in tali esse ab intellectu creato tribuit illis esse fictum, & competens naturæ subiecti, & passionum, cum etiam ipsum ens rationis suo modo habeat passiones, vt docet Sco. 4. d. p. q. 2. l, & q. 6. vniuer. vbi licet loquatur de vniuersali logico est tamen eadem paritas de ipso, ac de ente rationis.

Ens rationis habet intelligib. lis. fictā.

Contr. subiectum in ratione subiecti non includit per se in suo conceptu (secundum omnes Scotist.) suas passiones, adeò quod intellectus potest ferri in subiectum illud intelligendo, & formando, non ferrendo in passiones, ergo saltim intellectus creatus poterit efformare ens rationis, non formando conformitatem, expressibilitatem, seu intelligibilitatem, & tunc, cum Deus nequeat (ex dictis) fingere ens rationis, neq; passiones eiusdem, cum sit eadem ratio, non poterit intelligere ens rationis supposito, quod sit ficta, & non potius ex natura

Deus passiones entis nequit fingere.

tura

tura rei, & realiter dimanans à sua natura ad modum passionis realis, & ita sequitur passionem realiter distingui à suo subiecto, quod est con. omn s Scot.

Respon. ex Sco. 4. nunc cit. I, vbi vniformiter loquitur de genere, differentia, & proprio, in ente rationis, ac in ente reali (semper tamen iuxta proportionem suæ propriæ entitatis) dicitur ergo ex ipso cit. & p.d.3. q.3. §. *sed con. ista*, & q. 3. Prologi sup. P, subiectum reale, vt prius suis passionibus esse intelligibile præcisè secundũ prædicata quidditatiua, & illa dicitur perfectior cognitio, quia est cognitio solius essentiæ, & tunc subiectum dicitur expræssibile, & intelligibile, non formaliter, sed fundamentaliter tantum, licet cognitio sit formaliter expræssiua obiecti, propter quod obiectum solum extrinsecè dicitur formaliter expræssibile per expræssionem ad ipsam terminatam, non .n. semper, & necessariò obiectum fundat relationem expræssibilis ad Scientiam, licet è contra scientia semper habeat relationem expræssiui ad obiectum, aliter Deus non esset à nobis expræssibilis, cum non fundet relationem

Sub e- [illegible] ius s pas- [illegible] intelligib. qua.

Scientia semper habet relationem expræssiui non obiectum.

ad creaturas, ita colligitur ex Sco. quolib. 14. GG, II, & ratio est, quia cognitio vnit potentiam cum obiecto, quæ vnio nequit esse sine respectu, ita Sco. quolib. 13. §. *de 2. art.* itaq; argumentum probat etiam de ente reali, quapropter dicitur si per impossibile intellectus noster formaret solum ens rationis non formando passiones .s. intelligibilitatem, vnitatem &c. adhuc tamen Deus illud intelligeret, & esset expræssibile fundamentaliter, & expræssione primaria non secundaria, & Deus tunc cognosceret intellectum nostrum formare ens rationis, & ita non habeo pro inconuenienti, quod passiones entis rationis realiter distinguantur à suo subiecto ratione causæ, à qua formantur, & ponuntur in esse, dum tamen illas format, habet formare ad modum passio. um entis realis, & habent de illo prædicari in secundo modo, & hoc idẽ vniformiter competit passioni reali, nam prius in quantum prius potest esse sine contradictione sine quolibet posterio. i, vt docet Sco. p.d.28. q.3. infra F, cum Aristotele 5 met. tex. 16. & 2. d. 3. q.4. D, & quod passio realis de facto reperiri non possit sine suo

Passio entis rationis realiter ab ipso dist.

Prius potest esse sine suo post.

suo proprio subiecto hoc non est ratione, qua prius est; sed aliunde, quia videlicet necessario, & indispensabiliter ab eiusdem subiecti natura dimanat, cum ergo causa passionum entis rationis sit intellectus non necessariò ferens in passiones, hinc est, quod potest efformari quidditas entis, non formata passione, neque tamen demonstrando passiones de ente rationis erunt demonstrationes accidentales, quia cum non sint nisi passiones fictæ, & ad modum veræ passionis fingantur retinent pariter modum demonstrandi proprium passionibus; Hoc idem argumentum conficit Pater Pontelongus in sua logica disp. 13. conclus. 3. cap. p. contra Mastrium probans ens rationis chimericum non habere passiones, aliter distingueretur realiter ab ipso, cum possit intellectus formare subiectum non efformando passiones, & ita subiectum non solum præcisiuè, verum etiam diuisiuè esset sine passionibus, quod est distingui realiter, negligendo forsitan ipsum etiam teneri huic argumento, cum disp. 2. conclus. 2. cap. 2. de vniuersali logico affirmet ipsum habere passiones, & tamen non credo Patrem istum non fore negaturum vniuersale logicum non esse ens rationis, & solum suam essentiam, & quidditatem esse opere intellectus, licet (vt suis terminis vtar) non omninò fictam, & ita intellectus noster poterit completiuè efformare essentiam vniuersalis non formando suā per se intelligibilitatē, & passionem, quod est ipsissimum argumentum.

Argum. retunditur in aduers.

Contra tertiam conclusionem; per secundam operationem intellectus potest ipse intellectus affirmare prædicatum impossibile omninò de subiecto omninò impossibili, ergo potest per secundam operationem formare ens rationis, consequentia probatur, quia tunc cum tale prædicatum, & subiectum nullum esse habeant nisi ab intellectu, cum supponantur omninò impossibilia, vnde vtique erunt solum entia rationis, cum in hoc consistat essentia entis rationis, patet antecedens, nam potest intellectus irrationale affirmare, vt prædicatum verè dictum de homine, si ergo potest per secundam operationem affirmare prędicatum impossibile de subiecto impossibili, & deducere ex impossibili impossibile, ergo

ergo potest facere ens rationis.

Respon. potest intellectus per secundam operationem affirmare prædicatum impossibile de subiecto impossibili, quasi quod tale prædicatum non sit primo conceptum, & fictum ab ipso intellectus, vt possibile per primam operationem neg. nequit.n.intellectus ferri in prædicatum illud affirmando, vel negando de subiecto, nisi prius illud idem prædicatum conceperit, & quin primo intellexerit per primam operationem, illud affirmando,vel negando post primam conceptionem côc. & ita sequitur non formari per secundam operationem, sed solum per primam,per secundam .n. operationem solum formatur ens rationis materiale, quæ est illa vnio subiecti, & prædicati, quæ cum sit aliquorum impossibilium ipsa etiam per actum reflexum potest concipi, vt possibilis, & ad modum entis, & ita fieri ens rationis formale.

Contr. potest intellectus per secundam operationem sui non solum affirmare prædicatum simpliciter impossibile de subiecto impossibili sic simpliciter inspectum, verum etiam vt illi omninò identificatum, & tamen illa identificatio non supponitur concepta, seu intellecta, sed solum prædicatum, & tamen illa identificatio est ens rationis formale, cum sit omninò impossibilis,ergo non solum per primam operationem,verum etiam per secundam formatur ens rationis formale, & non solum materiale.

Respon. intellectum posse affirmare illud prædicatum de subiecto non solum absolutè, verum etiam vt identificatum, sed negamus quod talis identificatio sit ens rationis formale, sed solum est relatio, vel ens rationis materiale, & ad hoc vt fiat ens rationis formale requiritur actus reflexus eiusdem intellectus, & prima operatio, qua intelligatur illa vnio ad modum entis.

Contr. intellectus affirmando illud prædicatum de subiecto non solum affirmat, & cognoscit illud vt prædicatum de subiecto, verum etiam affirmat illud, vt identificatum cum subiecto, sed non potest aliquid affirmari de alio, vt identificatum illi, nisi cognoscatur identificatio, vel nisi fingatur eadem identificatio huius cum illo, ergo vt illa identificatio sit ens rationis for-

formale non requiritur actus reflexus, neque prima operatio intellectus, sed solum sufficit secũda operatio, seu affirmatio prædicati de subiecto.

Respon. non posse intellectum affirmare de subiecto prædicatum, vt illi identificatum, nisi cognoscat identificationem eodem actu, quo affirmat prædicatum de subiecto neg. diuerso actu conc. sicut enim non posset intellectus affirmare prędicatum de subiecto nisi cognosceret subiectum, & prædicatum, ita non posset affirmare prędicatum de subiecto hoc vel illo modo, nisi cognoscat modum, quo prędicatum affirmatur, vel negatur de subiecto, affirmatio .n. vel negatio, quæ est secunda operatio intellectus supponit simplicem appræhensionem, & est essentialis ordo inter illas operationes, quia secunda supponit primam, & tertia secundam.

N CON-

CONTROVERSIA QVINTA.

An Voluntas possit facere ens rationis Formale.

QVOD sensus externi, vel interni nequeant facere ens rationis formale (licet de internis aliqua sit dubitatio) clarissimum est; quod pariter possint facere ens rationis materiale nulli dubium est, etenim denominationes ab ipsis potentijs exterioribus derelictæ veluti sunt esse visum, auditum, &c. sunt entia rationis materialiter, quæ si concipiantur ad modum veri entis in subiecto denominato, & per modum formæ intrinsecè denominantis fiunt entia rationis, formaliter patet inquam huiusmodi sensus externos non posse facere ens rationis formale, eò quia tale rationis nullum esse habet nisi ab ipsa potentia, modo sensus, tàm interni, quam externi non faciunt sua obiecta, sed illa necessariò supponũt, & ab illis essentialiter mouentur, & licet aliquãdo percipiant sua obiecta aliter, ac sint vt patet de baculo in aqua, qui à potentia visiua appræhenditur curuus, vel fractus, hoc euenit propter species, quæ immittuntur ab obiecto in ipsa potentia, quæ quidem species à medio franguntur, & hoc modo rapræsentant obiectum; sic de sensu percipiente dulce, vt amarum ob indispositiones organi, est ergo difficultas de voluntate, quæ cum sit potentia immaterialis, & collatiua ad instar intellectus, vnde videtur posse facere ens rationis, veluti,

Sensus facere possint ẽs rationis materiale tãtum.

Sensus supponũt obiecta.

veluti ipse intellectus, & in præsenti non loquimur de voluntate ratione, qua voluntas est, sicut non loquimur de intellectu ratione, qua intellectus est, quia etiam ipse hoc modo non potest facere ens rationis, aliter etiam intellectus Diuinus hoc posset, cum tamen præcedenti controu. negatum sit, loquimur de voluntate nostra, & quatenus talis voluntas est; & pro introduct.

Notandum est primo ex Sco.p.d.10.q.vn.R,& 4.d.49. q.4. infra N, voluntatem esse potentiam essentialiter in operando dependentem ab intellectu, ita quod non potest operari, nisi prius intellectus operetur, cum non possit velle nisi id, quod sibi præsentatur ab intellectu, nam vt dicit Aug.5. de Trinit. cap.27. ad actum amoris oportet amatum esse præcognitum licet non requiratur, vt actus amoris sit præcognitus, cum voluntas nō feratur in actum suum tamquam in obiectum, vt Sco. 2. d. 42. q. 4. §. *ad primum respondeo*, respondendo ad tertium, & in 4. d.49. q.8. inf.C, vbi dicit nos cognoscere actus nostros intuitiuè nobis inesse, quamuis possit intellectus per actum reflexum illos actus voluntatis cognoscere, & vt obiecta ipsi voluntati præostendere, quia voluntas ex sua libertate per alium actum amoris potest in illos actus præostensos ferri amando, & velle se velle tale obiectum, ita quod non solum amatum sit obiectum, verum etiam ipse actus voluntatis; talis tamen dependentia voluntatis ab intellectu est sanè intelligenda, eo quia inquit Sco. 2. d.p.q.p.§. *quantum ad tertium art.* essentialiorem esse ordinem duorum effectuum ordinatorum, secundum prius, & posterius procedētium ab eadem causa ad eandem causam, quam sit ordo, & comparatio vnius effectus ad alium effectum, quia propter dependentiam, & ordinem, quem habent effectus ad causam, dependent ipsi effectus à se inuicem, & non è contra, non .n. dependent, neque habent ordinem ad causam, quia habent ordinem inter se, sed habent ordinem inter se, quia habent ordinem ad causam, à qua procedunt sic ordinatæ. vndè si destrueretur per impossibile talis ordo, quem habent inter se, nō tamen propter hoc destrueretur ordo, quem habent ad causam, quia propter

Volūtas in operando ab intellectu.

Nostros actus intuitiuè cognoscimus.

Dubitatio i Sco. de depēdēt a voluntati s.

minus impoſſibile nõ eſt concedendum maius impoſsibile *exemplum ſi ponatur ignem habere iſtos duos effectus ordinatos, ſcilicet calefacere, & ignire, ſi eſſentialius, ſe habeat ignis ad vtrumque, quam ignire ad calefacere, quamuis ignire præſupponat calefacere, ſi ponatur per impoſſibile ignem non poſſe calefacere, non propter hoc negandum eſt ipſum poſſe ignire, & ideo obligans ſe ipſum ad tenendum antecedens non eſt obligatus ad tenendum conſequens*, ſi ergo per impoſsibile ab anima noſtra non dimanaret intellectus, dimanaret tamen voluntas, quia intellectus,& voluntas in ordine ad animam ſe habent, veluti calefacere, & ignire in ordine ad ignem, & veluti quaſi duo effectus ordinatè procedentes ab eadem cauſa, in tali caſu voluntas deberet habere propriam operationem, quia non eſt admittenda potentia cum proprio obiecto, & poſtea negare eidem potentiæ propriam operationem ob rationem dictam,quia eſſentialius dependet volitio à ſua cauſa, videlicet voluntate, quam ab ipſo intelligere, & operatione intellectus, vnde in tali caſu videtur voluntatē poſſe ferri in incognitum, quare dicit Lichetus 2. d.p. q. p. §. *dubitatur de iſta probatione* voluntatem in tali caſu poſſe producere abſolutum volitionis non verò volitionem cum reſpectu tendentiæ, & vnionis potentiæ cum obiecto, cum voluntas nequeat ferri, vt in obiectum in non præcognitum, & ideo quoad iſtam tendentiam, & vnionem operatio voluntatis ita eſſentialiter dependet ab operatione intellectus, veluti à propria potentia, vt docet Sco.2. d.42. q. 4. D, vbi dicit impoſsibile eſſe voluntatem actu velle, niſi ſit actualis intellectio.

Voluntas poteſt operari ſine intellectu, & quomodo.

Secundò not. ex Sco. quol. 16. infra D, voluntatem non ſolum poſſe ſuſpendere operationes alterius potentiæ, verum etiam propriam operationem, cuius ſuſpenſio dupliciter contingere poteſt, vno modo abſolutè, nullum actum eliciendo circa obiectum,alio modo ſuſpendendo actum volũtariè, & tunc non poteſt ſuſpendere, niſi eliciendo alium actum, quo ſuſpendit, vt cum dico volo amare Ioannem, tunc voluntariè ſuſpendo actum amoris, & hoc etiam poteſt dupliciter contingere. ſ. vel actum amoris prius elicitum ſuſpendere, & ſic

& sic non continuare actum amoris, & tunc nō volo continuare actum amoris, vel absolutè volo non amare, vel absolutè volo non amare, itaquè nullo modo volo elicere actum amoris, & hoc est quia vt dicit Aug. p. tractat. 9. & 22. nihil tam est in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas, quod Aug. dictum intelligitur non quantum ad essentiam ipsius, sed quantum ad agere, & quoad eius operationem, vt explicat Sco. 2. d. 42. q. 4. sup. D, & licet habeat etiam voluntas in potestate sua operationes aliarum potentiarum, etiam intellectus, non tamen quoad substantiam ipsius intellectionis, nam actus primus, quo intellectus obiectum intelligit nō potest esse in potestate voluntatis, cum talis actus necessariò, & essentialiter præsupponatur cuicumque operationi voluntatis, sed solum intelligitur quo ad continuationem ipsius actus, quia potest .s. voluntas firmando actum intellectus circa obiectum illum eandem actum intendere, vel auertendo à consideratione illius obiecti ad considerationem alterius, vnde inquit Sco. cit. *ad aliud intelligibile conuertendo, aliter intellectus semper starct in cognitione obiecti perfectissimi habitualiter sibi noti, primò agēs perfectius circa idem passum fortius agit, & impedit minus perfectum*, quapropter si operatio intellectus non esset hoc modo in potestate voluntatis, quia .s. non posset subtrahi, & auerti à consideratione obiecti fortius mouentis, semper intellectus sisteret in consideratione vnius obiecti, cum tam intellectus, quam obiectum sint causæ naturaliter mouentes, & operantes, ideo intellectus operaretur circa id, ꝙ fortius moueret, quia illud mouens fortius cætera mouentia impediret, & ideo cum in intellectus sint nonnullæ intellectiones imperfectæ, potest voluntas imperare intellectui, vt solum vnum obiectum consideret, & quia virtus vnita fortior inquit Sco. 2. d. 42. q. 4. cit. §. *respondeo*, illa cognitio intentensior, & perfectior fieret, & hoc quisq; in se ipso experiri potest plura considerando, & postea ex imperio superioris sistere in consideratione vnius obiecti tantum; *inferius .n. agens, perfectiùs agit concurrente agente superiori, licet non necessario requisito*, ita Sco. cit. G, ex his, ergo patet, quomodo operatio intellectus, & quo-

Operatio quælibet in potestat. voluntatis, & quomodo.

quomodo non, prima.n.opetio non est in potestate voluntatis, sed solum eius continuatio, & intensio, his praenotatio.

Dico Primo voluntatem creatam nõ posse facere ens rationis formaliter acceptum est Sco. cit, est tamen contr. Mastrium, & Belutum in logica disp.3.q.4.art.1.iudicantes partẽ affirmatiuam probabilem in via Scot. ex hoc quia voluntas est potentia collatiua, & reflexiua (vt patet ex dictis in notabilibus) supra proprios actus, quae sunt conditiones requisitae ad potentiam potentem efformare ens rationis pro formali, & huiusmodi conditiones competunt ipsimet voluntati ratione immaterialitatis. Probatur voluntas est potentia caeca secundum omnes ducitur non ducit, & non fertur, nisi in praecognitum, seu ab intellectu praeostẽsum, vnde dicit Aug. inuisa possumus diligere, incognita nequaquam, ergo voluntas non potest formare ens rationis pro formali, probatur consequẽtia ens rationis ante suam formationem nullum habet esse, cum solum habeat esse, dum ab ipsa potentia concipitur ad modum entis, & ab ipsa formatum, tunc quaero dum voluntas ferreretur in ens rationis illud efformando, vel tale ens est illi voluntati praeostensum, vel non; si primum ergo ens rationis antecedẽter ad operationem voluntatis habet esse, & iam factum ipsi voluntati praeostẽditur ab intellectu, si non, ergo voluntas ferrendo in illud antecedit operationem intellectus, cum ens rationis non possit ab intellectu cognosci cognitione speculatiua, nisi primò intelligatur formatum, seu habere esse, cum per illam intellectionem non recipiat esse, nisi secundum quid, seu denominatum, & cognitum denominatione extrinseca, & ita volũtas ferreretur in non praecognitum, & in non praeostensum, quod Scotus 2. d. 42. q.4. D, habet pro impossibili. & hoc omnes negant. Nec valet dicere cum supracit. Scotist. voluntatem non ferri in non praecognitum, quia licet illa bonitas ficta, & ab ipsa voluntate enti, cui omninò repugnat, applicata non sit cognita, & praeostensa, vt in tali obiecto, est tamen praeostensa in alio obiecto, sufficit .n. ad faciendum ens rationis, vt bonitas illa voluntati praeostensa, & in

Nequit voluntas rationis ens efficere.

Resp. ad verf. tollitur.

in altero obiecto reperta applicetur ab ipsa voluntate obiecto, cui repugnat, & hoc est facere ens rationis formale inquiunt ipsi. Non valet inquam, nam, vel illa bonitas in altero obiecto reperta, & voluntati per intellectũ præostensa est bonitas realis, alteri obiecto, cui est impossibilis, ab ipsa voluntate applicata, vel est bonitas ficta, si est bonitas realis, ergo non potest fieri ens rationis formale per solam applicationem voluntatis, quia de essentia entis rationis ex dictis præcedenti controu. in introductione, & secundum ipsos cit. q.2. art.2. est quod sit impossibile esse extra animam, ex hoc.n.quod talis bonitas realis applicatur illi obiecto, cui repugnat, nõ amittit propter hoc suam entitatem, & quidditatem, aliter non esset illi incompossibilis, cum bonitas ficta, & fabricata ab intellectu, & voluntate nulli repugnet, benè verum est, quod ex tali coniũctione impossibili remanet ex tali applicatione illa vnio impossibilis inter subiectum, & illam bonitatem applicatã, quæ vnio cum sit impossibilis esse extra animam, potest ad modum entis concipi ab intellectu, & ita ab ipso fieri ens rationis formale, vnde prius solum erat ens rationis materiale, quod quidem ens rationis materiale potest voluntas, & quælibet alia potentia facere, non potest tamen ipsa in illam vnionem, & cõiunctionem ferri, nec illam velle, nisi prius per intellectũ fuerit præostensa, & consequenter primò fabricata, aliter voluntas ferreretur in nõ præcognitum, & in non præostensum.

Con. secundum Sco.2.d.6. q.p. potest voluntas velle impossibile sub ratione possibilis, & p.d.p.q.4. art.3.& 4. & nos diximus p. par. Controu. controu.19. cõclus.2. malum sub ratione præcisè mali pręostensum, ipsa tamen voluntas potest illi pręfigere rationem boni, vnde dicit August. lib. 83. quæst. quæst. 10. summa peruersitas est fruendo vtendis, velle autem malum præcisè sub ratione boni, & impossibile sub ratione possibilis est facere ens rationis.

Respon. voluntatem posse velle impossibile vt possibile, & pariter malum pręcisè sub ratione boni, sed absolutè negamus, quod velle hoc modo sit facere ens rationis formale, sed solum materiale, facere .n. ens rationis formale,

est formare aliquid, quod nõ sit extra intellectum, neq; in se, neq; in tali subiecto, cum de ratione entis rationis formalis sit simpliciter, & absolutè non posse esse extra intellectum, vt dictum est, velle autem impossibile vt possibile, & præcisè malum sub ratione boni est solum facere ens rationis pro materiali, voluntas .n. ex sua libertate tollit possibilitatem sibi ab intellectu præostensam in vno obiecto, & applicat alteri, cui talis possibilitas repugnat, & ita derelinquit vnibilitatem impossibilem, quæ si per actũ reflexum intellectus intelligatur ad modum entis, fit postea ens rationis formale, ita de bonitate applicata ab ipsa volũtate obiecto præcisè malo, non sequitur tamen, quod illa bonitas sic applicata sit postea ens rationis, quia semper retinet suam formalitatẽ, & quidditatem, quæ est quid reale.

Con. dum voluntas vult impossibile sub ratione possibilis, v. g. vult Deum sub ratione referibilitatis ad creaturas, & Creaturam sub ratione talis negationis, quod est frui vtendis, talis relatio in Deo est omninò ficta, & consequẽter ens rationis formale, ergo voluntas non solum ens rationis materiale, verũ etiam formale efformare potest.

Respon. voluntatem posse velle Deũ ordinari ad creaturam, & velle ipsum sub tali ratione referibilitatis non ab ipsa voluntate fictæ, sed rappresentatæ, & repertæ in ipsa creatura applicatæ à voluntate ipsi Deo, & negatio ordinabilitatis in Deo reperta, & ab intellectu rappresentata ipsi voluntati, ipsamet postea voluntas ex sua libertate applicat talem negationem creaturæ, itaq; ista non sunt entia ficta, sed sunt entia realia diuersis subiectis applicata, quibus tamen talis applicatio repugnat.

Con. dum intellectus fingit in Deo relationem creationis facit ens rationis formale ea ratione præcisè, quia talis relatio creationis in Deo est impossibilis, etsi sit possibilis in creatura, & in ipsa realis, ergo pariter dũ voluntas vult id, quod est subiecto impossibile, licet sit tale in se possibile, & reale, facit tamen ens rationis formale, & non solum materiale.

Respon. intellectum creatum intelligendo in Deo relationem creationis actiuam,

quę neq; in Deo neq; in creatura est possibilis facit ens rationis formale, intelligendo relationem creationis passiuæ, quæ licet sit Deo impossibilis, est tamen ex se possibilis, & necessario de facto in est creaturæ neg. quod sic intelligendo faciat ens rationis, sed solum applicat ens reale subiecto cui omninò nō conuenit imò implicat, quodcumque.n. est in se tale primò quam consideretur in ordine ad subiectum cui conuenit, vel cui repugnat ex tali repugnantia, vel conueniētia non dicitur intrinsecè tale, nam ipso considerato in se ipso, & vt præscindente à quocumq; subiecto debet necessario esse talis, vel talis naturæ, quare relatio creationis actiuæ si est in se realis semper, & necessariò cuicumq; applicetur, siue Deo, siue creaturæ erit realis, cum talis applicatio non possit variare eius rationem, & quidditatem, cum sit per se primo talis, quam applicetur.

Contr. si intellectus intelligeret Deum passiuè creatum adeò quod relationem creationis passiuæ fingeret in Deo faceret magis ens rationis, quam intelligēdo in ipso Deo relationem creationis actiuę, quia prima relatio est magis incompossibilis Deo quam secunda, & tamen relatio creationis passiuæ de facto reperitur in creatura, in qua est verè realis, ergo ad formandum ens rationis formale sufficit, vt potentia applicet subiecto, id quod sibi repugnat, licet tale applicatum sit postea reale in alio subiecto, quod potest (vt potest ex dictis) voluntat.

Respon. si intellectus intelligeret Deum passiuè creatum formaret ens rationis formale si illa relatio passiua in Deo cōcepta esset eiusdem rationis cum relatione creationis passiuæ, quę est in creatura neg., tunc.n. solum intellectum ex imperio voluntatis applicaret relationē realem creationis pasiuæ in creatura repertam ipsi Deo, si talis relatio creationis pasiuæ esset alterius rationis, eo quia cum intellectus sit potentia prima, & posit fingere id quod non est, efformando vnam relationem creationis passiuæ distinctam à creatione, quæ est in creatura conc. quod tunc talis relatio esset ens rationis formale, sed negamus hoc posse facere voluntatem, quia voluntas non est prima potentia, sed necessariò semper supponit operationem

Non prima potētia voluntas, sed intellectus.

tionem intellectus, vnde illa relatio creationis passiuę fundata ab intellectu in ipso Deo, & relatio creationis passiuæ inexistens creaturæ solum conuenirent in ratione nominis, vt patet ex dictis controu. tertia conclus. prima de vniuocatione entis ad reale, & rationis.



CON-

CONTROVERSIA
SEXTA.
An ens habeat passiones de ipso demonstrabiles, & Quomodo.

Ens habet passiones.

ENs habere passiones veras, & reales nulla inter Scotist. extat difficultas, vt clarè colligitur ex Sco. q. 3. Prolog. R, & T; & p. d. 39. q. vn. C, licet aliter sentiant auctores oppositæ Scholæ, affirmantes passiones entis non esse veras, & reales passiones, sed potius quædam attributa realia, quæ possunt ipsi enti attribui per modum priuationis realis, vel aptitudinis realis in ordine ad aliquod extrinsecum, explicatum, & prædicatum à nobis de ipso ente ad modum passionis, & ad modum diuinorum attributorum de Diuina essentia, circa hoc inquam nulla inter nos est difficultas; quia omnes Scotistæ vno ore fatētur ens habere, veras, & reales passiones ab ipso ex natura rei distinctas (loquēdo de passionibus particularium entium) & esse in duplici discrimine videlicet simplices, vt vnum, verum, bonum &c. & disiunctas, veluti contingens, vel necessarium, finitum, vel infinitum, quæ intantum dicuntur disiunctæ, quia disiunctiua particula significant communem passionem conueniētem omni enti, non verò, quia disiunctiuè enti conueniant, quę passio communis, cum innominata sit, duobus nominibus circumscribitur, & conuertitur ratione totius disiuncti, & ratione alicuius partis tātum, vt Lichetus p. d. 39. q. vn. §. *quantum ad primū art.* & quod

Passiones in duplici discrimine.

sint

sint verè passiones reales, & non solum à nobis per modum passionis explicatæ patet ex Sco.cit. & p. d.3. q.3. §. *ad quæst. igitur*; 2. d.16. q.vn. §. *ideo dico aliter*; 3. d.8 .q.vn. infra E, & frequenter alibi, & facilè suadetur, ens .n. dicitur verè, & intrinsecè vnum, ita quod seclusa qualibet negatione multitudinis, adhuc ratio entis talis dicitur, & stat cum opposito multitudinis, videlicet cum vnitate, ergo vnitas est aliquid intrinsecum ipsi enti, & non solum per negationem multitudinis dicitur vnum, vt optimè discurrit Sco. 2. d. 3. q. 2. A, vbi dicit nihil repugnare alicui simpliciter per solam priuationem, vel negationem, sed per aliquod positiuum in eo existens, eo quia per possibile, vel impossibile circumscriptis illis negationibus adhuc staret tale ens cum opposito illarum negationum, & cum negatio diuisionis in plura vni repugnet, & alteri conueniat, & hoc non ratione entis, quia etiam tale est ens, debet illi conuenire ratione alicuius superadditi ipsi naturę entis, quę est ipsa vnitas, quę positiuè est negatio diuisionis in plura, similiter idem dicendum de veritate, intrinsecè .n. & non solum per comparationem, ad aliquod extrinsecum ens dicitur verum, quæ veritas à Sco. 6. met. q.3. & p. d.3. q.3. E, & 4. d. 49. q. 4. I, & quol. 18. I, T, explicatur per respectum, vel conformitatem ad intellectum cognoscentem, seu ad cognitionem sui, vel ad producentem, quæ conformitas est sibi intrinseca, & necessaria, quia sicut veritas cognitionis est intrinsecè vera per veram conformitatem, seu per rappræsentatiuitatem, & declaratiuitatem rei cuius est cognitio, & quia illi rei cuius est cognitio verè, & intrinsecè adæquatur in cognoscendo, & in rappręsentando, rappræsentans, & declarans illam, sicuti est à parte rei, ita è contra obiectum dicitur verum in essendo per respectum declarabilis & rappræsentabilis, cum veritas in communi ad veritatem in essendo, & in cognoscendo sit quid vniuocum, ita pariter de bonitate, quę consistit in respectu appetibilitatis ex Sco. cit. & 4. d. 50. q.2. sub G, vnum .n. ens est intrinsecè appettibile aliud non, quod non eueniret si bonitas nō esset quid distinctum ab ente, & quid intrinsecum illi, sequitur pariter non posse in Metaphysica veras demon-

Ens non dicitur vnū per negationē multit.

Ens verè verum.

Quod bonitas.

stra-

strationes fieri, nec esse verã scientiam, cum in demonstratione requiratur passio demõstrata de suo subiecto, hoc inquam supponitur verum, & solum quæritur quomodo supradictæ passiones fluant ab ente, num videlicet ordine quodam, & vna per aliam, an potius omnes immediatè, & si ità, quomodo possint postea de ipso ente demonstrari, & pro introductione veritatis.

Notandum primò est ex Aristot. p. post. cap. de statu principiorum, vbi vult quod propositiones per se nõ conuertuntur, ita quod si prædicatum per se dicatur de subiecto, nõ è conuerso subiectum dicetur per se de prædicato, sed solum per accidens & ratio est, quia in propositione per se, in subiecto includitur per se causa inhærentiæ prædicati cum subiecto, vnde si fieret conuersio propositionis per se in propositionem per se idẽ esset causa, & effectus, prius, & posterius, causa quatenus est subiectum, effectus quatenus in propositione cõuersa est prædicatum, & sic vt causa prius, vt effectus posterius, vnde hæc propositio est per se homo est visibiiis, conuersa est per accidens. s. visibile est homo, ita etiam docet

Propositiones p se nõ cõuertũtur.

Sco. p. d. 3. q. 3. supra H, si ergo passiones entis ordine quodam fluerent, & vna per aliam, tunc non æqualiter in secundo modo istæ passiones dicerentur de ente, quia ens non æqualiter illas contineret, sed potius vna de alia passione diceretur in secundo modo, nempè passio fluens diceretur in secundo modo de passione à qua flueret, cum in ipsa includeretur causa sui esse, & hoc loquendo de ordine causalitatis, neq; pariter fluẽdo ab ente possunt inter se seruare ordinem effectuum, vel quasi effectuum, secũdum prius, & posterius, qui ordo seruatur inter effectus, vel quasi effectus omnes progredientes immediatè ab eadem causa licet ordine quodam seruato inter se, vt secundus effectus, vel quasi effectus supponat primum, vt docet Ant. And. p. met. q. 1. conclus. 4. referente Bargio p. d. 39. q. vn. & ita per priorem passionem, & primò ab ente fluentem demonstraretur posterior inquit ipse Ant. And. etenim hoc dato daretur vna passio, videlicet prima indemonstrabilis de ente cum non detur alia prior passio per quam demonstretur, vel ea ratione, qua ens esset medium demonstran-

2. Ordo causalitatis, & ordinis.

Passiones sine ordine fluunt.

ſtrādi de ſe ipſo primam paſſionem, eſſet pariter medium demonſtrandi alias paſſiones, cum non ſit maior ratio de vna, quam de alijs, quia eſt æquè ens cauſa primæ paſſionis, ac aliarum, & quælibet propoſitio eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, & ideo quęlibet eſt demonſtrabilis per propoſitionem in primo modo dicendi per ſe, omnis enim propoſitio, quæ eſt in ſecundo modo eſt demonſtrabilis per propoſitionē primi modi.

Propoſitio ſecūdi modi demonſtratur per propoſitionē primi modi.

Secundo notandum eſt ex Sco.4.d.49.q.2.X, & quolib. 18.C, duplicem eſſe bonitatem, primariam .ſ. ſeù quidditatiuam, & ſecundariam. Primaria bonitas eſt integritas, & perfectio entis in ſe, quæ importat poſitiuè negationem imperfectionis, per quod excluditur imperfectio, & diminutio, & hoc modo quodcumq; ens ſua entitate eſt bonum, bonitas verò ſecundaria, quæ eſt ei accidentalis, ſiue ſuperadueniens entitati eſt integritas conuenientiæ eiuſdem alteri, cui debet conuenire, vel alterius ſibi, ſtatim .n. ac aliquid eſt perfectum in ſe, & ad ſuum tale eſſe nihil deficit, ſtatim ab ipſo dimanat illa bonitas ſecundaria .i. conuenientia ipſius alteri, cui debet conuenire, vel alterius ſibi, & iſtæ duæ cōuenientię communiter ſunt connexę, vt ſanitas dicitur bona homini, quia ſibi conueniens, & cibus dicitur bonus, quia habet ſaporem ſibi conuenientem, & quod dicitur de bonitate poteſt pariter dici, & affirmari de veritate, vnde veritas ſecundaria pro conformitate rei ad intellectum, & bonitas pariter ſecundaria pro appetibilitate ſupponūt veritatem primam, & bonitatem primam, non .n. eſſet bona ſanitas, & appetibilis, nec conformis ad intellectum, niſi eſſet vera prima veritate, quæ poſitiuè dicit negationem ſanitatis fictæ, & bonum prima bonitate, quæ importat poſitiuè negationem imperfectionis, & diminutionis; his notatis.

Bonitas 2.

Veritas pariter 2.

Dico primo nullum ordinem dari inter paſſiones entis, neque cauſalitatis, quaſi quod vna cauſetur per aliam, neq; prioritatis effectuum, vel quaſi effectuū ab eadem cauſa, quaſi quod primo fluat ab ente vna paſſio, quum alia, ſed omnes ſimul, & ſemel æqualiter, & immediatè ab ente, fluunt; eſt Sco. cit; eſt, tamen con. Ant. And. cit. & Lich. p. d. 39. q. vn. *§. quantum ad primum,*

mum, vbi oppositam sententiam iudicat probabilẽ, quam nõ videtur respuere Mastrius p.tom.suæ Met.disp.4. q.3. & 4. Probatur ex Sco.p.d.3. q.2. §.*quantum ad notitiam habitualem* R, vbi dicit, quotiescumq; aliquæ formæ in perficiendo aliquod, vel formaliter, vel virtualiter, siue in aliqua forma virtualiter contineantur seruãt inter se ordinem prioritatis, & posterioritatis, necesse est illas se habere veluti magis, vel minus commune, magis, vel minus perfectum, quia natura via originis semper incipit à minus perfecto ad magis perfectum, sed talis ordo nequit reperiri inter passiones, cum omnes sint (in quantum passiones) æqualis dignitatis, neque se habent vt magis, & minus commune, ergo, & licet vnitas, vt ex Sco.2. d.3. q.2. A, explicetur per negationem diuisionis in se, ita quod positiuè dicat quid absolutum, ratione cuius inest huiusmodi negatio, & absolutum hoc præcedere respectiuum, cum sit alterius ordinis, & generis, hoc nõ est verum, quando est absolutum passio, cum vt sic habeat immediatè prouenire ab ente, imò si aliquod probaret ratione, qua perfectius est, probaret vnitatem vltimi prouenire, & fluere ab ente, & non primò, cum natura (ex modo dictis) semper incipiat ab imperfecto ad magis perfectum, & cum absolutum sit perfectiùs respectiuo hac ratione vnitas esset posterior alijs passionibus, Conf. ex Scot. 2. d. 9. q. 2. B, causa sufficiens plurium effectuum potest omnes simul producere dummodo nõ habeat aliam, & aliam virtutem secundum quã per prius producat vnum effectum, & per aliam virtutem secundam, secundum effectum, vt patet de Sole, qui virtute illuminatiua primò producit lumen in medio, & alia virtute quasi per posterius producit in visceribus terræ mineralia, vel dummodo vnus illorũ effectuum non sit dispositio necessaria in ordine ad secundum effectum, vt calefacere est dispositio necessaria ad ignire, sed hoc non contingit in proposito, quia eadem prorsus virtute ens producit, vel quasi producit suas passiones, nec isti effectus, seu passiones habent talem ordinem inter se, quod vna scilicet sit dispositio ad alteram, quia sic vna passio esset essẽtialiter imperfectior altera, cũ dispositio sit essentialiter imperfectior forma, ad

Natura ab imperfecto ad perfectum.

Diff. in Sco. pro vnitate.

Causa po. ens plures eff. ctus potest omnes scilicet.

Dispositio imperfectior for. ma.

ad quam est dispositio, neque æqualiter se haberent, neque æquali immediatione ad ens, quod est contra rationem passionis.

Dico secundo passiones entis demonstrari de ipso ente in communi est Sco. cit. Ant. And. Mastrij cit. nu. 45. Lich. &c. est tamen con. Bargium p. d. 39. q. vn. in solutione multarum quæstionum, & Vigerium ab ipso Bargio cit. dicentes Met. secundum eam rationem, secundum quam considerat ens in communi non esse scientiam, sed solum quatenus demonstrat de suo principali obiecto passiones, & de suis obiectis inferioribus, Probatur ex Sco. q. 3. prolog. S, vbi habet hæc verba *dico, quod non oportet principia scibilia esse principia in se ipsius subiecti, quia entis inquantum ens, quod ponitur subiectum Metaphysicæ nulla sunt principia, quia tunc essent cuiuslibet entis, sed opportet cuiuslibet subiecti esse principia, per quæ demonstrentur eius passiones de eo ex quibus principijs, tanquam ex medijs demonstrationis formantur principia complexa, sicut propositiones per se notæ, hoc modo cuiuslibet subiecti possunt esse principia respectu suarum passionum*, hæc Sco. ibi, quæ si ponderentur clarè deducemus enti in communi, & cuilibet subiecto ipsum Sco. concedere principia demonstratiua, & complexa suarum passionum, & quomodo, cuicumq; subiecto concedit principia cognoscendi, licet neget principia essendi, & lit. T, habet hæc alia verba *dico, quod Metaphysica non est de Deo, tanquam de primo subiecto, quod probatur, quia præter scientias speciales, oportet esse aliquam communem, in qua probentur in communi omnia, quæ sunt communia illis specialibus; igitur præter scientias speciales oportet esse aliam specialem de ente, in qua tradatur cognitio passionum de ente*; Nota illa verba, *in qua probentur* .i. demonstrentur, ergo in via Sco. non debemus denegare passiones entis non demonstrari de ente, quod etiam facilè ratione suadetur; eo quia si ens est causa suarum passionum in essendo, cum ab essentia entis pullulent, poterit pariter talis essentia entis continere illas in cognoscendo, quia quod continet aliquid in essendo cõtinet pariter, & in demonstrando, imò data opposita sententia, non rectè Metaphysica inter scientias esset connumeranda, quia quatenus est de eius obiecto adæ-

Passiones demonstrabiles de ente.

Entis nõ sũt principia quomodo.

quato

quato non habet principia demonſtrationis, ſecundum ipſos cuius demonſtrationis eſt efficere ſcientiam, accipiendo ſcientiam in rigore,& pro habitu, quo aſſentitur cõcluſioni deductæ ex principijs neceſſarijs,vt inquit Ariſtoteles p. poſt. & licet ea ratione, qua eſt circa altiſſimas cauſas, dicatur ſapientia non tamen propter hoc ſubterfugit rationem ſcientiæ, cum munus Metaphyſices ſit definire per eſſentialia ſimpliciter, & demonſtrare per cauſas eſſentiales ſimpliciter priores,& notiores vt vult Ariſt. 4. & 6. met.in principio.

Metaph. dicitur Sapiẽtia.

Dico tertio vnam paſſionem non poſſet inſeruire pro medio ad demonſtrandam de ente alteram paſſionem; eſt Sco. cit. Prob. in demonſtratione potiſſima, & à priori medium debet eſſe propoſitio ſimpliciter prima, demonſtratio.n.eſt ex primis, neceſſarijs,&c.& hoc ne detur in propoſitionibus proceſſus in infinitum, ſed propoſitio formata de paſſione,quæcumque illa ſit non eſt propoſitio prima,& immediata, quin non detur alia prior,patet, eo quia eſt in ſecundo modo dicendi per ſe,qui modus à toto genere eſſentialiter præſupponit propoſitiones de primo modo, ergo propoſitio in ſecundo modo formata non poteſt inſeruire pro medio in demõſtratione potiſſima, & neceſſaria, eò vel maximè, quia in demõſtratione potiſſima, medium includit cauſam inhærentiæ prædicati cum ſubiecto, vt docet Sco. p.d. 3. q. 3. ſupra H,cum debeat eſſe cauſa illius, vna autem paſſio nequit eſſe cauſa alterius, quia tunc non omnes eſſent ex æquò paſſiones entis, quia non omnes illas cauſaret, neq; in eſſe illas produceret, quod tamen eſt proprium ſubiecti in ordine ad proprias paſſiones, imò potius daretur paſsio paſſionis, & ita paſsio, & non paſsio, paſsio vt ſupponitur, non paſsio, quia eſſet cauſa propriæ paſsionis ſubiecti,& ita potius ſubiectum, quam paſsio, & illa paſsio, quæ inſeruiret pro medio ad cęteras paſsiones oſtendendas ipſa eſſet indemonſtrabilis de ipſo ſubiecto ad inſtar ipſius primi principij,& immediati,& ita eſſet in primo,& in ſecundo modo dicendi per ſe, in primò, quia eſt indemonſtrabilis, cum non habeat medium, & ſit prima propoſitio, in ſecundo modo, quia ſupponitur paſsio, de cuius eſſentia eſt præ-

Paſſio nõ demonſtratur p alia paſſionem.

Cauſa non eſt cauſa paſſionis.

prædicari de subiecto in secundo modo dicendi per se; quæ prędicatio nunquam potest esse prima,& immediata.

Dico quartò passiones entis non posse demonstrari de ipso ente per ipsum cōceptum quidditatiuum entis, clarioribus tamen terminis explicatum colligitur ex Sco. cit. est Bargij supra citat. est tamen con. Mastr. cit. nu 48. probatur ens est simpliciter simplex ex Sco. p. d. 3. q. 3. §. *ad quæst. igitur*, & frequenter, ergo vel totaliter scitur, vel totaliter ignoratur, ille ergo conceptus quidditatiuus entis clarioribus terminis explicatus, qui debet inseruire pro medio in demonstratione, vel est cōceptus obiectiuus ipsius entis, vel alterius ab ente, vel est aliquid entis, si tertium, ergo ens non est simpliciter simplex, si alterius ab ente, ergo conceptus quidditatiuus entis non erit medium demōstrandi passionem de se ipso, sed potius aliquid prius ipso ente, si est ipsissimus conceptus entis, ergo idem erit medium,& subiectum, & ita maior propositio non erit notior conclusione, neque aliquo modo distincta ab ipsa, sed omninò identica, & ita talis demonstratio non erit vera demonstratio, quia non erit ex notioribus causisq, conclusionis, neq; ex tribus terminis; idemque esset prius, & posterius, notius,& ignotius idem haberetur, & non haberetur, notius, quia medium, de cuius ratione est, quod sit notius, ignotius, quia conclusio,& pariter ob eandem rationem prius,& posterius, haberetur, & non haberetur, haberetur, quia mediū prius haberetur, quam conclusio, non haberetur, quia conclusio, & conclusio pro eo instanti, pro quo habetur medium, & maior ipsa non habetur, ita discurrit Sco. p. d. 2. q. 2. A, cum Arist. p. post. tex. 10, & 20.

Passiones non per conceptum entis demonstrantur.

Nec valet dicere cum Mastrio cit. omninò esse eundem conceptum, sed magis, vel minus distinctè conceptum, neq; est inconueniens idem inadæquatè conceptum dici de se ipso, & inseruire pro medio in ordine ad se ipsum adæquatè conceptum; vt patet quando sumitur definitio pro medio, quæ vtiq; non differt à definito secundū rem significatam, sed solum secundum modum significandi, quia quod definitum significat confusè, definitio significat distinctè, neq; etiam in ista demonstratione committitur petitio princi-

Resp. Mastrij tollitur.

pij,

pij, quia ista diuersitas significandi sufficit, licet non sit diuersitas rei significatæ: Non valet inquam, eò quia, prçterquamquod non est omninò certum in via Sco. an definitio, & definitum sint omninò idem in re, vt ipse p. d. 2. q. 2. A, vbi habet hæc præcisa verba, *vlterius qui sunt illi termini proprij, ex quibus debet esse euidēs dico, quod quoad hoc alius terminus est definitio, alius definitum, & hoc siuè accipiantur termini propositionis pro vocibus significantibus, siue pro conceptibus significatis, quod probo ex p. post. quia quod quid est alterius extremi est medium in demonstratione, ergo altera præmissarum non differt à conclusione, nisi sicut definitum à definitione*, imò addit Lich. ibi, si definitio, & definitum essent penitus idem, in demonstratione potissima esset petitio principij, quod est quando probamus aliquod per æquè notum, si ergo homo, & animal rationale sunt penitus idem, ergo ista propositio homo est risibilis est çquè nota sicut ista animal rationale est risibile, per animal.n. & rationale demonstratur de homine risibilitas, quæ tamen à priori nequit demonstrari de animali, & rationali, ergo necessariò

Definito à definito distincta.

est aliqua differentia inter definitum, & definitionem, licet hoc non sit multum ad propositum nostrum de ente, eo quia cum conceptus entis sit omninò simplex, & simpliciter simplex, si scitur, totaliter scitur, ergo distinctè scitur, scire .n. aliquid distinctè est ipsum cognoscere secundum omnia eius prædicata essentialia, quare licet idem possit clariori, & clariori modo cognosci, non tamen magis, vel minus distinctè, seù magis quidditatiuè, quia sic cognoscere est cognoscere omnia eius prædicata quidditatiua, ideo quicquid cognoscitur quidditatiuè, & distinctè, çqualiter quidditatiuè, & distinctè cognoscitur, licet non æquè clarè, vt dictū est prima parte controu. 5. respon. ad argum. cum Lich. p. d. 3. q. 2. §. *ad septimum* ex Sco. eodem in loco, si ergo conceptus obiectiuus entis in maiori, pro vt inseruit pro medio quidditatiuè scitur, nihil remanet illius entis quidditatiuè sciendum in conclusione, ergo idem per idem çquè notum demonstraretur, nihil.n. perfectiori modo cognosci potest, quā quidditatiuè cognosci ex Sco. q. 3. prol. §. *ex his dictis*, & §. *con. istas opiniones*.

Quod cognoscere distinctè.

Idē potest clariori modo cognosci non tamen quidditatiuus.

 Dico

Passiones demonstrãtur per quiddit. entis.

Dico vltimo passiones entis demonstrari de ipso ente per ipsam quidditatem entis, tamquam per rationem formalem est Sco. q. 3. prol. P, vbi dicit. Deitatem esse rationem demonstrandi de Deo primo obiecto Theologiæ omnia ea, quę sibi conueniunt ratione Deitatis, cum eodem modo se habeat Deitas ad Deum, veluti quidditas entis ad ens, idem replicat primo d.4.q.2. infra B, vbi dicit, & distinguit id quod est, *quod* ab eo, quod est *quo*, quia cuicumque *quod* correspondet suum *quo* & p. d.2.q.7. *§. ad p. quæst. DD.* vbi dicit, *quo* esse rationem formalem quidditatiuam essendi alicui tale, & ideo non datur, *quo* cui non respondeat suum *quod* p.d.5.q.2. D, quidditas .n. & res cuius est quidditas distinguuntur, quia quidditas cum sit vltima abstractione abstracta nihil est, nisi *ratio formalis alicuius considerata secundum se præter quodlibet, quod non includitur per se in illa, & ideo si ratio alicuius præcisiuè accipitur, nihil illi formaliter inhæret, nisi quod per se includitur in illa ratione*, ita Sco. p.d.5.q. p. infra A, vnde dicit Lich. in hoc loco, quod natura humana potest dupliciter considerari, vno modo vt est apta nata prædicari de supposito, & ita habet rationem concreti, & accipitur pro homine, & valet dicere hic homo est homo, alio modo in se præcisè inspecta, & quatenus nõ concernit suppositum propriæ naturæ, & hoc est quando cõsideratur, vt non apta prædicari de supposito, & ita hæc est falsa, hic homo est humanitas, licet .n. homo, & humanitas idem à parte rei significent, tamen humanitas tantum rationem importat, homo verò suppositum, & aliquod inferius connotat, idem est iudicium ferendũ de quidditate entis, & de ente, prima .n. idest quidditas dicit præcisè rationem, qua aliquid dicitur tale, ens verò vltra illam rationem, dicit habens rationem suppositi, & habentis illam, hoc idem inquit Sco. 3.d. 2.q.2. infra E, vbi dicit loquendo de forma totius, & quomodo se habeat ad totum, *dico quod respectu totius compositi non quidem forma in formãs, sed forma, qua compositum est quidditatiuè, & hoc modo totum est formaliter forma totius, sicut album dicitur album albedine, non quidem quod forma totius sit quasi causa ipsius totius, cum materia, & partiali causans quasi totum, sed est ipsum totum præcisè*

Quid quidditas.

Quod forma totius.

cisè consideratum secundum illum modum, quo loquitur Auicennas 5. met. æquinitas est tantum æquinitas, hoc idem potest applicari in proposito nostro de ente, & eius quidditatæ; hanc eandem conclusionem sequitur Lich. q. 3. prol. §. nunc respondendum, & d. 39. q. vn. con. Bargium cit. & clarissimè colligitur ex Sco. 4. d. 12. q. 3. infra B B, vbi dicit, *quod* & *quo* totale solum distingui secundum modum intelligendi, & connotandi, & præcipuè quando, *quo totale* nulli inest, vel si inest tamen subiectum, cui inest nullam causalitatem habet propriam respectu actionis, quæ remanet probata ex confutatione aliarum opinionum.

Contr. primam conclusionem arguitur bonum essentialiter supponit vnum, & verum, ergo passiones fluunt ab ente ordine inter se seruato saltim prioris, & posterioris, probatur antecedens ad hoc, vt sit v. g. bona sanitas debet necessariò esse primo vera sanitas, quia ficta sanitas non est bona sanitas, vna non multiplex, ergo &c.

Resp. ex dictis secundo not. negando antecedens, ad probationem distinguo antecedens ad hoc, vt sit bona sanitas debet esse vera sanitas, accipiendo verum fundamentaliter, seu pro veritate primaria, quæ non est nisi entitas realis, siue entitas entis realis, non entitas entis ficti conc. veritate formali, & secundaria, quæ est passio entis neg. hæc. n. eodem prorsus instanti, simul cum bonitate secundaria fluit ab ente, ita pariter vniformiter loquendo dicendum est de vnitate.

Veritas 2.

Contr. ex dictis in prima conclus. vnitas ex Sco. 2. d. 3. q. 2. A, importat entitatem positiuam absolutam explicatam à nobis per negationem diuisionis in se, & diuisionis à quocumq; alio, & hoc loquendo de vnitate formali, quæ est passio entis, sed absolutum necessariò præcedit respectiuum, ergo vnitas non solum fundamentaliter accepta, verum etiam pro formali præcedit bonitatem, ergo &c.

Resp. ex dictis ibi veram esse minorem de absoluto, quod est fundamentum respectiui, hoc. n. necessariò præcedit respectiuum, non de absoluto in eodem ordine existente, & eodem modò fluente à subiecto, quo modo fluit respectiuum, vt contingit de vnitate in ordine ad ens, respectu cuius se habet ad instar alia-

aliarum paſsionum, imò ſi quid probaret argumentum, potius probaret vnitatẽ ſubſequi ad alias paſſiones cum natura ſemper incipiat ab imperfecto ad perfectum, vt dictum eſt ibi cum Sco. & Ariſt. & abſolutum ſit perfectius reſpectiuo.

Abſolutum perfectius reſpectiuo.

Contr. accipiendo totum genus abſoluti, & totum genus repectiui, abſolutum à toto genere præcedit reſpectiuum à toto genere, cum ſecundũ neceſſariò habeat fundari ſupra primum, nõ è con. ergo quodcumque abſolutum præcedit quodcumque reſpectiuum, conſequentia eſt Sco. 4. d. 1. II, vbi habet, quod quando *aliqua ſecundum totum genus habent aliquem ordinem ad inuicem, quodlibet vnius habet ſimilem ordinem ad quodlibet alterius, exemplum ſi albedo ſecundum totam ſpeciem ſit prior nigredine, quælibet qualibet*. Si ergo abſolutum ſecundum totam genus eſt prius reſpectiuo ſecundum totum genus, quodcumque abſolutum erit prius quocumq; reſpectiuo, etiam ſi tale reſpectiuum ſit paſſio, ergo &c.

Reſp. ex Sco. p. d. 3. q. 3. ſ. *ad quæſt.* verum eſſe antecedẽs de abſoluto quidditatiuè imbibente, & includente eandem rationem abſoluti, hoc.n. modo quodcumq; abſolutum ſecundum illum ordinem, quo ſecũdum genus eſt prius quocumque reſpectiuo eſſentialiter prçcedit reſpectiuum, cum talis ordo inſequatur naturã generis, vt habet Sco. 4. d. p. q. p. cit. K K, non verò de abſoluto non quidditatiuè includente eandem rationem abſoluti, veluti eſt abſolutum paſſio, de quo non dicitur ens quidditatiuè, vt dictum eſt cõtrou. 2. an ens dicatur de paſſionibus, & vltimis differentijs, nec conſequenter ordo prioris, & poſterioris inſequẽs rationem entis abſoluti, ſi .n. non includunt rationem ſuperioris, neq; pariter rationem inferioris, itaq; ratio abſoluti, quæ dicitur de abſoluto paſſionis non eſt eadem cum ratione abſoluti, quæ dicitur de ente, ſeù quod eſt quidditatiuè ens.

Contr. ratio abſoluti, vt ſic communis abſoluto entis, & abſoluto paſſionis, conuenit vtriq; vniuocè, quia ſecũdum nomen, & eandem rationem vtrumq; enim dicitur abſolutum, & vtrumq; ſecundum illam rationem diſtinguitur à reſpectiuo, quia ratio cuiuſcumq; eſt ad ſe, & nõ ad aliud, quæ eſt ratio, & quidditas, ſeu de-

Non abſoluti vniuoca abſoluto entis, & abſoluto paſſionis.

definitio absoluti, ergo conuenit vtrique vniuocè, potest pariter intellectus esse certus de ratione absoluti passionis, quod est absolutum, & de ratione absoluti entis similiter quod est absolutum,& dubitare an talis ratio absoluti, sit ratio absoluti passionis, vel potius ratio absoluti entis,quę sunt rationes Scot. quibus probat vniuocationem entis Deo, & creaturis, substantiæ, & accidenti p. d. 3. q. 2. §. 2. *non asserendo*, ergo &c.

Respon.admittendo modo rationem absoluti est sic esse vniuocam ad absolutum passionis, & ad absolutum entis, velut etiam controu. 2. supradicta,& prima parte controu. 13. conclus. 2. admissum est rationem differentiæ vt sic esse vniuocam vltimis differentijs,non propter hoc sequi rationem absoluti passionis necessariò debere præire, seu præcedere rationem respectiui,eo quia illa ratio absoluti, quæ conceditur vniuoca absoluto passionis, & absoluto entis non imbibit rationem entis contracti, seu inferioris ad ens sic præcisissimè sumptum, ad quod necessariò primò contrahitur ratio entis vt sic, aliter ens quidditatiuè includeretur in absoluto passionis, cum absolutum passionis includat illam rationem absoluti vniuocam sibi, & absoluto entis,sed solum est conceptus obiectiuus abstractus ab absoluto includente rationem entis, & abstractus ab absoluto passionis non includente rationem entis, ratio ergo absoluti entis necessariò præcedit rationem respectiui, quia ens necessariò primò diuiditur in substantiam, & accidens, & accidens in absolutum,& respectiuum,vt dictum est controu. 3. conclus. 3. cum Sco. p. d. 8. q. 2. X, quare licet ratio veri dicat conformitatem ad intellectum, & ratio boni dicat ordinem ad voluntatem, quia dicit appetibilitatem, & voluntas sit potentia essentialiter posterior ab intellectu, non propter hoc tamen sequitur, quod ita se habeant veritas, & bonitas in ordine ad ens, quasi quod veritas etiam essentialiter præcedat bonitatem, veluti intellectus voluntatem, nam licet illæ potentiæ in ordine ad animam à qua fluunt, & in ordine ad proprias operationes seruent ordinem prioris, & posterioris, vt tamen sunt correlatiua passionum, scilicet veri, & boni, talem ordinem

Quid bonum, & verum.

nem

nem non seruant, sed in eodem prorsus instanti ab illis paſsionibus respiciũtur, adeò quod non primò veritas respicit intellectum, quam bonitas voluntatem, neq; currit eadem paritas de fluxu ipsarum potentiarum ab anima, & de fluxu passionum ab ente, quia supradictæ potentiæ se habent vt minus perfectum, & magis perfectum, voluntas.n. est essentialiter perfectior intellectu, ideò anima est primò intellectiua, quam volitiua, & primò ab ipsa fluit intellectus, quam voluntas.

Voluntas est essentialiter posterior, & pfectior in intellectu.

Contr. secundam, & vltimam conclusionem in demõstratione potissima, & à priori definitio subiecti debet esse medium, sed ens cum sit simpliciter simplex non habet definitionem, & consequenter medium non potest esse notius ipsa conclusione demonstrata, neq; causa ipsius, aliter idem esset causa sui ipsius, prius, & posterius, quæ omnia sunt absurda, quapropter dicit Sco. p. d. 2. q. 2. A, in demonstratione potissima reperiri tres terminos, qui in ente esse non possunt, vt dictum est in probatione 4 conclusionis, ergo &c.

Resp. ex Sco. in vlt. conclusione cit. in simpliciter simplicibus non reperiri demonstrationem potissimam in rigore, cum non habeant definitionem, nec constent ex genere, & differentia, neq; tres terminos secundum rem omninò distinctos, sed solum secundum modum concipiendi, vnde quidditas entis secũdum se considerata est ratio demonstrandi passiones entis de se ipsa, non vt sic præcisè inspecta, & vltima abstractione abstracta, sed prout connotat aliquid, hoc .n. modo potest habere rationem medij prioris, & notioris respectu subiecti, & ab ipsa connotati, superioris.n. est connotare aliquid inferius, & aliquod suppositum entis.

In simpliciter simplicibus non est demonstratio in rigore.

Contr. dum in maiori concipitur quidditas entis, tali conceptui formali debet correspondere conceptus proprius obiectiuus, cum omninò implicet ex dictis prima controu. in introductione dari conceptum formalem sine obiectiuo, & ille cõceptus obiectiuus debet esse prior, & notior illo conceptu obiectiuo, de quo in cõclusione demonstratur passio, aliter si esset idem, & æquè notus esset petitio principij, & idem per idem ęquè notum demonstraretur, ergo talis conceptus ma-

maioris non poteſt eſſe idem ſecundum rem cum conceptu concluſionis, quia implicat idem ſecundum rem attingi, & non attingi, ſeù ſciri, & non ſciri, eſſe prius, & poſterius, quod eſſet dato tali caſu, nā vt concipitur in maiori ſciretur, & eſſet prius, vt eſt ſubiectū in cōcluſione, & quatenus de ipſo demōſtratur paſſio ignoraretur, & eſſet poſterius, ergo &c.

Reſpon. dum in maiori cōcipitur mediū, & quidditas tali conceptui formali correſpondet obiectiuus, qui eſt idē cum conceptu obiectiuo, de quo in cōcluſione demonſtratur paſſio, nullo ſuperaddito tamquam connotato neg. aliquo alio ſuperaddito præter rationem illam ſic abſtractè, & abſolutè conſideratam conc. cōceptus .n. quidditatis entis in maiori eſt conceptus rationis formalis tantum, in concluſione verò eſt conceptus eiuſdem quidditatis, cum connotatione alicuius inferioris ad illam rationem, quod quidem inferius ſe habet per modum habentis, & quidditas abſtractiuè ſumpta ſe habet per modū habiti, cum poſſit connotare; itaq; poteſt formari hoc modo demōſtratio; habens quidditatem entis eſt vnum, ſed concretum entis eſt habens quidditatem entis; poſſet etiam dici quod illa quidditas in maiori concepta poteſt eſſe medium demonſtrandi de ſe ipſa paſſiones in concluſione, eo quod vt in maiori concipitur habet rationem cauſæ cum contineat illas paſſiones, in concluſione verò habet rationem ſubiecti, & receptiui, cauſat .n. illas paſſiones in ſe ipſa, & ideò de ſe ipſa illas demonſtrat, ex quo habetur, quod in ſimpliciter ſimplicibus non eſt demonſtratio ſimpliciter potiſſima, tres terminos omninò diſtinctos includens, ſed ſolum largo modo ſumpta, & ſufficiens ad ſcientiam humanam abſolutè, & quando dicit Sco. q. p. prologi, & 3. d. 14. q. 2. & d. 11. q. 3. & quolib. 14. paſſionem poſteriorem demonſtrari per priorem loquitur ibi Sco. conditionatè, & data hyppoteſi, quod paſſiones ſeruent ordinem inter ſe, vel loquitur ſecundum ordinem, ſecundum quem à nobis explicantur, cum .n. verum à nobis explicetur per ordinem ad intellectum, voluntate priorem reſpectu cuius voluntatis eſſentialiter poſterioris explicatur bonum, poteſt dici hoc modo, verum præcedere bonum; dicit etiam p. d. 39. q. vn. cit. paſſiones diſiun-

Idē medium, & ſubiectū quomodo.

ſumꝰtas à poſteriori demonſtrari de ipſo ente, vt extremum nobilius per ignobilius, vt v. g. ſi datur ens finitum, contingens, ergo datur infinitum, ergo datur neceſſarium &c. Hanc eandem opinionem inſinuauit Mayron p.d.2. q.2. in fine vbi dicit, quod propriæ paſsiones entis ſunt per ſe notæ de ente, loquendo de ente, & de ratione entis, licet poſſent demonſtrari de eo, quod eſt ens denominatiuè.

CON-

CONTROVERSIA SEPTIMA.

An dentur formalitates, seu realitates, passiones, & naturæ communes ex natura rei distinctæ à rebus, quorum sunt formalitates, passiones, & naturæ.

DAri in Schola nostra huiusmodi formalitates passiones, & naturas communes ex natura rei, & formaliter distinctas à rebus, quorum sunt formalitates, passiones, & naturæ, antecedentes quamcumque intellectus operationem nullus ex Scotistis hucusque dubitauit, & tum ad saluandam contradictionem de eadem re, tum ad compositionem met.habet.n.Sco. p. d. 4. q. 2. B, generare, quod est productio, & operatio realis competens Patri secundum aliquid à parte rei, videlicet secundum rationem personæ, & sibi repugnans secundum Diuinitatem, certè oportet ad saluandam huiusmodi contradictionem admittere in Patre aliquid ex natura, rei ratione cuius generare sibi repugnet, & hoc non virtualiter solum, sed actualiter, cum hæc sit actio, & operatio realis supponens principium reale, à quo talis operatio dimanet, & aliud ratione cuius talis productio actualiter repugnet Patri, quæ est ipsa Diuinitas, & p. d. 5. q. 2. A, quol. p. L, intellectus distinguitur à Diuina essentia ad instar attributorũ, & relationum, & tamen ipse Diuinus intellectus est aliquid in Diuinis ex natura rei, nam est

In Diuinis reperitur distinctio, ex natura rei.

prin-

principium reale cum ibi sit vera productio realis, & vera persona producta, quod intelligi nequit sine aliqua distinctione ex natura rei, reperta inter principium, & principiatum aliter idem esset productum, & principium producendi, & sic idem produceret se ipsum, nec posset assignari ratio, cur potius intellectus, vel essentia, & non persona sit principiatum, quæ omnia sunt falsissima, vt Sco. ipse discurrit p.d.7.q.2. infra Q, cum. n. principium distinctionis rationis sit ipsemet intellectus, vt Sco. p.d.8.q.4. O, huiusmodi distinctio rationis non potest præcedere ipsum primum principium ipsius distinctionis rationis, aliter ipsum primum principium non esset prima ratio, & primum principium illorum, quæ ratione distinguuntur, quod est cōtra suppositum: ante quamlibet ergo distinctionem rationis ab intellectu prouenientem necessè est ipsum intellectum, & intellectionem inter se, & ab essentia Diuina ex natura rei distingui, aliter ipsa Diuina essentia esset ratio distinguendi attributa, ratio ergo distinguendi distincta ratione debet esse à parte rei aliter ante rationem, & potentiam distinguentem distincta rationis esset ipsa distinctio rationis, quod videtur implicatorium, vt discurrit Sco. p.d. 8. q.4. O, modo cit. Quod verò dentur naturæ communes habentes vnitatem minorem vnitate numerali docet Sco. 2.d.3. q. p. A, & C, quia obiectum inquantum obiectum, est prius ipso actu, quia causat actum, si ergo natura, vt præcedit actum intelligendi esset vna vnitate numerali, & non potius vnitate minori, intellectus intelligens illam, vt indifferentem ad plura illam intelligeret sub opposito, & repugnanti modo, cum vt præcedit actum intellectus esset ex se determinata, & singularis, & ita intelligendo animalitatem, humanitatem, substantiam &c. intelligeret ita esse determinata ad vnum, ac quando intelligit Petrum, fortem, &c., & hoc maximè probat de operatione Sensus, quæ necessariò terminatur, & causatur ab aliqua vnitate obiecti, cum vnius actionis sensitiuæ sit vnum obiectum, & cuiuscumq; vnius potentiæ sit vnum obiectum adæquatum, neque tamen terminatur ad vnitatem numeralem in ratione cognoscentis, cum talem vnitatem numeralem non co-

Intellectus pri. hitt. rationis.

Dantur naturæ communes.

Sensus non percipit singulare.

cognoſcat, aliter diſtingueret quodlibet ſingulare à quolibet ſingulari, quod tamen conſtat experientia eſſe falſum, quia nullus ſenſus diſtinguit hunc radium ſolis differre nominaliter ab alio radio, ſi circumſcribantur omnia ſenſibilia communia puta diuerſitas loci, vel ſitus, & ſi ponerentur duo quanta omninò ſimilia, & æqualia in albedine, & quantitate, ſenſus non diſtingueret ibi eſſe duo alba, ſi tamen cognoſceret alterum iſtorum in quantum eſt vnum vnitate numerali, ipſum cognoſceret in quantum diſtinctum numeraliter à quolibet alio; difficultas ergo in Scot. eſt an omnibus iſtis naturis communibus, formalitatibus, & paſsionibus correſpondeant propriæ exiſtentiæ intrinſecæ, adeò quod quælibet illarum exiſtat exiſtentia propria, an potius exiſtant exiſtentia rei cuius ſunt formalitates, & in qua ſunt vt prędicata communia, ita quod ſit ſolum vnica exiſtentia perfecta, & vltimata, qua res primò exiſtat, & immediatè, cętera verò mediatè; & pro introductione veritatis.

Senſus quæit.

Notandum eſt primo ex Sco. p. d. 36. q. vn. & 2. d. 3. q. p. §. *ad quæſtionem*, & q. 3. A, & B, naturam communem, & hæcceitatem ipſam naturam contrahẽtem tripliciter conſiderari poſſe, primo modo ſecundum eſſe obiectiuum, & poſsibile tantum, & hoc modo ſicut natura, & hæcceitas dicunt tantum entitates ſecundum quid, & diminutas, ita tantum ſecundum quid, & diminutè formaliter inter ſe diſtinguuntur, quia eo modo inter ſe diſtinguuntur, quo modo habent entitates, ſi ſimpliciter, ſimpliciter diſtinguuntur, ſi ſecundum quid, ſecundum quid diſtinguuntur, vt optimè notat Lich. 2. d. 3. q. p. §. *reſpondeo* ad hanc rationem, ſecundo modo poteſt conſiderari natura humana in eſſe reali, & actuali, ſimiliter hæcceitas in eſſe reali, & actuali, & ita ſimpliciter, formaliter inter ſe diſtinguuntur, quia in quocumq; eſſe ſemper contrahens eſt extra rationem formalem contrahibilis inquit Sco. d. 3. q. 5. cit. infra G, his verbis, *hoc ergo modo intelligo naturam habere vnitatem realem minorem vnitate numerali, licet non habeat eam de ſe, ita quod ſit intra rationem naturæ, quia æquinitas eſt tantum æquinitas ſecundum Auicen. 5. met. tamen illa vnitas eſt paſſio propria naturæ ſecundum ſuam entitatem primam, & per cõſequens,* nec

Nam, & hæcceitas 3. cõſideratur.

Contrahẽs ſemper extra rationem cõtrahibilis.

nec est ex se hæc intraneè, nec secundum entitatem propriam necessariò inclusam in ipsa natura, secundum primam entitatem suam, his verbis deducitur primò, & necessariùs in esse naturæ actus primus, & existentia realis, quam insit sibi propria passio, & propria vnitas, & consequenter etiam prius, quam sibi insit singularitas, & hoc clarè docuit Sco. p. d. 8. q. 3. infra BB, sequentibus verbis *ens per essentiam est ipsum esse infinitum, & non aliquid cui tantum conueniat ipsum esse, & idco ex se est hoc, & ex se infinitum, vt quasi per prius intelligatur aliquo modo infinitas, esse modus entitatis per essentiam, quam ipsum intelligatur esse hoc*, & nos docuimus prima parte controu. cõtrou. 6. conclus. p. quia modus intrinsecus rei est intimior, & essentialior ipsi rei, quam ipsa singularitas, quæ singularitas distinguitur formaliter ab ipsa re cuius est singularitas, quod non contingit de modo, & licet Scot. 2. d. 3. q. 3. A, & B, dicat *in coordinatione prædicamentali sunt omnia, quæ per se pertinent ad illam coordinationem circumscripto quocumque, quod nihil est illius coordinationis, quia secundum Philos. p. post. tex. 34. status est in quolibet prædicamento, & in sursum, & in deorsum igitur sicut inuenitur summum in genere præcisè considerando illud sub ratione essentiæ, & inueniuntur genera intermedia, & species, & differentiæ, ita inuenitur etiam infimum, idest singulare absq; omni existentia actuali, quod patet euidenter, quia hic homo non plus includit formaliter existentiam actualem, quam homo*, quibus datur nobis intelligi prius inesse naturæ singularitatem, quam existentiam, cum singularitas insit ipsi naturæ, etiam quatenus præscindit ab omni existentia actuali, & formali, & tamen tunc non præscindit à singularitate, & tamen nos modo oppositum dicebamus, loquitur inquam hic Scot. quoad esse obiectiuum, & intelligibile intendens solum probare posse haberi cõceptum obiectiuum, & formalem naturæ, non solum vt sic inspectæ verum etiam cum propria singularitate etiam si nõ intelligatur existentia eiusdem naturæ, quapropter concludit ibi Sco. naturam non posse contrahi, nec determinari per ipsam existẽtiam actualem, non verò vult probare primo inesse naturæ singularitatem, quam existentiam, tertio modo potest considerari natura non solum in esse actuali, verum etiam in esse

Actus p. p. inest naturæ, qua passio, & singularitas.

Modus intimior singularitate.

Diff. in Sco.

esse existentiæ pariter, & simili modo hæcceitas.

Secundo not. ex Sco. p. d. 8. q. 4. §. *cont. istam positionem* lit. I, & quolib. 5. infr. X, attributa Diuina esse perfectiones simpliciter, & habere propriam, & formalem infinitatem distinctam ab infinitate Diuinæ essentiæ, de ratione autem perfectionis simpliciter est esse in aliquo ex natura rei, & vt existens in illo, inquit Sco. cit. infra I, quia habere esse cognitum tantum, est habere esse diminutum, & imperfectum, quod quidem esse non conuenit perfectioni simpliciter, quæ perfectio debet reperiri in Deo in summo, & cum infinitatæ, aliter in nullo esset perfectè, cum in qualibet creatura necessariò semper sit cũ limitatione, infinitas autem intensiua nõ potest competere alicui ex natura rei formaliter, nisi illud formaliter sit existens, quia infinitas intensiua est conditio existentis, sicut infinitas extensiua .s. durationis, vt æternitas est conditio existentis, vt docet Lich. p. d. p. q. 2. §. *deinde in illo art.* & dist. 8. q. 3. §. *occurrit tamen difficultas*, vbi concedit plures existẽtias formaliter distinctas in diuinis, licet non realiter, nam si per impossibile à sapiẽtia Diuina circumscriberetur essentia Diuina, & esset formaliter infinita propria existeret existentia, & hoc docet Sco. p. d. 8. q. 3. K, & L, affirmans nullum formaliter infinitum habere rationem potentialis, & generis, quia quod sic est in potentia dicit imperfectionem, neq; est in vltimo gradu suæ perfectionis, quod repugnat infinito, & ipsi necesse esse, tale enim vltimam perfectionem sibi compossibilẽ necessariò sibi determinat, vt dictum est controu. p. conclusione 3. an Deus .s. vel aliquod dictum de Deo sit in genere, cum ipso Sco. quolib. 5. infra Y, *quia sola identitas essentiæ non est sola ratio habendi infinitatem formalem, sed est ratio sufficiens omni ei, cui formaliter non repugnat infinitas formaliter autem repugnat relationi personali*, quare autem repugnat huic, & non illi .i. attributis, conueniat, & repugnat relationi, à priori nulla datur ratio nisi sua essentia formalis, quia hæc est talis, & illa talis, & hæc est eadem ratio de cõmunicabilitate, quare videlicet relatio Diuina sit incommunicabilis, attributa verò communicabilia, his &c.

Dico Primo existentiã primò competere naturis, quam ipsis

Diu. attribut. propriã infinit.

Quod perfectio simpliciter.

Infinit. nisi existenti.

In Diuinis plures existentiæ.

ipsis competat singularitas ipsas naturas contrahẽs est Sco. 2. d. 3. q. p. §. *ad quæstionem*, & q. 3. Lich. eodem in loco §. *respondeo ad hanc rationem*, licet videatur dubius ad quam partem se habeat inclinare, q. tamen 3. hanc nostram determinatè tuetur, Radæ prim. parte controu. 27. dubit. 2. & 3. parte controu. 2. art. 3. est tamen con. Mastrium tom. 1. met. disp. 6. q. 7. art. 2. num. 160. & 180. & 2. tom. disp. 8. q. 4. num. 17. probatur (supponendo modo existentiam, esse modum intrinsecum essentiæ, nec variare rationem essentiæ, qua propter Sco. cit. in 2. q. 3. dixit existentiam non habere propriam coordinationem, nec differentias distinctas à differẽtijs essentiarum, si .n. daretur vna differentia contractiua animalis ad speciem animalis vt sic, & daretur alia differentia contractiua animalis existentis ad hominem existentem, ita vt detur coordinatio existentiarum diuersa à coordinatione essentiarum, deberet etiam dari diuersa coordinatio passionum, cum istæ sint magis distinctæ ab essentia, quam sit ipsa existentia, quæ est modus ipsius essentiæ, imò si differentia, qua contrahitur animal vt sic ad hominem, vt sic non esset eadem, sed diuersa ab illa, quæ contrahit animal existens ad hominem existentem, vel si illa, quæ contrahit hominem, vt sic ad hominem vt sic, esset distincta à differentia contractiua hominis existentis ad hominem existentem, quomodo esset necesse affirmare, ponẽdo existentiam habere propriam coordinationem, homo existens specie distingueretur ab homine vt sic, & secundum essentiam considerato, eadem ergo rationalitas contrahit animal vt sic, & animal existens ad hominem.) Probatur ergo conclusio præcipuè ex Mastrio tom. 2. cit. num. 82. vbi probat existentiam non esse passionem, quia in quocumq; statu consideretur natura, siue actualitatis, siuè potentialitatis, primo sibi inest existentia, quam passio, nam antequam demonstretur passio de aliquo subiecto præsupponitur de ipso an sit, si .n. natura humana consideretur in statu actualitatis, certum est existentiam risibilitatis præsupponere existentiam humanitatis, quia risibilitas ab humanitate fluit, & hæc est verè causalis, quia natura humana existit, ideò risibilitas existit, & ita proportionabiliter loquẽdo,

Naturis p. existẽtia, quã singularitas.

Existẽtia non habet propriã doctrinam.

Existẽtia p. quam passio.

do, risibilitas potest existere, quia humanitas potest existere, itaq; semper existentia rei est causa existentiæ passionis, si simpliciter, simpliciter, si secundum quid, secundum quid, si ergo existentia antecedit passionem, seu vnitatem in natura, tanto magis debet antecedere hæcceitatem contrahentem, quæ hæcceitas subsequitur ad vnitatem ex Sco. 2. d. 3. q. p. G, cit. *vbi natura est, cum singularitate: non est natura illa de se determinata ad singularitatem, sed est prior naturaliter illa ratione contrahente ipsam ad singularitatem illam, & inquantum est prior naturaliter ipso contrahente non repugnat sibi esse sine illo contrahente: & sicut obiectum in intellectu secundum illam entitatem eius, & vniuersalitatem habet verè esse intelligibile, ita etiam in rerum natura secundum illam entitatem habet verum esse extra animam realem, & secundum illam entitatem habet vnitatem sibi proportionalem, quæ est indifferens ad singularitatem*, sicut ergo natura, vt ex dictis patet, est indifferens cum sua entitate, & existentia ad inferiora, quam entitatem, & existētiam conseruat in omnibus indiuiduis ex Sco. 2. d. 3. q. 3. B, vbi habet sequentia verba, *nam etsi natura specifica eadem sit in pluribus indiuiduis habet existentiam eiusdem rationis in eis*, si ergo natura eandem existētiam conseruat in omnibus per indifferentiam, pariter, & vnitatem, clarè sequitur vnitatem antecedere hæcceitatem, licet .n. natura, quæ de facto in Petro reperitur, quantum est ex se potuisset esse in Francisco & habere aliam hæcceitatem, non poterat tamen habere aliam existentiam, & vnitatem, cum eandem existentiam, & vnitatem conseruet in omnibus ex modo dictis cum Sco. quod certè euenire non posset si natura non haberet propriam existentiam illi primo competētem, quam sibi competat singularitas, implicat.n. singularitatem perficere naturam nisi existentem, cum natura, vt prior natura singularitate, possit cognosci (saltim ab intellectu separato) intuitiuè, quæ cognitio intuitiua est solius rei existentis, vt ex Sco. colligitur quolib. 13. L, & vt probat in 2. d. 3. q. p. vbi dicit obiectum, vt obiectum esse prius natura ipso actu tendente in ipsum, & hoc idem innuit 4. d. 45. q. 3. infra O, vbi habet hæc verba, *respondeo existentia actualis primò conuenit naturæ, vnde hæc natura non est*

Natura intrinsecè, vt prior singularitate cognoscitur.

existens formaliter quia hæc, sed per naturam, illam autem naturã, vt existentem intuitiuè cognoscit intellectus, hæc inquam est genuina, & germana mens Scoti, quam sit dicere Sco. ibi loqui de existentia fundamentali, & non existentia formali, vt dicit Lich. 2. d. 3. q. 3.

Conf. illud primò inest alicui, quod inest in primo modo dicendi per se, nec est extra quidditatẽ illius positiuè, quam insit illud, quod inest verè in secundo modo dicendi per se, & prædicatum est verè extra quidditatem subiecti, sed existentia non est extra quidditatem subiecti, siuè in secundo modo dicendi per se positiuè, cum non egrediatur primum modum dicendi per se positiuè, eò quia existentia est modus rei ex Sco. quolib. p. §. *de primo*, & p. d. 2. q. 2. *§. ex his ad quæst.* passio verò, seu vnitas verè est extra quidditatem subiecti, cum prædicetur de natura in secundo modo dicendi per se, ergo prius inerit naturæ existentia ipsius, quæ etsi non sit prædicatum quidditatiuum positiuè, non tamen omninò extra quidditatem, & in secundo modo dicendi per se, sed potius in primo modo negatiuè, quia est modus intrinsecus essentiæ, quam sibi insit vnitas, quæ vnitas inest naturæ antecedenter ad singularitatem, nam Sco. cit. in 2. d. 3. q. p. *§. ad quæst.* A, & C, natura vt prior singularitate habet propriam vnitatem sibi competentem minorem vnitate numerali, insuper sicut essentia attributorum, passionum, &c. supponit essentiam rei cuius sunt attributa, ita existentia illorum debet supponere existentiam rei cuius sunt attributa, & passiones, eò quia res formaliter existens non potest dimanare à re formaliter non existente, cum existens formaliter sit perfectius non existente formaliter, si ergo existentia attributorum dimanat ab existentia rei, veluti ab essentia essentia necessariò debent illam existentiam supponere.

Quod p. modo inest prius inest.

Existentia non est prædicatũ quidditatiuũ.

Formaliter existens non existente perfectius.

Dico secundo attributa, naturas communes, passiones, modos, &c. habere proprias existentias formaliter distinctas ab existentia rei cuius sunt attributa, naturæ, &c. est Sco. cit. Radæ cit. Lich. Fabri, 9. met. disp. 2. cap. 2. est tamen cont. Mastrium cit. Vulpium disput. 63. de Triade art. vlt. Trombetam 5. met. q. 6. & alios quamplures; probatur existentia sequitur entitatem, quia est modus intrinsecus eius,

Naturæ habẽt existẽtias pprias.

eius, ergo vbi est diuersa entitas formalis, seu diuersa formalitas debet esse diuersa existentia, nam sicut quælibet essentia dum est in potentia obiectiua, & possibili habet suum esse possibile, nec essentia vnius includit essentiam alterius, sed omninò vna est extra aliam, ita quælibet per propriam existentiam debet in esse reperiri, cum actualiter existere nil aliud importet, nisi extra suas causas reperiri, & quælibet essentia, quæ possibilis erat fit modo realis, & actualis, & hoc quatenus intelligitur distincta à qualibet alia re. Confir. implicat aliquid dici formaliter existere, quod ipso non existente per possibile, vel impossibile, adhuc denominaret existens, sed ita eueniret in proposito si attributa, passiones, &c. existerent existentia rei, ergo &c. probatur minor si per impossibile ab existentia rei non dimanarent passiones, & attributa adhuc tamen talis existentia rei esset, & ita denominaret attributa, & passiones existentes, licet non existerent ex supposito; Nec dicas tunc non denominare, quia ad hoc vt illa existentia denominet, requiritur vt illa attributa, & passiones existant, ad hoc vt possint denominari. Non valet, quia dum existit ratio formalis denominandi aliud semper & indispensabiliter illud debet sic denominari, quia ratio formalis denominandi, ita discurrit Scot. 3. d. 8. q. vn. infra B, vbi probat non posse eandem relationem terminari ad duos terminos adæquatos, aliter Pater diceretur Pater respectu secundi Filij antequam esset genitus, vel postquam est mortuus, ob rationem supradictam; quare si prædicta responsio valeret Sco. non adæquatè, & sufficienter probaret suum intentum, implicat enim aliquid existere intrinsecè, & formaliter, existentia antecedente ipsum existens, cũ sit dè ratione existentiæ, vt sit posterior ipso existente, quia est modus eius, & modus est posterior eo, cuius est modus, modo existentia rei antecedit esse attributorum, passionum, &c. vt etiam dictum est secunda parte contr. decima in probatione secundæ conclusionis.

Ratio formalis semper denominat.

Contr. primam conclusionem arguitur, si naturis communibus passionibus, &c. correspondere propriæ existentiæ, & primo inessent sibimet ipsis, quam insit singularitas, ergo possent naturæ communes solitariè produci, & con-

 ser-

seruari sine singularitatibus, quod negatur ab omnibus, probatur sequela, prius naturaliter, & propria existentia existens potest vt sic produci, & conseruari sine suo posteriori, quod.n. producitur sine aliquo potest etiam sine illo conseruari, si ergo naturis communibus primo competit existentia, & primo producuntur, vt existentes, ita quod productio terminet per se primò ad illas vt sic existentes, ita poterunt conseruari sine quocumq; super adueniente, & ita à parte rei, & solitariè dabitur vniuersale sine singularitate.

Respon. ex Sco. 2. d. 3. q. p. G, & Lich. *§. resp. ad hanc rationem* dist. consequens ergo poterunt naturę produci, & conseruari solitariè sine singularitate, spectando naturas pręcisè in esse quidditatiuo, & vt sic priores conc. consequentiam, ex alio concomitante, quatenus videlicet natura illas necessariò causat, & sibi identificat neg. non potest ergo natura esse sine hæcceitate non ratione, qua natura est prior illa, sed aliundè, videlicet quatenus à quidditate naturæ necessariò dimanat hęcceitas, & illam sibi necessariò identificat.

Natura identificat necessario sibi hæcceit.

Contr. ex Sco. cit. G, natura illa, vt prior hæcceitate est indifferens omninò ad quamlibet singularitatem, ita quod non repugnat sibi esse cum quacumq; singularitate, ergo si est ex se indifferēs ad quamcumque non necessariò sibi identificat illam, quam habet, & nullam, consequentia patet ex Sco. 2. d. 12. q. 2. vbi probat materiam posse esse sine omni forma, quia quantum est ex se est indifferens ad quācumq; formam, ergo idem erit in proposito de natura, & hæcceitate, quæ cum sit indifferēs ad quamlibet poterit esse sine qualibet dummodò habeat propriam existentiam, vt nos diximus.

Respon. ex Lich. cit. natura vt prior hæcceitate quantum est ex se est indifferens ad quālibet hæcceiatem, quasi quod nullam illarum sibi necessariò non identificet neg. quatenus magis vnam, quam aliam sibi identificet conc. ideò non est eadem paritas de materia, & forma, & de natura, & hęcceitate, quia materia quātum est ex se nullam formam sibi identificat, sed omnes simul contingenter respicit, & vt realiter distinctas à se ipsa, non sic natura, vt dictum est.

Materia contingent. respicit formas.

Contr. quod est ex se indifferens

ferens ad plura eiusdem rationis, vel nullum illorum necessariò sibi identificat, vel omnia, cum non apparent magis ratio de vno, quam de alio, cum omnia sint eiusdem rationis, ergo cum natura non necessariò sibi identificet omnes hæcceitates, neq; pariter necessariò sibi identificabit illam cum qua est, nihil .n. est idem realiter alicui, quod postea distinguitur realiter ab alio eiusdem rationis cum illo.

Natura quãtum ex est se oẽs differẽtias indiuiduales sibi idẽtificat.

Respon. naturam quantum est ex se, & ab intrinseco, omnes differentias indiuiduales sibi necessariò identificare, neq; est maior ratio de vna, ac de alia, vt optimè argumentum probat, quando tamen sibi vnam differentiam indiuidualem identificat, ratione talis differentiæ simul cum alia incompossibilis non potest alias sibi identificare, & hoc, non ratione naturæ, vt diximus, sed ratione talis differentiæ, quæ sunt inter se incompossibiles, & quod modo hanc potius, & non illam sibi identificet est recurrẽdum ad primam causam, veluti contingit de causa potente plures effectus producere, quæ quod modo producat ignem A, v.g. & non ignem B, cum possit vtrumq; determinatur à prima causa ad producendum A, & non B, sic in proposito.

Contr. quotiescumque contingẽter aliquid impediri potest ne sit simul cum alio distinguitur realiter ab illo, neque necessariò sibi illud identificat, sed natura cum sit omninò indifferens ad omnes hæcceitates ex Sco. cit. potest contingenter impediri, ne sit simul cũ hæcceitate A, quam modo habet, ergo non illam sibi identificat, identificatio .n. aliquorum inter se impedit omnimodã separationem inter illa, quod non contingit in proposito de natura, & hæcceitate, cum natura illa æquè poterat esse sub hæcceitate B, & ita existere sine hæcceitate A.

Resp. ex Lich. & ex Sco. cit. G, verum esse antecedens spectando præcisè naturam illius quod potest sic esse sine illo, quod videlicet distinguatur realiter ab illo, ratione tamen alicuius concomitantis potest illud sibi identificari, inquit .n. Lich. cit. naturæ lapidis, vt sic non repugnat posse esse sine dependentia quam habet, repugnat tamen cõcomitanter, quia illa dependentia lapidis oritur de necessitate naturæ à natura intrinseca lapidis, & si lapis actu esset sub de-

pen-

pendentia, quàm habet homo illa simpliciter eodem modo orirctur à natura lapidis, nec repugnat lapidi esse sub dependentia hominis, tenendo, quod tales dependentiæ sint eiusdem rationis, sic dico in proposito posita natura in esse reali actuali, ab ipsa de necessitate naturæ, & in ipsa pullulat vna tantum hæcceitas, quæ sibi realiter identificatur, & si illa non pullularet, in qua est non sibi realiter identificaretur, & sic dicendum est de omnibus alijs differentijs indiuidualibus.

Contr. secundam Conclusionē. Si naturis communibus correspondérent propriæ existentiæ, quibus intrinsecè existerent, & non potius existerēt existentia rei, in qua sunt immersæ, & imbibitæ per realem identitatem, ergo non essent formalitates, seu realitates, sed potius essent res, & ita inter illas caderet distinctio realis, quod ab omnibus Scot. negatur; probatur prima cōsequentia res à formalitate distinguitur, quia rei correspondet propria existentia, hoc .n. significat nomen rei, ac propriam habens existentiam, ergo si naturæ communes haberent propriam existentiam essent res.

Resp. ex Sco. 4. d. 46. q. 3. E, vbi respondens huic argumento si in Diuinis sunt plures formalitates reales, ergo ibi sunt distinctæ realitates, ergo distinctæ res, quia *qualibet formalitas propria realitate est distincta: ad secundum dici potest, quod quot sunt ibi formalitates, tot sunt ibi realitates, & res, sed qualibet pluralitas est tātum secundum quid, vt ostensum est ibi*, & licet Sco. ibi det aliam responsionem neg. videlicet consequentiam, scilicet sunt plures formalitates, ergo plures res, dicit tamen primam responsionem esse veriorem, & realiorem, itaq; Sco. ibi loquitur de formalitate prout à re distinguitur, quapropter formalitas à re non distinguitur per habere, vel non habere propriam existentiam, quia vt dictum est probando conclusionem etiam Diuina attributa, & naturæ communes habent propriam existētiam, non ergo per habere, vel non habere existentiam sic præcisè inspectam formalitas, & res distinguuntur, sed per habere existentiam, quæ ex natura sua possit ab alia separari, vel saltim correspondeat separabilitati, quod tunc fit quando est effectus distinctæ productionis physicæ, tunc .n. æquiualenter se

Formalitas non distinguitur à re per habere existētiam.

ſe habent ad ſeparabilitatem, qua propter idem poteſt dici res, & formalitas, vt patet de relationibus Diuinis Diuinas perſonas conſtituentes, quæ in ordine ad Diuinam eſſentiam dicuntur formalitates, quia ab ipſa ſolum formaliter diſtinguuntur, in ordine verò ad ſe inuicem dicuntur res, quia realiter perſonaliter à ſe inuicem diſtinguuntur, idem dicendum eſt de relationibus compoſſibilibus in eodem ſuppoſito, vt patet de generatione actiua, & ſpiratione actiua quæ reperiuntur in Patre, & Filio, & tamen realiter diſtinguuntur à generatione, & ſpiratione paſſiua, licet tantum formaliter à Diuina eſſentia diſtinguantur, vt dictum eſt prima parte controu. decima concluſ. 2. vide ibi, cum ratio identificandi vnam rem, cum alia ſit ſola infinitas ex parte vnius extremi ſaltim, vt docet Sco. p. d. 8. q. 4. AA.

Idem dicitur res, & formalitas.

Contr. ergo hanc, ſtante reſponſione ſequeretur naturas communes realiter inter ſe diſtingui, & debere verè, & in rigore dici res, & non formalitates patet cõſequentia nam nos diximus in prima concluſione huius controuerſiæ exiſtentiam phyſicè productam primò correſpondere naturis communibus, quam ſibimet ipſis inſit ſingularitas, cum ipſis naturis intimiores ſint propriæ exiſtentię, quam hæcceitates, & tamen, & natura, & hæcceitas producuntur in eſſe phyſicè, & ab agente phyſico, quod eſt eſſe in rigore rem.

Reſp. ex Sco. in 4. cit. quod licet exiſtentia naturæ communis producatur in eſſe phyſicè, & primò quam hęcceitas, eius tamen exiſtentia non dicitur vera, & in rigore res, quæ inferat pluralitatem ſimpliciter, cum talis res ſit tantum illa, de qua alia res non verificatur, ſine determinatione, & quæ includit totam ſeriem rationum met. quæ requiruntur ad deſcendendum à ſumma ratione entis, vſq; ad aliquam rationem infimam alicuius ſpeciei, quæ poſſit immediatè indiuiduari, itaut inter rationem entis, & infimam ſpeciei indiuiduabilem intercedant omnes aliæ rationis intermediæ, omnis.n. talis eſsentia eo ipſo, quod includit omnes gradus ſuperiores, & inferiores ſibi vindicat nomen rei, quæ dicitur ſimpliciter res.

Quod res in rigore.

Collige primo ex dictis formalitatem, rem, & realitatem non diſtingui inter ſe intrinſecè, & per ſe, quaſi quod res ſit vnum

vnum prædicatum per se conueniens vni, & formalitas prędicatum per se conueniens alteri, hoc .n. modo quod esset res nullo modo posset esse formalitas, & è contra quod esset formalitas non posset esse res, quia vt optimè inquit Sco. p. d. 2. q. 7. KK, quando aliquod prædicatum *per se primo modo inest alicui, inerit sibi eodem modo per se, siuè illud subiectum sit res distincta à quocumq; quod est extra rationem eius, siuè contineatur per identitatem in aliquo, quod est extra rationem eius, continentia .n. talis non variat rationem formalem, nec ea, quæ insunt primo modo per se*, si .n. per impossibile essentia Diuina, & quodlibet aliud Diuinum attributũ non essent formaliter infinita, tũc quidditatiuè remaneret eadẽ ratio, & essentia, tum essentię, tum attributorum, cum infinitas nõ variet rationem formalem rei ex Sco. p. d. 8. q. 4. §. *ad quæst.* & tamen in tali casu tam essentia, quam attributa Diuina essent res, & realiter inter se distincta, cum sola infinitas sit ratio talis realis idẽtificationis, inter essentiam, & attributa, vt Sco. p. d. 8. q. 4. cit. AA, si ergo prædicatum rei, & prædicatum formalitatis eidem prorsus rationi cõpetere possunt signum euidẽs est rem, & formalitatem, non esse prædicata per se, & in primo modo alicui conueniẽtia, & per se distincta, eò quia cui per se conuenit vnum oppositum nullo modo alterum conuenire potest, quapropter Sco. p. d. 2. q. 7. KK, cit. concedit, quod relatio est per se res, sed non est per se alia res ab essentia Diuina, quia si esset per se alia res ab essentia Diu. idẽtitas cum essentia nullo modo relationi posset competere, quia talis alietas tolleret omnem identitatem; distinguuntur ergo res, & formalitas, seu realitas solum per ordinem ad aliud à quo distinguuntur, vel cum quo non identificantur, etenim res infert distinctionem, & pluralitatem simpliciter, & sine determinatione aliqua, formalitas verò, seu realitas solum infert distinctionem, & pluralitatem secundum quid, vt docet Sco. 4. d. 46. q. 3. E, cit. & etiam ita eum explicat Tattaret. eodem in loco, pluralitas autem, seù distinctio simpliciter est, quãdo vna res simpliciter non est alia, vel quando vna simpliciter negatur de alia, quod non contingit præcisè ex eo, quod sunt duæ res, & quia pluralitas, & identitas, seu vnitas dicun-

Quomodo res, & formalitas distinguuntur.

Infinit. non variat rationem formalem.

Infinit. est ratio identificandi.

Cui vnũ oppositũ non aliud.

Relatio est per se res non per se distincta à Diuina essentia.

Quid pluralitas simpliciter.

Quot modis dicitur vnũ opposito rum, tot & reliquum.

cuntur opposita, ita quot modis dicitur vnũ oppositorum, tot modis dicitur, & reliquum ex Aristotele p. top. cap. 9. ex Sco. 2. d. 3. q. p. D, oportet videre quot modis dicatur vnum, vnde

Collige secundo aliquid dici alteri idem dupliciter contingere posse ex Sco. & Tattaret. in 4. d. 46. q. 3. cit. identitate videlicet simpliciter, & perfectissima, & est quæ importatur per propositionem affirmatiuam, vt dicendo homo est animal, vel cuius negatiua est simpliciter falsa, sumpta sine determinatione aliqua, vt dicendo homo non est animal, & cum hac identitate stat distinctio formalis; identitas secundum quid, est quando vnum negatur ab alio non absolutè, sed cum determinatione aliqua, vt dicendo iustitia formaliter non est misericordia, vel cuius oppositum absolutè non affirmatur, vt misericordia est iustitia, sed solum cum determinatione, vt misericordia est identicè iustitia, quotiescumq; ergo vnum de altero absolutè, & sine determinatione aliqua affirmatur, illa sunt idem identitate reali, & simpliciter, & illa duo sunt vna rẽs, vt homo est animal, si non verificatur vnum de alio absolutè sunt duæ res vt homo non est lapis, si vnum de alio solum cum determinatione verificetur, vel negetur, vt dicendo bonitas formaliter non est iustitia, & hæc est identitas solum secundum quid, & illa duo sunt formalitates, seu realitates, nec inferunt dualitatem simpliciter, sed solum secundum quid, vnde licet dicantur res, non dicuntur tamen simpliciter duæ res, sed est fallacia consequentis inquit Sco. p. d. 2. q. 7. KK, LL, arguendo ex pluralitate secundum quid, quę stat cum identitate reali ad pluralitatem simpliciter, quæ negat omnem identitatem, res ergo est illa, de qua aliquid affirmatur, vel negatur absolutè, & sine aliqua determinatione.

Idem 2.

Collige tertio non adæquatè Mastrium primo tom. suæ met. disp. 6. q. 7. art. 2. nu. 61. & 180. & disp. 8. q. 4. nu. 174. cum pluribus alijs Scotistis explicare differentiã inter rem, & formalitatem, seu realitatem, quia videlicet res est illa essentia, cui nõ repugnat propria existentia; formalitas verò est essentia, cui propria existentia non correspondet, vt patet ex dictis secunda conclusione, neq; pariter com-

Non rectè diff. à Scotist. assign. rei, & formalit.

S mu-

muniter assignatur recta differentia à Scotist. inter rem, & formalitatem, quia videlicet res est illa, quæ acquiritur, seù producitur productione physica, formalitas verò, seù realitas est solum terminus emanationis met. quæ non dicit veram influentiam causæ in effectum, cum à causa, à qua dimanat non distinguatur realiter, non rectè inquam explicatur his modis distinctio rei, & formalitatis, tum quia non explicant per quid notius, nec medium ad hoc probandum assumptum est notius conclusione, imò forsitan ignotius, vel ad minus ęquè notum, cum Thomistæ omnes concedant verum influxum physicum inter subiectum, & passionem, cum admittant distinctionem realem inter ipsa, itaq; assumunt pro medio ad probãdum aliud medium minus probabile, & minus ab aduersarijs cõcessum; & etiam dato, quod risibilitas, v. gr. distinguatur realiter ab homine, tunc verè influeret in ipsam, & ipsa esset terminus productionis physicæ, & tamen non esset variata eius essentia, vel quidditas, quia non variatur essentia rei ex identitate, vel distinctione cum alia re ex Scot. in p. d. 2. q. 7. KK, & d. 8. q. 4. AA, & tamen tunc risibilitas esset res, non formalitas, itaq; non rectè distinguitur per hoc intrinsecè, & quidditatiuè realitas, seu formalitas à re, præterquã quod homo met. sumptus est vna res includens plures formalitátes, & tamen homo sic consideratus est terminus productionis metaphysicæ, cum homo sic sit quid met. distinguitur ergo res a formalitate modo superius dicto in primo, & secundo corrolario, & res dicitur illa, quæ habet modum includentis; formalitas verò dicitur illa, quę habet modum inclusi, & quando aliqua se habent vt contrahibile, seù vt superius, & vt contrahens, seù vt inferius, illa habent rationem formalitatis, & inter se identificantur realiter præcisã infinitate, cum hoc modo vnum illorũ sit aliquid per se alterius, quia quodcumque inferius essentialiter, & per se includit suum superius, cum ex illis veluti ex partibus essentialibus componatur, & ista verè habet rationem formalitatis non rei, & licet detur aliqua formalitas, quę nullo modo posset dici res, seu ens, veluti est passio ipsius entis, de qua ens nõ dicitur quidditatiuè, similiter vltimæ differentiæ, de quibus non dici-

tur

tur ens quidditatiuè, vt dictum est controuersia secunda cum Sco. p. d. 3. q. 3. §. *ad quæst.* hoc solum probat formalitatem esse communiorem, quam sit res, quia omnis res est formalitas, sed non omnis formalitas est res, seu ens, & licet Sco. 2. d. p. q. 5. infra B, & D, dicat *non .n. est aliquod nomen generalius, quam ens, vel res secundum Auicennam p. met. cap. 5. & ideò cui non conuenit esse ens ei non conuenit aliquod esse reale*, loquitur .n. ibi Sco. de ente pro vt opponitur non enti, siue sit ens quidditatiuè, siue non, quomodo etiam dicitur de vltimis differentijs, modis, & passionibus, vt dictum est controuersia secunda.

Formalitas est quid cõmunius re.

Collige 4. modos intrinsecos non esse formalitates, quia formalitas dicit rationẽ propriam conceptibilem ex natura rei distinctam ab alia formalitate, & à re cuius est formalitas, vt inquit Sco. p. d. 8. q. 4. §. *ad quæst.* & duplici HH, modus verò non habet distinctam conceptibilitatem ab eo, cuius est modus ex Sco. p. d. 8. q. 3. §. *ad primum argumentum*, & quolib. 5. infra E, vbi dicit modum intrinsecum, ita esse intrinsecum illi rei, cuius est modus, quod circumscribendo quodlibet, quod est proprietas, vel quasi proprietas eius, adhuc modus eius non excluditur, itaq; modus est entitas deficiens à conditione formalitatis, & rei, cum non includat quidditatiuè ens, sed solum sit aliquid entis, quapropter res, cuius est modus, est conceptibilis sine modo, sed modus non est conceptibilis sine re, cuius est modus, quare si vellemus distinctionem modi appellare formalem, diceretur distinctio formalis non mutua ex parte vnius extremi, videlicet modi, & dicitur modus intrinsecus, quia intimior est rei, quam sit quodcumque prædicatum dictum de re in secundo modo dicendi per se, licet .n. modus intrinsecus non intret quidditatem rei secundum suam essentiã inspectam, non potest tamen perfectè, & adæquatè cognosci, nisi simul cognoscatur cũ suo modo, qui modus duplex est, sequens .s. naturam specificam, vt quantitas perfectionalis naturam albedinis, quia essentia albedinis abstrahens ab omni esse indiuiduali est perfectior essentia nigredinis, talisq; perfectio est de ipsa albedine demonstrabilis, alius modus est indiuidualis sequens naturam indiuidualem, vt intensio in tali, vel tali gradu, est etiam

Modus non est formalitas, quia non habet concept.

Quare dicatur modus.

Modus 2.

 mo-

modus intimior ipsa differentia respectu illius rei, cuius est modus, non tamen respectu rei, quam constituunt differentia, & res cuius sunt differentia, hoc .n. modo differentia constitutiua præcedit modum rei constitutæ, cum præcedat rem constitutam, ita intelligitur Sco. p. d.8. q. 3. §.*ad primum* litt.Y, dicitq; ibi differentias non dicere modum alicuius generis, quia in quocumq; gradu intelligitur animalitas, non propter hoc intelligitur rationalitas, vel irrationalitas.

Modus intiirior differentia.

Diff. constitutiua præcedit modum.



CON-

CONTROVERSIA OCTAVA.

Quam vnitatem conſeruet natura communis in ſuis indiuiduis.

DAri naturā communem vnitate minori vnitate numerali vnam clarum eſt in noſtra Schola, vt colligitur ex Sco. 2. d. 3. q. p. & 3. habet. n. Sco. q. 1. cit. ſupra A, hæc verba, *cum vnitate minori ſine contradictione ſtare poteſt multitudo oppoſita maiori vnitati, quæ multitudo non poteſt ſtare cum vnitate maiori, quæ ſibi repugnat*, quibus verbis deducitur dari à parte rei, & de facto vnitatem diſtinctam ab vnitate numerali, etenim vt inquit Sco. cit. q. 2. A, nihil alicui repugnat per ſolam priuationem, ſed neceſſariò ſi repugnat habet repugnare per aliquod poſitiuum tamquam per fundamētum proximum, ratione cuius abſoluti ſibi ineſt talis repugnantia, ſi ergo animali v. g. ſecundum quod animal non repugnat diuiſio per plura principia eſſentialia, quæ tamen diuiſio omninò repugnat naturæ ſpecificæ, neceſſariò oportet dari aliquam vnitatem, & aliquod poſitiuum in animali, ratione cuius ſibi inſit hæc non repugnantia, ſeu ratione cuius ſibi competat hæc diuiſio in plura eſſentialia; quæ vnitas, & poſitiuum nil aliud eſt, quam vnitas generica; ſimiliter, & in homine oportet dari aliam vnitatem maiorem vnitate generica, ratione cuius vnitatis homini repugnet huiuſmodi diuiſio in plures ſpecies, quia vbi eſt negatio, vel affirmatio neceſſariò ſequens ad aliquam vnitatem,

Vnit. à numerali diſtincta.

Nihil per priuationē repugn.

tem, vel naturam, ibi necessariò est talis natura, & vnitas, & quia naturæ hominis non repugnat diuisio in plura indiuidua eiusdem rationis, & speciei, quæ tamen diuisio repugnat sorti, seu singulari, oportet ponere in sorte aliquid vltra naturam humanam, ratione cuius sibi repugnet talis diuisio in plura indiuidua, & hoc est vnitas numeralis, non.n. potest ratione eiusdem vnitatis sibi repugnare, & conuenire à parte rei, & seclusa qualibet operatione intellectus, negatio .s. & forma opposita negationi, si ergo homini ratione humanitatis conuenit diuisio in plura numero differentia, quæ tamen diuisio repugnat sorti ratione singularitatis, oportet necessariò distinguere hanc vnitatem sortis ab vnitate hominis, & hoc ex natura rei, eò quia huiusmodi affirmationes, vel negationes illis vnitatibus insunt ex natura rei, imò si negatio ad diuidi in plures species inesset homini per solam conceptionem, intellectus, forma opposita, videlicet diuisio in plures species homini inesset, seclusa operatione intellectus, ratio est, quia quando vnum oppositorum solum inest alicui per operationem intellectus, alterum oppositum sibi inest ex natura rei, quia.n. esse vniuersale, & esse in potentia proxima ad dici de multis, dicendo, hoc est hoc, solum inest naturæ per intellectum secūdum Sc. q. p. cit. I. ideò oppositum, videlicet negatio talis communitatis positiuè, & proximè ad essendum in multis inest sibi ex natura rei. Sola ergo difficultas est in Sco. quomodo natura communis seruet suam vnitatem eandem in omnibus indiuiduis, cum natura sit eadem in omnibus, aliter essent plures naturæ specificæ, & an eadem vnitate propria intrinseca, & positiua, vnde pro introductione.

Forma, & negatio non compe- tit eidem ratione eiusdem.

Not. est p. ex Sco. 2. d. 3. q. p. §. *ad quæst.* F, naturam in statu essentiæ, & secundum sua essentialia consideratam non esse de se neque vniuersalem, neque singularē, sed sibi quasi accidere vniuersalitatem, & singularitatem, si .n. naturæ secundum se inesset singularitas, vel vniuersalitas, sibi repugnaret saltim per accidens oppositum, cui.n. vnum oppositorum per se competit, & secundum se, aliud oppositum sibi omninò repugnat, quia.n. homini per se competit rationalitas, sibi omninò repugnat irrationalitas, quare si naturę

Cui per se vnum compe- tit alt. repugn.

per

per se competeret vniuersalitas eidem (etiam denominatiuè) repugnaret singularitas, & ita natura in sorte esset omninò vniuersalis, & è contra si natura esset per se singularis non posset esse de se indifferēs ad plures hęcceitates, qua propter licet vniuersalitas, vel indifferentia non prædicetur de natura per se in primo modo, dicitur tamen de illa in secundo modo, cum sit eius propria vnitas, loquendo de vniuersalitate non proxima, qua consideratur natura proximè apta ad essendum positiuè in multis, talis.n. vniuersalitas solum inest naturæ per intellectum, & sibi omninò accidit, sed loquendo de vniuersalitate propria, secundum quam est indifferens ad hoc, vt possit esse in hoc, vel in illo indiuiduo, vt docet Sco. cit. G, quæ vniuersalitas licet non intret intra rationem naturæ, quia vt inquit Auicenas æquinitas est tantum æquinitas, est tamen passio ipsius naturæ, & dicitur de ea in secundo modo dicendi per se, quæ indifferentia est duplex positiua .s. & negatiua, positiua siuè contraria est illa, secundum quam natura concipitur in se indiuisa, & ab omnibus differentijs indiuidualibus abstracta, omnesq; differentias æqualiter respiciens, & dicitur contraria, quia positiuè contrariatur determinationi actuali, quæ fit per differentiam, & eam determinationem penitus excludit, negatiua verò est illa, quam habet natura, dum est sub differentia indiuiduali, in quo statu, licet non sit positiuè, & absolutè indifferens, cum sit ad vnum indiuiduum applicata, & appropriata, dicitur tamen talis negatiuè, quatenus licet sit hæc, & singularis, hoc tamen non habet ex suis principijs intrinsecis, sed sibi conuenit à differentia indiuiduali, quæ in se non est singularis, nec de se hæc, licet proximè nequeat singularizari, quod est esse negatiuè commune, & indifferens.

Indiff. 2.

Notandum est secūdo cum Sco. cit. aliquid posse dici singulare tripliciter vno modo per se primò, & est illud, cui per se repugnat diuidi in plura quorum quodlibet sit ipsum, veluti differentia indiuidualis, quæ per se est indiuisibilis in plura. Secundo modo per se, sed non primo, quia sibi competit per aliud, veluti sortes dicitur per se singularis, sed non primò, quia non à se est singularis, sed per aliud, nēpè per singularitatē; Tertio modo

Singulare tribus modis.

do aliquid dicitur singulare denominatiuè, & per accidẽs, vt natura communis contracta per singularitatem, quæ cum adhuc retineat suam indifferentiam ad plura, dicitur singularis denominatiuè, & quasi per accidens, cum sibi non determinet propriam singularitatem, veluti fortes, sed est omninò indifferens ad omnes, & æqualiter respicit eas, ita Sco. 2. d. 3. q. 6. E.

Vnit. 2. Tertio notandum est, ex Sco. 2. d. 3. q. p. G, cit. vnitatem duplicem esse videlicet positiuam vnam, negatiuam alteram, vnitas positiua est illa, qua aliquid dicitur formaliter, & positiuè indistinctum in se, & distinctum à quocumque, quod non est ipsum, vt dictum est primo not. de indifferentia; negatiua verò, seu priuatiua est illa, secũdum quam aliquid non dicitur vnum, neque habens vnitatem sibi conuenientem propter aliqua extrinseca distinguentia, & diuidẽtia ipsum, quibus circumscriptis aptum natum est habere propriam, & sibi conuenientem vnitatem eo modo, quo dici solet materiam primam in omnibus generabilibus, & corruptibilibus non habere vnam vnitatem, neq; esse vnam, quia materia fortis distinguitur loco, & subiecto à materia Platonis, & hoc est propter formas diuersas contrahentes, & distinguentes materias, quibus formis circumscriptis, materia fortis, & Platonis esset vna numero, ita dicunt multi Scotistæ de vnitate naturæ, quæ in omnibus indiuiduis haberet propriam, & sibi conueniẽtem vnitatem positiuam, si non diuideretur, & multiplicaretur per ipsas differentias illam naturam contrahentes, quare solum in indiuiduis conseruat vnitatem priuatiuam, & est alia, & alia natura in hoc, vel illo indiuiduo, sed ista alietas, & distinctio est solum per extrinseca diuidentia, quibus circumscriptis propriam haberet vnitatem positiuam in omnibus; his sic stantibus.

Dico Primo naturam in indiuiduis necessariò habere vnitatem positiuam, est Sco. cit. G, est tamen con. Radam secunda parte controu. 3. art. 1. Probatur ex Sco. 2. d. 3. q. p. §. *ad quæst.* vbi habet hæc præcisa verba; *aliqua est vnitas in re realis, absq; omni operatione intellectus minor vnitate numerali, siue vnitate propria singularis, quæ vnitas est naturæ secundum se, & secundum istam vnitatem propriam naturæ, vt natura est* in-

indifferens ad singularitatem; si ergo secundum Sco. naturæ, vt prior singularitate inest propria vnitas, hæc necessariò debet esse positiua, quia negatio non fit propria alicui, nisi per positiuum, vt Sco. docet p. d. 28. q. 2. §. *con. istam viam*, & lit. L, 3. d. p. q. 1. lit. H, eò quia negatio conuenit enti, & non enti, si ergo hæc vnitas naturæ esset negatiua, vt fieret propria huic, vel illi naturæ, hoc deberet esse per aliquid positiuum, quod nequit assignari, cum ergo vnitas generica sit propria entitati generis, & vnitas specifica entitati speciei debet esse in se positiua, idem replicat in 2. cit. lit. G, dicens, quod natura secundum hanc vnitatem, secundum quam est prior singularitate est indifferens ad hanc, vel illam singularitatem, illa autem vnitas est de facto inexistens naturæ inquit Scò. cit. licet talis vnitas non intret intra rationē eius formalem, est tamen passio propria naturæ secundum suam entitatem primam, hoc autem conuenire nequit vnitati extrinsecæ, & ipsi naturę iā singularitatibus communicatæ, hæc vnitas naturæ est illa, quę est fundamentum proximum relationis conuenientiæ inter duo indiuidua eiusdem naturę, ratione cuius conuenientiæ Scot. ipse admittit vnitatem minorem vnitate numerali, & naturas communes, fundamentum autem, seu ratio proxima fundandi relationem positiuam debet necessariò esse positiua, ne fundatum sit maioris entitatis fundamento, conuenientia etenim (inquit Aristot. 5. met. cap. 20.) fundatur in vnitate, præterquamquod passio necessariò conuertitur cum eo, cuius est passio, & dicuntur ad conuertentiam, neq; est maioris ambitus subiectum, quàm passio, & è contra, & ideò impossibile est passionem in vno reperiri, & non subiectum, & è contra, ergo cum entitas naturæ positiuè, & verè reperiatur in indiuiduis, debet etiam in illis necessariò reperiri propria vnitas, quę si vt prior natura singularitate est positiua, semper erit positiua, & non priuatiua.

Negatio non fit propria, nisi per positiuū.

Ratio fundandi relationis proxima est posit.

Dico secundo naturam nō habere eandem vnitatem positiuam in omnibus indiuiduis, quasi quod seclusis differentijs indiuidualibus, eadem sit natura, quæ est in Petro cum natura, quæ est in Paulo, & solum illę naturæ inter se distinguantur extrinsecè, & per dif-

ferentias indiuiduales, vt dicunt Scotistæ ponentes naturam communem omnibus indiuiduis per inexistentiam, veluti ponit Faber theorem. 93. & 4. met. disp. 9. & Can. p. Phy. q. 6. neq; est inconueniens secundum istos eandem naturam secundum eandem vnitatem positiuam numeraliter distingui in pluribus indiuiduis, quia licet cum tali vnitate non stet multitudo, & diuisio formalis, & per principia formalia tali vnitati opposita, stat tamen diuisio, & multitudo opposita maiori vnitati videlicet numerali, quia hęc diuisio non est illi vnitati naturæ opposita, sed disparata, nec est ad instar naturæ Diuinæ, quia non est vna vnitate numerali omninò, & sine omnimoda diuisione, veluti est Diuina natura in tribus Diuinis personis, sed plurificabilis aliquo modo, scilicet extrinsecè, & per differentias indiuiduales, est Sco. cit. Lich. 2. d. 3. q. p. §. *respondeo* Tattai et. q. p. prædicamentali dub. 3. Trōbet. 7. met. q. 8. art. p. in fine, Radæ cit. Mastrij tom. 2. suæ met. disp. 9. q. 5. art. p. Probatur ex Sco. 2. d. 3. q. p. G, vbi dicit loquens de natura secundum se cōsiderata, & vt prior singularitate, *& inquantum est prior naturaliter ipso contrahente non repugnat sibi esse sine illo contrahente.* Et paulò infra, *ita quod non repugnat illi vnitati de se, quod cum quacumq; vnitate singularitatis ponatur*, si ergo secundum Sco. esset eadem natura cum eadem prorsus vnitate positiua in omnibus indiuiduis, & solum distincta per differentias, & extrinsecè non esset opus Sco. dicere naturæ, vt priori singularitate non repugnare esse sine illo contrahente, quia clarum est, vnitatem Petri, vel huius hæcceitatis esse posse sine alia vnitate, si ergo natura esset eadem in omnibus non solum repugnaret naturæ esse sine contrahente, sed de facto esset, cum natura in Petro sit sine hæcceitate Pauli, neq; oppositæ sententiæ auctores effugiunt dicendo, quod repugnet illi naturæ vnitati de se, quo 1 ponatur cum quacumq; vnitate singularitatis, etenim si secundum ipsos est prorsus eadem in omnibus, de facto ponitur in omnibus, & consequenter quantum est ex se non repugnabit esse cum quacūq; vnitate singularitatis; præterea Scot. 2. d. 3. q. 6. infra D, proponens hoc dubium videlicet, num eadem sit natura in duobus dicit, *concedo quod vnitas*

tas realis non est alicuius entitatis existētis in duobus indiuiduis, sed in vno, si ergo vnitas naturæ est vnitas alicuius entitatis realis, vt omnes Scotistæ concedunt cum ipso Sco. cit. non potest cum veritate affirmari, quod eadem natura sit in omnibus, & loquitur ibi Scot. de natura, vt est prior singularitate, & de ipsa in se præcisè inspecta, vt est videre ibi in Scot. & 2. d. 3. q. p. cit. I, *sed semper sit talis natura ex se, cui non repugnet in alio, non tamen est tale, cui potentia proxima conuenit dici de quolibet*, modò si natura eadem esset in omnibus, & eandem in illis seruaret vnitatem, potentia proxima, & actuali diceretur de quolibet, ergo &c.

Probatur modo conclusio ratione, si eadem natura, cum eadem prorsus vnitate esset in omnibus, ergo non posset Deus vnum indiuiduum annihilare, vel creare alijs indiuiduis existentibus, probatur consequentia, si materia, quæ est pars quidditatis licet minus principalis impedit ne Petrus v. g. creetur, vel annihiletur remanente ipsa materia parte quidditatis Petri, vel si præexistat aliquid sui impeditur, ne creetur, ergo tantò magis impediet præexistendo, vel remanendo natura communis, quæ est pars quidditatis magis principalis, vel tota quidditas, Sco. n. p. d. 5. q. 2. sup. H, probat Filiū in Diuinis non creari, licet non fiat de essentia tanquā de materia, vel quasi materia, quia fit de essentia, quæ est forma, & terminus formalis generationis, & hoc sufficit ad tollendam creationem, vel annihilationem, ergo idem erit dicendum in proposito de natura, quæ si esset eadem in omnibus, præsupponeretur ad creationem Petri, imò Petrus corrumperetur, vel annihilaretur, & non annihilaretur, annihilaretur vt supponitur, non annihilaretur, quia principalis pars suę quidditatis, vel tota eius quidditas remaneret in Paulo; neque Petrus, & Paulus possent cum veritate dici, & appellari duo homines, quia concretum substantiale multiplicatur iuxta multiplicationem formæ substantialis, supra quam cadit, vt clarè docet Sco. p. d. 12. q. p. *§. iuxta quæst. istam*, & nos diximus prima parte contr. 10. quapropter licet in Diuinis sint tres personæ Diuinæ dicuntur tamen secundum omnes, & fidem vnus Deus, eò quia Diuina natura non multiplicatur per

Filius in Diu. non creatur quare.

relationes, cum quibus realiter identificatur, & si ipsæ relationes Diuinæ inter se realiter distinguantur, ita ad instar Diuinæ essentiæ omninò prorsus modo se haberet natura humana, quæ eadem secundum ipsos esset realiter identificata cũ omnibus hæcceitatibus; & si hæcceitates essent inter se realiter distinctæ, si ergo in Petro, & Paulo non essent plures vnitates naturæ distinctæ ab hæcceitatibus, ita quod non esset ibi multiplicata vnitas naturæ verè ad instar Diuinarum personarum non possent cum veritate dici duo homines, neq; natura humana multiplicata in inferioribus, sed eadem omninò ad modum Diuinę naturæ, si .n. eandem omninò vnitatem conseruat intrinsecam, & solum extrinsecam multiplicat, non posset verè intelligi multiplicatam, cum natura intelligatur etiam in suis inferioribus secundum suum esse intrinsecum, & quantum ad id, quod intrinsecè importat, quod certè secundum ipsos Aduers. esset omninò immultiplicatum, & vnum.

Nec valet dicere posse vnum indiuiduum creari, vel annihilari alio indiuiduo remanente, quia creatio ponit, & annihilatio tollit actualitatem secundum esse naturæ inadæquatum, quod quidem esse natura potest habere in tali indiuiduo, quia secundum suum esse adæquatum non est in quocumque indiuiduo, hoc autem esse inadæquatum naturæ est esse adæquatum illius indiuidui, & ideo posito illo esse inadæquato naturæ ponitur indiuiduum, & illo sublato aufertur. Non valet inquam, nam, vel illud esse inadæquatum naturæ, quod est esse adęquatum indiuidui, vel est idem cum esse inadæquato eiusdem naturę in Paulo, vel diuersum, si primum sequitur Petrum non posse creari, vel annihilari, quia remanet aliquid sui in Paulo, vel aliquid sui præexistit, si secundum habeo intentum, naturam videlicet non esse eandem in omnibus indiuiduis, est .n. in Petro, & Paulo à parte rei, id quo dicitur homo, & id quo, dicitur Petrus, & Paulus, scilicet Petreitas, & Pauleitas, neque à parte rei est idem, quo Petrus dicitur Petrus, & quo dicitur homo, quia Petreitas, qua dicitur Petrus nón est de essentia hominis, aliter Paulus non esset essentialiter homo, cum Petreitatem non habeat, id verò, quo dicitur homo est de essen-

Resp. aduers. aufertur.

essentia ipsius, quęro ergo illa entitas, quæ est ex natura rei in Petro distincta à Petreitate, & qua Petrus dicit homo, vel est eadem cum illa entitate reali, qua Paulus est homo, vel distincta (& loquor de ipsis præcisè inspectis) si distincta habeo propositum, videlicet non esse eandem prorsus naturā intrinsecè inspectam in omnibus indiuiduis, si eadem sequitur argumentum, videlicet in annihilatione Petri aliquid ipsius in Paulo remanere, & è contra, & ita non posse annihilari, vide alia argumēta in Doctissimo Mastrio disp. 9. q. 5. art. 1. per totam, licet (pace tanti viri) mihi videatur sibimet contradicere, eo quia disp. 8. q. 4. num. 174. & 2. tom. met. disp. 6. q. 7. art. 2. num. 160. vt dictum est præcedenti controu. Conclusione 2. negat naturis cōmunibus propriam existētiam distinctam ab existentia singularis, & tamen videtur impossibile Petrum, & Paulum verè incipere esse, tum secundum Pauleitatem, & Petreitatem, tum etiam secundum humanitatem, & postea secundum humanitatem non habere propriam existentiam, cum per physicam, & realem productionem transeat ab esse possibili ad esse reale, & secundum essentiam, & secundum existentiam, qui transitus nequit terminari, nisi ad existens, cum existentia sit id, quo formaliter aliquid ponitur extra nihil, maximè secundum ipsum Mastrium tom. 1. disp. 8. art. 2. num. 93. eo, quia vt dicit Trombet. 5. met. q. 6. art. p. esse, & essentia habent eandem contradictionem, & nihil priuat esse, siue existere, quod pariter non priuet essentiam, neq; est aliud nihil quod priuat essentiam, à nihilo priuante esse, si ergo negatio esse, seù existere est eadem cum negatione essentiæ pariter erit eadem affirmatio vtriusq; cum vni negationi opponatur vna affirmatio, vnde si natura habet propriam essentiam, & proprium transitum à suo nihilo, debet habere propriam existentiam, neq; benè assignatur à Caietano cap. 5. de ente, & essentia duplex nihil, nihil .s. quidditatiuum correspondens actui essentiæ, & nihil existentialiter, quod opponitur actui existentię, nam vni affirmationi correspondet vna sola negatio, sed esse essentiæ, & esse existentiæ vna sola affirmatio correspondet, quia est solum vnum existens, nam quod existit, & quo existens exi-

Contradict. Mastrij.

Nō rectè Caiet.

Vni affirm. vna negatio.

existit est solum vnum existens ex Sco. 2. d. 3. q. 6. D, esse est id quod existit, & est extra nihil, existentia verò est quo aliquid est extra nihil, ideò idē est nihil correspondēs esse essentiæ, & esse existentię *omnis.n.differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuersa, alioquin non erit status in differentibus* hæc Scot. modo cit. cum ergo existentia sit id, quo essētia est extra nihil, ipsa existētia non potest dici esse extra nihil in recto,& sibi correspōdere proprium nihil.

Dico tertio naturam communem inexistere,& esse eandem in omnibus per solam indifferentiam est Sco. cit. locis præcedenti conclusione, & omnium illorum Scotist. affirmantium naturam non esse eandem in omnibus per inexistentiam, quæ conclusio colligitur ex Sco. cit. G, & I, & facilè remanet ex dictis probata, eo quia cum natura habeat vnitatem à parte rei minorem vnitate numerali, & verè positiuè reperiatur in suis indiuiduis, vt proximum fundamentum conuenientiæ,& similitudinis, & tamen non possit in ipsis conseruare eādem prorsus vnitatem per inexistētiam, vt ex dictis præcedenti cōclusione, sequitur esse eandem per indifferentiam, pro quanto videlicet natura,quæ modo est in Paulo, vt prior natura Pauleitate poterat esse in Petro, & sibi æqualiter identificare Petreitatem,cum illa natura indifferenter se habeat (vt prior illis) ad vtrumque,& propter hoc dicitur eadem natura specie,& communis,& indifferens, licet non per inexistentiam.

Quomodo dicatur eadē natura specie.

Dico quarto naturas Petri, & Pauli etiā seclusis differentijs indiuiduantibus,& contrahētibus esse inter se distinctas distinctione intrinseca, nō extrinseca solum, & mendicata à differentijs contrahentibus est Sco. cit. & Lich. est tamen cont. Mastr. to.2. disp.9. q.3. art.2. num. 60. qui licet concedat naturam non esse eandem in omnibus per inexistentiam,sed solum per indifferentiam,quia tamen naturę communi non concedit propriam existentiam, vt ex dictis patet pręcedenti controuersia conclusione secunda, supra quam existentiam solum fundatur distinctio,affirmat naturam Petri, & Pauli non esse eandem, non tamen concedit esse distinctas,quia in plus se habet non identitas,quam distinctio, cum non identitas etiam conueniat non enti, & ideò om-

omnis distinctio est non identitas, sed non è contra. Probatur conclusio in Petro, & Paulo est vera natura communis secundum suum esse essentiale reale, vt Sco. habet 2. d. 7. q. 1. cit. considerando ergo præcisè essentiam humanitatis, & secundum sibi intrinseca, vel est eadem natura, quæ est in Paulo cum ea, quæ est in Petro, vel diuersa, & loquor de ipsis secundum suum esse intrinsecum, nō extrinsecum, & denominatiuum receptum à singularitatibus, si eadem, ergo est in omnibus per inexistentiam, quod ipse negat, si diuersa habeo intentum, naturas videlicet habere vnde distinguantur inter se, etiam seclusis hæcceitatibus.

Respon. Mastrij tollitur. Nec valet dicere cum ipso Mastrio non esse eandem naturam in Petro, & Paulo, non tamen sequi ergo est diuersa, quia distinctio fundatur solum supra existentiam, & ideò cum natura, & singularitas eādem habeant existentiam non dicuntur intrinsecè distingui, sed solum negatiuè, & dicit esse responsionem Sco. p. d. 2. q. 7. infra HH, vbi dicit loquens de distinctione, & non identitate formali, quod postea applicatur ad distinctionem realem A, & B, non sunt idem realiter, ergo sunt distincta realiter, non valet inquit Sco. quia realitas, seu distinctio realis in antecedente negatur, & in consequente affirmatur, cum ergo ibi non sit distinctio realis, nō potest neq; negari, neq; affirmari inter illas naturas.

Non identitas non est eadē, ac distictio. Non valet inquā, nam vt modo dicebamus concl. 2. in fine, & controu. præcedenti conclu. 2. natura communis habet propriam, & intrinsecam existentiam, & vnitatem, ratione cuius fundat relationem realem conuenientiæ, secundum omnes Scotistas admittentes propter hunc finem principaliter naturas communes, ergo pariter naturæ communis seclusis hæcceitatibus poterit fundare relationem distinctionis, cum non plus requiratur ad fundandam relationē conuenientiæ, quam relationem distinctionis, cum ambæ sint æquè reales, & nos in argumento per non identitatem intelligimus distinctionem, & arguimus ab inferiori ad superius, quomodo tenet consequentia à distinctione. s. ad non identitatem, non è contra, ita explicat Tattaret. locum supracit. Sco. non verò arguimus à non identitate ad distinctionem; hoc .n. modo non tenet consequentia, sensus

A distinctione ad non identitatē valet consequentia. Quomodo ab inferiori ad superius.

ergo

ergo argumenti est, cum humanitas Petri, & Pauli seclusis hæcceitatibus sint aliquid à parte rei, consequenter fundant, vel distinctionem, vel identitatem realem, quęrimus an sit eadem vnitas, seu identitas realis in ista, & in illa, vel distinctio, hæ enim sunt passiones entis consequentes naturam, & primam entitatem naturæ inquit Sco. 2. d. 3. q. 1. G, cit. veluti propriæ passiones, si est eadem vnitas naturę in ambobus ergo natura communis inest omnibus per inexistentiam, quod ipse negat, si est alia, ergo sunt verè distinctæ, quia distinctio fundatur supra multitudinē vnitatum, quo .n. aliquid intrinsecè constituitur, & ponitur in esse, eodem distinguitur à quocumq; & per quod non constituitur intrinsecè, neq; per illud distinguitur, cum ergo natura Petri, & natura Pauli sua entitate intrinsecè ponantur in esse, & non hæcceitatibus suis entitatibus distinguentur, & non per hæcceitates, ita discurrit Sco. p. d. 11. q. 2. §. *con. istam opinionem*, vbi dicit quæ sunt principia essendi, sunt etiam principia distinguendi.

Distinctio fundatur supra multitud. vnitatum.

Contra secundā conclusionem instatur probando naturam esse communem per inexistentiam, si natura vt prior singularitate non esset eadem in omnibus eandem prorsus seruando vnitatem in illis sequeretur naturam per aliquid prius ipsa singularitate diuidi, & contrahi, & ita prima diuisio, & contractio naturæ non esset per hæcceitates, quod est con. Scot. 2. d. 3. q. p. & 6. cit. prima .n. & immediata multiplicatio speciei est per indiuidua, sequela patet nam ante singularitatem alia, & alia natura in forte, & Platone cum secundum nos non sit eadem entitas, & vnitas in omnibus.

Respon. ex Lich. 2. d. 3. q. p. §. *ad quæstionem*, & q. 6. §. *ad quæst.* negando sequelam, eo quia diuisio naturæ vt sic in hanc entitatem antecedētem hæcceitatem non est vera diuisio alicuius realitatis cōmunis illis pluribus entitatibus, & portionibus naturæ, cum talis natura sic communis illis portionibus sit impossibilis dari, itaq; prima, & realis diuisio naturæ fit per hæcceitates, quatenus ista entitas naturæ, quæ quantum est ex se poterat esse pars, & quidditas Pauli, per Petreitatem facta est, & contracta est vt sit pars, & quidditas Petri, & propter hanc indifferentiam, quam conseruat illa entitas naturæ, & quam

Portionibus naturæ non datur cōmunis natura.

Prima diuisio naturæ per hæcceitates.

& quam proximè habebat, antequam cōtraheretur per Pauleitatem, dicuntur eiusdem speciei, & vniuocè, & specificè conuenire Paulus, & Petrus.

Contr. si natura Pauli, & Petri, vt priores hæcceitatibus sunt inter se distinctæ, adeò quod sint alia, & alia entitas, aliam & aliam habentes vnitatem, ergo Petrus, & Paulus nō solum distinguuntur inter se per hæcceitates, & singularitates, verum etiam per naturas illas communes, cum vna sit in Paulo, altera in Petro, quod est cōtra Sco. 2. d. 3. q. 6. §. *ad quæst.* vbi dicit, quod est ratio conueniendi non potest esse ratio differendi, natura est ratio conueniendi, hæcceitates verò differendi, vt habet ipse Sco. cit. D, cum ergo secundum nos alia sit entitas naturæ Petri, & alia entitas Pauli, & illæ naturæ magis concurrant ad constituendum Petrum, & Paulum in esse, quam concurrant hæcceitates, quia illę sūt de quidditate Petri, & Pauli, hæcceitates verò minimè, & quod est ratio constituendi aliquid in esse, est etiam ratio illud distinguendi ex Scot. p. d. 11. q. 2. §. *con. istam opinionem* sequitur huiusmodi naturas esse magis rationes distinguendi Petrum, & Paulum, quam sint ipsæ hæcceitates, cum magis illæ naturę pertineant ad illorum constitutionem, quam hæcceitates.

Quod est ratio cōuen. eni. nequit esse ratio diff.

Respon. ex Sco. 2. d. 3. q. 6. §. *ad quæst.* & 3. d. 22. q. vn. A, & B, negando consequētiam, ad probationem dicitur non sufficere ad distinguendum aliquid ab alio cōcurrere ad sui compositionem, & constitutionem, etenim etiam materia prima est pars quidditatis compositi, & tamen non facit differre vnum compositum ab alio, sed potius conuenire, requiritur ergo vt concurrat per modum formæ, & determinatio, non indifferentis, & vt ratio conueniendi, veluti sunt naturæ communes in indiuiduis, sub sua specie contentis, faciūt quidem illa essētialiter, & formaliter differre, non inter se, sed solum ab indiuiduis alterius speciei, eo quia cum eorum hæcceitatibus, & differentijs contrahentibus habent repugnantiam, & incompossibilitatem, quam non habent cum hæcceitatibus suorum indiuiduorum, sed sunt om-

 ninò

ninò indifferentes ad illas hæcceitates, vt priores illis.

Contr. si natura Pauli cõcurrẽt ad constitutionem ipsius indeterminatè, adeò quod quantum ex se posset esse, & reperiri in pluribus, & consequenter in infinitis, sequeretur esse ex se virtutis infinitæ, hoc non est dicendum probatur sequela maioris ideò Scot. 3. d.p.q.2. §. *contra hoc obijcitur* dicit eandem formam substantialem non posse informare plura suppofita, quia esset infinita, nam quantum est ex se haberet, vnde posset dare essentiam huic, & illi supposito, ex hoc .n. quod coniungitur cum hac materia producit vnum suppositum, & ideò tribuit illi quidditatem propriam, si posset alteri materiæ vniri daret pariter illi supposito constituto per ipsam aliam essentiam, & sic de alijs in infinitum, & ex hoc concludit ibi Sco. infinitatem formæ, hoc omninò idem currit de natura, quæ est in Paulo, quæ si posset quantum est ex se esse cum alijs hæcceitatibus, deberet continere omnia illa esse essentialia illorum indiuiduorum, cum hæcceitates non dent esse essentiale, sed numerale tantum, & ita esset infinita, ergo habet concurrere determinatè.

Respon. neg. sequelam, eo quia vna natura solum habet, vnde possit dare vnum esse quidditatiuum determinatum, licet indeterminato modo, dat .n. natura vnum esse humanum entitatiuè specificum, & ex hoc quod contrahitur ab hæcceitate Pauli dat esse numerale Paulo, si contracta fuisset ab hæcceitate Petri dedisset esse numerale Petro, itaque vnum esse potest dare, sed dat indifferenter, & indeterminato modo ad modũ materiæ primæ, quæ potest dare pluribus suppositis, & coniunctim, & diuisim esse materiale, cùm sit pars quidditatis ex Sco. 3. d.22. q.vnica, quia dat tantum esse materiale indeterminatum, vnde si cum hac forma A, vniatur dat esse materiale ligneum, si cum forma B, dat esse lapideum, itaq; non concluditur ex hoc infinitas naturæ, eò quia non est in potentia ad plures hæcceitates coniũctim, sed solum diuisim, & licet Petrus non contineat totam naturam totalitate entitatiua est tamen perfectè homo, quia illam continet to-

Natura dat vnũ esse ide terminatè.

Natura totalit. essential non entitat. est in diuiduo.

totalitate essentialitatis, & licet sit alia, & alia entitas naturæ in Petro, & Paulo, sunt tamen illæ naturę, & indiuidua eiusdem rationis, & essentialitatis, quia quælibet illarum naturarum erat indifferens, & ad Petrum, & ad Paulum, quare licet illæ naturæ distinguantur inter se realiter entitatiuè, & consequenter etiam formaliter, accepta tamen distinctione formali pro ratione conceptibili diuersa, non accepta distinctione formali pro distinctione essentiali sic enim non distinguuntur formaliter hoc modo.

Dist. formalis 2.

Contr. vltimam conclusionem. Si natura Petri, & Pauli seclusis hæcceitatibus haberent vnde se ipsis distinguerentur, & non potius per solas differentias indiuiduales, ergo illæ duæ naturæ essent duo indiuidua eiusdem speciei, & non naturæ communes, probatur consequentia, quia quæ distinguuntur realiter, & sunt eiusdem rationis, vel speciei sunt indiuidua eiusdem speciei, sed hoc non est dicendum, naturas illas s. esse duo indiuidua, ergo &c. Nec valet dicere cum Mastrio tom. 2. disp. 9. cit. num. 60. & 125. illas naturas supradictas, licet non sint inter se realiter eædem, non tamen rectè dici distinctas, eo quia distinctio fundatur supra entitates propriæ existentiæ capaces, naturæ verò illæ solum existunt existentia singularitatis, quapropter licet nō sint eędem, non sunt tamen distinctæ, cum non sint entitates capaces existentiæ. Non valet inquam, quia vt dictum est controu. præcedenti cōclus. 2. & præsenti conclusione secunda in fine naturis communibus proprię correspondent existentiæ, cum illæ naturę habeant propriam contradictionem, & proprium nihil, consequenter debent habere propriam affirmationem, per affirmationem s. seu per esse, vel existere hæcceitatis non tollitur nihil, seu negatio humanitatis, sicut nec per esse, & existere humanitatis tollitur nihil hæcceitatis, sed quocumque esse, & existere proprium illorum correspondet proprio nihilo illorum, & sicut formaliter esse hęcceitatis non est formaliter esse intrinsecum naturæ, ita non est formaliter non esse contradictorij naturæ, seu nihil naturę, sed est solum formaliter

Resp. Mastrij tollitur.

Per positionem vnius nō tollitur, nihil alterius.

non esse sui proprij contradictorij, veluti esse naturæ formaliter est non esse sui contradicto. ij, veluti cuiuscumq; priuationis suum non esse formale est esse formæ sibi oppositæ, & suum esse est non esse formæ. Nec pariter valet responsio Lich. 2. d. 3. q. p. §. *respondeo*, & q. 6. dicentes illas naturas realiter inter se distingui, non tamen nec numero, neq; specie, quia, quæ sic differũt debent esse directè in linea prædicamentali, quo modo non sunt naturæ, & dat multas instantias de prima natura, & hæcceitate eius, quæ distinguuntur formaliter, & tamen neque numero, neq; specie, neque genere, similiter rationale, & animal distinguuntur formaliter, & tamen neque numero, neq; specie &c. similiter gradus intrinseci distinguuntur ex natura rei, & tamen neq; numero, neq; specie, &c. similiter partes compositi essentiales, vt præcedũt singularitatem distinguuntur realiter, & tamen nec numero, nec specie, & sic de alijs, ita de naturis illis supradictis, distinguuntur, ergo illæ naturæ distinctione absoluta, non tamen numero, nec specie &c. licet non

Non esse priuationis est esse formæ.

Resp. Lich reijcitur.

sint eædem numero, vel specie, nõ sequitur tamen, quod distinguantur numero, vel specie inquit Lich. vt patet de instantijs supradictis. Non valet inquam, eo quia dictum est conclusione 2. præsentis controu. existentias, quas habent illæ naturæ esse, sufficientes ad fundandam relationem conuenientiæ non absolutæ, sed specificæ inter indiuidua eiusdem speciei, ergo pariter erunt sufficientes ad fundandam relationem distinctionis non absolutè solum, sed vel specificam, vel numericam; præterea genus distinctionis, vt sic adæquatè diuiditur per suas species supra enumeratas, ita quod implicat, quod detur alia distinctio inferior ad distinctionem vt sic, quæ distinctio non sit vna ex illis supra enumeratis, vt patet in diuisione adæquata cuiuscumq; generis, & superioris, ergo cum distinctio cadens inter illas naturas non sit distinctio vt sic, & præscindens ab omnibus distinctionibus particularibus, sed sit distinctio vna particularis, & inferior ad genus distinctionis, vt sic necessariò debet esse vna ex supradictis, insuper si naturæ illæ comparentur ad

Non datur dist. absoluta non includens inferius.

alias

alias naturas, videlicet ligni, vel æqui, & si nō sint directè in linea prædicamentali, adhuc tamen distinguuntur inter se realiter, & specificè, nō solum absolutè, ergo non debet denegari illis naturis inter se comparatis distinctio numeralis hac ratione videlicet, quia non sunt directè in linea prædicamentali.

Respon. ergo ex Sco. 2. d. 3. q. 6. D, *non est idem quo aliqua conueniunt formaliter, & quo differunt realiter, licet idem possit esse distinctum realiter, & conueniens formaliter*, cum ergo naturæ illæ comparatæ, ad eandem speciem, siuè in eadem specie, sint rationes conueniendi specificè, ideò in illa specie, & si realiter distinguantur non tamen distinguuntur specificè, nec numericè, quia non includūt rationes sic distinguentes, similiter cum hæcceitates in illa specie sint rationes distinguendi numericè, & si distinguantur inter se non tamen numericè, cum sint rationes differendi sic numericè, si autē naturæ illæ comparentur ad alias naturas alterius rationis, & speciei, hoc modo fundant relationem distinctionis specificam, natura .n. Leonis, & Bouis, vt antecedentes singularitates, & ab ipsis præscindentes sunt inter se specie distinctæ, quia per illas naturas propria indiuidua specie inter se distinguuntur idem de natura humana ad aliam naturam comparata, & hoc modo non datur genus distinctionis sine aliqua specie, vel numero ipsius distinctionis, eo quia licet illæ naturæ humanæ inter se comparatæ non distinguantur nec numericè, nec specificè, in ordine tamen ad alias naturas specificè distinguuntur, ideò illa distinctio in ipsis fundata est specifica licet non faciat illas inter se specie differre, sed solum in ordine ad alias naturas, exercitè .n. loquendo implicat dari aliquod genus sine aliqua specie, & speciem sine numero.

Contr. naturæ æquè sunt rationes formales, & quibus comparatæ ad alias naturas, ac sint comparatæ inter se, ergo si illæ naturæ humanę, & si distinguantur inter se realiter non tamen specificè distinguūtur, hac ratione videlicet, quia sunt rationes formales, & quibus indiuidua eiusdem speciei specificè cōueniunt, ita nec comparatæ ad alias naturas, ob eandem

ra-

rationem poterunt dici ſpecificè diſtingui, ſed ſolum abſoutè diſtingui, vt dicebat Lich. & ita genus ſine ſpecie, cum etiam ſint rationes, quibus illa indiuidua ſpecie inter ſe diſtinguantur, eſt.n. eadem prorſus ratio, nam reſpectu propriorum indiuiduorum ſunt rationes conueniendi ſpecificè, reſpectu verò diuerſorum diſtinguendi ſpecificè.

Reſpon. non valere paritatem, nam naturæ illæ humanæ in ordine ad propria indiuidua, ſolum ſunt rationes, quibus ipſa indiuidua cõueniunt ſpecificè, quia quælibet illarum naturarum, vt ſæpè dictum eſt, eſt æquè indifferens ad hanc, vel illam differentiam indiuidualem, ideò, & ſi inter ſe abſolutè diſtinguantur non tamen, nec genericè, nec ſpecificè, ſi tamen conſiderentur in ordine ad alias naturas, licet ſint rationes, quibus illa indiuidua inter ſe ſpecie diſtinguantur, ſunt tamen etiam rationes quæ, ideò inter ſe fundant diſtinctionem ſpecificam, quæ diſtinctio non ſolum reperitur inter entia completa, verum etiam inter entia non completa, & hoc eſt quod dicit Sco. 2. q. 6. cit. *omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa*; hinc naturæ humanæ in ordine ad propria indiuidua ſunt ſolum rationes conueniendi ſpecificè illis indiuiduis, ideò inter ſe nec ſpecie, nec numero differunt, in ordine verò alias naturas, & in ordine ad alia indiuidua alterius naturæ non ſunt ſolum, & præciſè rationes ſpecificè differendi, ratio eſt, quia illa indiuidua nõ ſolum ſpecie diſtinguuntur à naturis communibus, verum etiam à proprijs hæcceitatibus, quæ hæcceitates ſunt alterius rationis, & ordinis ab hæcceitatibus, & differentijs indiuiduorum naturæ humanæ, & tendendo tamen nomen rationis ad quamlibet entitatem ab alia natura diſtinctam, & ob hanc rationem non ſunt primò diuerſa, ideſt ſolum rationes differendi illis indiuiduis, veluti ſunt ſolum rationes conueniendi indiuiduis naturæ humanæ, hinc Lich. q. 6. cit. §. *dico breuiter* dicit, quod aliud eſt loqui de entitate conſtituente aliquid in eſſe ſpecifico, & aliud eſt loqui de entitate conſtituente aliquid in eſſe vltimo, & indiuiduali, quia prima entitas pertinet ad

Diſtinct. ſpecifica inter non completa etiam.

ad esse quidditatiuum, & essentiale, ideò videtur includere ens quidditatiuè, alia verò nullo modo pertinet ad quidditatem, quapropter à rationali, & irrationali potest abstrahi conceptus entis dictus in quid de eis, cum pertineat ad esse quidditatiuum, sed ab hæcceitate Francisci, vel ab hæcceitate Antonij non potest abstrahi conceptus in quid, quia illæ hæcceitates non pertinent ad hæcceitatem, & ad esse quidditatiuum, licet etiam ab ipsis possit abstrahi cōceptus inadæquatus differentiæ vt sic, qui sit vniuocus, licet non essentialiter dictus, vt dictum est p. parte contr. 13. in fine.

A ration. & irrat. concept. quiddit.

Ab vlt. different. concept. vniuoc. abstrahitur.

Contr. licet hæcceitates Brunelli sint etiam rationes distinguendi specificè sua indiuidua ab indiuiduis naturæ humanæ, cum illæ hæcceitates Brunelli sint alterius rationis à differentijs indiuidualibus naturę humanę, non possunt tamen esse rationes differendi specificè quidditatiuè, quia non sunt quidditates, neque includunt quidditatem, sed solum non quidditatiuè, ideò ratio solum differendi quidditatiuè erit natura Brunelli, & natura hominis, & ideò solum erunt rationes differendi, veluti naturæ humanę inter se sunt solum rationes conueniendi, & ita secundum nostram rationem supra allatam, non poterunt verè inter se specie distingui, cum solum sint rationes, quibus alia distinguūtur; vnde ad euitandam tantam prolixitatem melius est respondere cum Sco. 2. cit. q. 6. D, naturas communes humanas, vt priores singularitatibus, nec inter se, nec in ordine ad alias comparatas, positiuè distingui, non ob rationem assignatam à Mastrio, & à nobis supra reprobatam, quia videlicet non habeant propriam existentiam, sed quia sunt rationes, vel conueniendi in ordine ad propria indiuidua, vel differendi in ordine ad aliena supposita, & ideò non possunt cum veritate dici, nec distinctæ, neq; non distinctę, sed solum rationes distinguēdi, vel conueniendi, & potius veriùs dicuntur non eædem, quam positiuè distinctæ ob rationes supra adductas con. Lich. & certè admittere in illis distinctionem positiuè, & postea negare non distingui neque genere, neque specie, neq; numero non videtur consonum doctrinæ Sco.

Resp. vera ad argum.

existit est solum vnum existens ex Sco. 2. d. 3. q. 6. D, esse est id quod existit, & est extra nihil, existentia verò est quo aliquid est extra nihil, ideò idē est nihil correspondēs esse essentiæ, & esse existentię *omnis.n.differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuersa, alioquin non erit status in differentibus* hæc Scot. modo cit. cum ergo existentia sit id, quo essētia est extra nihil, ipsa existētia non potest dici esse extra nihil in recto, & sibi correspōdere proprium nihil.

Dico tertio naturam communem inexistere, & esse eandem in omnibus per solam indifferentiam est Sco. cit. locis præcedenti conclusione, & omnium illorum Scotist. affirmantium naturam non esse eandem in omnibus per inexistentiam, quæ conclusio colligitur ex Sco. cit. G, & I, & facilè remanet ex dictis probata, eo quia cum natura habeat vnitatem à parte rei minorem vnitate numerali, & verè positiuè reperiatur in suis indiuiduis, vt proximum fundamentum conuenientiæ, & similitudinis, & tamen non possit in ipsis conseruare eādem prorsus vnitatem per inexistētiam, vt ex dictis præcedenti cōclusione, sequitur esse eandem per indifferentiam, pro quanto videlicet natura, quæ modo est in Paulo, vt prior natura Pauleitate poterat esse in Petro, & sibi æqualiter identificare Petreitatem, cum illa natura indifferenter se habeat (vt prior illis) ad vtrumque, & propter hoc dicitur eadem natura specie, & communis, & indifferens, licet non per inexistentiam.

Quomodo dicatur eadē natura specie.

Dico quarto naturas Petri, & Pauli etiā seclusis differentijs indiuiduantibus, & contrahētibus esse inter se distinctas distinctione intrinseca, nō extrinseca solum, & mendicata à differentijs contrahentibus est Sco. cit. & Lich. est tamen cont. Mastr. to. 2. disp. 9. q. 3. art. 2. num. 60. qui licet concedat naturam non esse eandem in omnibus per inexistentiam, sed solum per indifferentiam, quia tamen naturę communi non concedit propriam existentiam, vt ex dictis patet pręcedenti controuersia conclusione secunda, supra quam existentiam solum fundatur distinctio, affirmat naturam Petri, & Pauli non esse eandem, non tamen concedit esse distinctas, quia in plus se habet non identitas, quam distinctio, cum non identitas etiam conueniat non enti, & ideò om-

omnis distinctio est non identitas, sed non è contra. Probatur conclusio in Petro, & Paulo est vera natura cōmunis secundum suum esse essentiale reale, vt Sco. habet 2. d. 7. q. 1. cit. considerando ergo præcisè essentiam humanitatis, & secundum sibi intrinseca, vel est eadem natura, quæ est in Paulo cum ea, quæ est in Petro, vel diuersa, & loquor de ipsis secundum suum esse intrinsecum, nō extrinsecum, & denominatiuum receptum à singularitatibus, si eadem, ergo est in omnibus per inexistentiam, quod ipse negat, si diuersa habeo intentum, naturas videlicet habere vnde distinguantur inter se, etiam seclusis hæcceitatibus.

Respon. Mastrij tollitur.

Nec valet dicere cum ipso Mastrio non esse eandem naturam in Petro, & Paulo, non tamen sequi ergo est diuersa, quia distinctio fundatur solum supra existentiam, & ideò cum natura, & singularitas eādem habeant existentiam non dicuntur intrinsece distingui, sed solum negatiuè, & dicit esse responsionem Sco. p. d. 2. q. 7. infra HH, vbi dicit loquens de distinctione, & non identitate formali, quod postea applicatur ad distinctionem realem, A, & B, non sunt idem realiter, ergo sunt distincta realiter, non valet inquit Sco. quia realitas, seu distinctio realis in antecedente negatur, & in consequente affirmatur, cum ergo ibi non sit distinctio realis, nō potest neq; negari, neq; affirmari inter illas naturas.

Non identitas non est eadē, ac distinctio.

Non valet inquā, nam vt modo dicebamus concl. 2. in fine, & controu. præcedenti concl. 2. natura communis habet propriam, & intrinsecam existentiam, & vnitatem, ratione cuius fundat relationem realem conuenientiæ, secundum omnes Scotistas admittentes propter hunc finem principaliter naturas communes, ergo pariter natura communis seclusis hæcceitatibus poterit fundare relationem distinctionis, cum non plus requiratur ad fundandam relationē conuenientię, quam relationem distinctionis, cum ambæ sint æquè reales, & nos in argumento per non identitatem intelligimus distinctionem, & arguimus ab inferiori ad superius, quomodo tenet consequentia à distinctione. f. ad non identitatem, non è contra, ita explicat Tattaret. locum supracit. Sco. non verò arguimus à non identitate ad distinctionem, hoc .n. modo non tenet consequentia, sensus

A distinctione ad non identitatē valet consequētia. Quomodo ab inferiori ad superius.

ergo

ergo argumenti est, cum humanitas Petri, & Pauli seclusis hæcceitatibus sint aliquid à parte rei, consequenter fundant, vel distinctionem, vel identitatem realem, quęrimus an sit eadem vnitas, seu identitas realis in ista, & in illa, vel distinctio, hæ enim sunt passiones entis consequentes naturam, & primam entitatem naturæ inquit Sco. 2. d. 3. q. 1. G, cit. veluti propriæ passiones, si est eadem vnitas naturę in ambobus ergo natura communis inest omnibus per inexistentiam, quod ipse negat, si est alia, ergo sunt verè distinctæ, quia distinctio fundatur supra multitudinē vnitatum, quo .n. aliquid intrinsecè constituitur, & ponitur in esse, eodem distinguitur à quocumq; & per quod non constituitur intrinsecè, neq; per illud distinguitur, cum ergo natura Petri, & natura Pauli sua entitate intrinsecè ponantur in esse, & non hæcceitatibus suis entitatibus distinguentur, & non per hæcceitates, ita discurrit Sco. p. d. 11. q. 2. *§ con. istam opinionem*, vbi dicit quæ sunt principia essendi, sunt etiam principia distinguendi.

Distinctio fundatur supra multitud. vnitatum.

Contra secundā conclusionem instatur probando naturam esse communem per inexistentiam; si natura vt prior singularitate non esset eadem in omnibus eandem prorsus seruando vnitatem in illis sequeretur naturam per aliquid prius ipsa singularitate diuidi, & contrahi, & ita prima diuisio, & contractio naturæ non esset per hæcceitates, quod est con. Scot. 2. d. 3. q. p. & 6. cit. prima .n. & immediata multiplicatio speciei est per indiuidua, sequela patet nam ante singularitatem alia, & alia natura in sorte, & Platone cum secundum nos non sit eadem entitas, & vnitas in omnibus.

Respon. ex Lich. 2. d. 3. q. p. *§. ad quæstionem*, & q. 6. *§. ad quæst.* negando sequelam, eo quia diuisio naturæ vt sic in hanc entitatem antecedētem hæcceitatem non est vera diuisio alicuius realitatis communis illis pluribus entitatibus, & portionibus naturæ, cum talis natura sic communis illis portionibus sit impossibilis dari, itaq; prima, & realis diuisio naturæ fit per hæcceitates, quatenus ista entitas naturæ, quæ quantum est ex se poterat esse pars, & quidditas Pauli, per Petreitatem facta est, & contracta est vt sit pars, & quidditas Petri, & propter hanc indifferentiam, quam conseruat illa entitas naturæ,

Portionibus naturæ non datur cōmunis natura.

Prima diuisio naturæ per hæcceitates.

& quam

& quam proximè habebat, antequam cõtraheretur per Pauleitatem, dicuntur eiusdem speciei, & vniuocè, & specificè conuenire Paulus, & Petrus.

Contr. si natura Pauli, & Petri, vt priores hæcceitatibus sunt inter se distinctæ, adeò quod sint alia, & alia entitas, aliam & aliam habentes vnitatem, ergo Petrus, & Paulus nõ solum distinguuntur inter se per hæcceitates, & singularitates, verum etiam per naturas illas communes, cum vna sit in Paulo, altera in Petro, quod est cõtra Sco. 2. d. 3. q. 6. §. *ad quæst.* vbi dicit, quod est ratio conueniendi non potest esse ratio differendi, natura est ratio conueniendi, hæcceitates verò differendi, vt habet ipse Sco. cit. D, cum ergo secundum nos alia sit entitas naturæ Petri, & alia entitas Pauli, & illæ naturæ magis concurrant ad constituendum Petrum, & Paulum in esse, quam concurrant hæcceitates, quia illę sũt de quidditate Petri, & Pauli, hæcceitates verò minimè, & quod est ratio constituendi aliquid in esse, est etiam ratio illud distinguendi ex Scot. p. d. 11. q. 2. §. *con. istam opinionem* sequitur huiusmodi naturas esse magis rationes distinguendi Petrum, & Paulum, quam sint ipsæ hæcceitates, cum magis illæ naturę pertineant ad illorum constitutionem, quam hæcceitates.

Quod est ratio cõuenendi nequit esse ratio diff.

Respon. ex Sco. 2. d. 3. q. 6. §. *ad quæst.* & 3. d. 22. q. vn. A, & B, negando consequẽtiam, ad probationem dicitur non sufficere ad distinguendum aliquid ab alio cõcurrere ad sui compositionem, & constitutionem, etenim etiam materia prima est pars quidditatis compositi, & tamen non facit differre vnum compositum ab alio, sed potius conuenire, requiritur ergo vt concurrat per modum formæ, & determinatio, non indifferentis, & vt ratio conueniendi, veluti sunt naturæ communes in indiuiduis, sub sua specie contentis, faciũt quidem illa essẽtialiter, & formaliter differre, non inter se, sed solum ab indiuiduis alterius speciei, eo quia cum eorum hæcceitatibus, & differentijs contrahentibus habent repugnantiam, & incompossibilitatem, quam non habent cum hæcceitatibus suorum indiuiduorum, sed sunt omninò

minò indifferentes ad illas hæcceitates, vt priores illis.

Contr. si natura Pauli cócurrēt ad constitutionem ipsius indeterminatè, adeò quod quantum ex se posset esse, & reperiri in pluribus, & consequenter in infinitis, sequeretur esse ex se virtutis infinitæ, hoc non est dicendum probatur sequela maioris ideò Scot. 3. d. p. q. 2. §. *contra hoc obijcitur* dicit eandem formam substantialem non posse informare plura suppofita, quia esset infinita, nam quantum est ex se haberet, vnde posset dare essentiam huic, & illi supposito, ex hoc .n. quod coniungitur cum hac materia producit vnum suppositum, & ideò tribuit illi quidditatem propriam, si posset alteri materiæ vniri daret pariter illi supposito constituto per ipsam aliam essentiam, & sic de alijs in infinitum, & ex hoc concludit ibi Sco. infinitatem formæ, hoc omninò idem currit de natura, quæ est in Paulo, quæ si posset quantum est ex se esse cum alijs hæcceitatibus, deberet continere omnia illa esse essentialia illorum indiuiduorum, cum hæcceitates non dent esse essentiale, sed numerale tantum, & ita esset infinita, ergo habet concurrere determinatè.

Respon. neg. sequelam, eo quia vna natura solum habet, vnde possit dare vnum esse quidditatiuum determinatum, licet indeterminato modo, dat .n. natura vnum esse humanum entitatiuè specificum, & ex hoc quod contrahitur ab hæcceitate Pauli dat esse numerale Paulo, si contracta fuisset ab hæcceitate Petri dedisset esse numerale Petro, itaque vnum esse potest dare, sed dat indifferenter, & indeterminato modo ad modū materiæ primæ, quæ potest dare pluribus suppositis, & coniunctim, & diuisim esse materiale, cum sit pars quidditatis ex Sco. 3. d. 22. q. vnica, quia dat tantum esse materiale indeterminatum, vnde si cum hac forma A, vniatur dat esse materiale ligneum, si cum forma B, dat esse lapideum, itaq; non concluditur ex hoc infinitas naturæ, eò quia non est in potentia ad plures hæcceitates coniūctim, sed solum diuisim, & licet Petrus non contineat totam naturam totalitate entitatiua est tamen perfectè homo, quia illam continet

Natura dat vnū esse ideterminatè.

Natura totalit. essential non entitat. est idiuiduo.

to-

totalitate essentialitatis, & licet sit alia, & alia entitas naturæ in Petro, & Paulo, sunt tamen illæ naturę,& indiuidua eiusdem rationis, & essentialitatis, quia quælibet illarum naturarum erat indifferens, & ad Petrum, & ad Paulum, quare licet illæ naturæ distinguantur inter se realiter entitatiuè, & consequenter etiam formaliter, accepta tamen distinctione formali pro ratione conceptibili diuersa, non accepta distinctione formali pro distinctione essentiali sic enim non distinguuntur formaliter hoc modo.

Dist. formalis 2.

Contr. vltimam conclusionem. Si natura Petri, & Pauli seclusis hæcceitatibus haberent vnde se ipsis distinguerentur,& non potius per solas differentias indiuiduales, ergo illæ duæ naturæ essent duo indiuidua eiusdem speciei, & non naturæ communes, probatur consequentia, quia quæ distinguuntur realiter, & sunt eiusdem rationis, vel speciei sunt indiuidua eiusdem speciei, sed hoc non est dicendum, naturas illas.s. esse duo indiuidua, ergo &c. Nec valet dicere cum Mastrio tom. 2. disp. 9. cit. num. 60. & 125. illas naturas supradictas, licet non sint inter se realiter eædem, non tamen rectè dici distinctas, eo quia distinctio fundatur supra entitates propriæ existentiæ capaces, naturæ verò illæ solum existunt existentia singularitatis, quapropter licet nõ sint eędem, non sunt tamen distinctæ, cum non sint entitates capaces existentiæ. Non valet inquam, quia vt dictum est controu. præcedenti cõclus. 2. & præsenti conclusione secunda in fine naturis communibus proprię correspondent existentiæ, cum illæ naturę habeant propriam contradictionem,& proprium nihil, consequenter debent habere propriam affirmationem, per affirmationem .n. seu per esse, vel existere hæcceitatis non tollitur nihil, seu negatio humanitatis, sicut nec per esse, & existere humanitatis tollitur nihil hæcceitatis, sed quocumque esse, & existere proprium illorum correspondet proprio nihilo illorum, & sicut formaliter esse hęcceitatis non est formaliter esse intrinsecum naturæ, ita non est formaliter non esse contradictorij naturæ, seu nihil naturę, sed est solum formaliter

Resp. Mastrij tollitur.

Per positionem vnius nõ tollitur nihil alterius.

non esse sui proprij contradictorij, veluti esse naturæ formaliter est non esse sui contradicto. ij, veluti cuiuscumq; priuationis suum non esse formale est esse formæ sibi oppositæ, & suum esse est non esse formæ. Nec pariter valet responsio Lich. 2. d. 3. q. p. §. *respondeo*, & q. 6. dicentes illas naturas realiter inter se distingui, non tamen nec numero, neq; specie, quia, quæ sic differũt debent esse directè in linea prædicamentali, quo modo non sunt naturæ, & dat multas instantias de prima natura, & hæcceitate eius, quæ distinguuntur formaliter, & tamen neque numero, neq; specie, neque genere, similiter rationale, & animal distinguuntur formaliter, & tamen neque numero, neq; specie &c. similiter gradus intrinseci distinguuntur ex natura rei, & tamen neq; numero, neq; specie, &c. similiter partes compositi essentiales, vt prçcedũt singularitatem distinguuntur realiter, & tamen nec numero, nec specie, & sic de alijs, ita de naturis illis supradictis, distinguuntur, ergo illæ naturæ distinctione absoluta, non tamen numero, nec specie &c. licet non

Non esse priuationis est esse formæ.

Resp. Lich reijcitur.

sint eædem numero, vel specie, nõ sequitur tamen, quod distinguantur numero, vel specie inquit Lich. vt patet de instantijs supradictis. Non valet inquam, eo quia dictum est conclusione 2. præsentis controu. existentias, quas habent illæ naturæ esse sufficientes ad fundandam relationem conuenientiæ non absolutæ, sed specificæ inter indiuidua eiusdem speciei, ergo pariter erunt sufficientes ad fundandam relationem distinctionis non absolutè solum, sed vel specificam, vel numericam; præterea genus distinctionis, vt sic adæquatè diuiditur per suas species supra enumeratas, ita quod implicat, quod detur alia distinctio inferior ad distinctionem vt sic, quæ distinctio non sit vna ex illis supra enumeratis, vt patet in diuisione adæquata cuiuscumq; generis, & superioris, ergo cum distinctio cadens inter illas naturas non sit distinctio vt sic, & præscindens ab omnibus distinctionibus particularibus, sed sit distinctio vna particularis, & inferior ad genus distinctionis, vt sic necessariò debet esse vna ex supradictis, insuper si naturæ illæ comparentur ad

Non datur dist. absoluta non includens inferius.

alias

alias naturas, videlicet ligni, vel æqui, & si nõ sint directè in linea prædicamentali, adhuc tamen distinguuntur inter se realiter, & specificè, nõ solum absolutè, ergo non debet denegari illis naturis inter se comparatis distinctio numeralis hac ratione videlicet, quia non sunt directè in linea prædicamentali.

Respon. ergo ex Sco. 2. d. 3. q. 6. D, *non est idem quo aliqua conueniunt formaliter, & quo differunt realiter, licet idem possit esse distinctum realiter, & conueniens formaliter*, cum ergo naturæ illæ comparatæ, ad eandem speciem, siuè in eadem specie, sint rationes conueniendi specificè, ideò in illa specie, & si realiter distinguantur non tamen distinguuntur specificè, nec numericè, quia non includũt rationes sic distinguentes, similiter cum hæcceitates in illa specie sint rationes distinguendi numericè, & si distinguantur inter se non tamen numericè, cum sint rationes differendi sic numericè, si autẽ naturæ illæ comparentur ad alias naturas alterius rationis, & speciei, hoc modo fundant relationem distinctionis specificam, natura .n. Leonis, & Bouis, vt antecedentes singularitates, & ab ipsis præscindentes sunt inter se specie distinctæ, quia per illas naturas propria indiuidua specie inter se distinguuntur idem de natura humana ad aliam naturam comparata, & hoc modo non datur genus distinctionis sine aliqua specie, vel numero ipsius distinctionis, eo quia licet illæ naturæ humanæ inter se comparatæ non distinguantur nec numericè, nec specificè, in ordine tamen ad alias naturas specificè distinguuntur, ideò illa distinctio in ipsis fundata est specifica licet non faciat illas inter se specie differre, sed solum in ordine ad alias naturas, exercitè .n. loquendo implicat dari aliquod genus sine aliqua specie, & speciem sine numero.

Contr. naturæ æquè sunt rationes formales, & quibus comparatæ ad alias naturas, ac sint comparatæ inter se, ergo si illæ naturæ humanę, & si distinguantur inter se realiter non tamen specificè distinguũtur, hac ratione videlicet, quia sunt rationes formales, & quibus indiuidua eiusdem speciei specificè cõueniunt, ita nec comparatæ ad alias naturas, ob eandem

ra-

rationem poterunt dici specificè distingui, sed solum absoutè distingui, vt dicebat Lich.& ita genus sine specie, cum etiam sint rationes, quibus illa indiuidua specie inter se distinguantur, est.n. eadem prorsus ratio, nam respectu propriorum indiuiduorum sunt rationes conueniendi specificè, respectu verò diuersorum distinguendi specificè.

Respon. non valere paritatem, nam naturæ illæ humanæ in ordine ad propria indiuidua, solum sunt rationes, quibus ipsa indiuidua cõueniunt specificè, quia quælibet illarum naturarum, vt sæpè dictum est, est æquè indifferens ad hanc, vel illam differentiam indiuidualem, ideò, & si inter se absolutè distinguantur non tamen, nec genericè, nec specificè, si tamen considerentur in ordine ad alias naturas, licet sint rationes, quibus illa indiuidua inter se specie distinguantur, sunt tamen etiam rationes quæ, ideò inter se fundant distinctionem specificam, quæ distinctio non solum reperitur inter entia completa, verum etiam inter entia non completa, & hoc est quod dicit Sco.2.q.6.

Distinct. specifica inter incompleta etiam.

cit. *omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuersa*, hinc naturæ humanæ in ordine ad propria indiuidua sunt solum rationes conueniendi specificè illis indiuiduis, ideò inter se nec specie, nec numero differunt, in ordine verò alias naturas, & in ordine ad alia indiuidua alterius naturæ non sunt solum, & præcisè rationes specificè differendi, ratio est, quia illa indiuidua nõ solum specie distinguuntur à naturis communibus, verum etiam à proprijs hæcceitatibus, quæ hæcceitates sunt alterius rationis, & ordinis ab hæcceitatibus, & differentijs indiuiduorum naturæ humanæ, & tendendo tamen nomen rationis ad quamlibet entitatem ab alia natura distinctam, & ob hanc rationem non sunt primò diuersa, idest solum rationes differendi illis indiuiduis, veluti sunt solum rationes conueniendi indiuiduis naturæ humanæ, hinc Lich. q.6. cit. §. *dico breuiter* dicit, quod aliud est loqui de entitate constituente aliquid in esse specifico, & aliud est loqui de entitate constituente aliquid in esse vltimo, & indiuiduali, quia prima entitas pertinet

ad

ad esse quidditatiuum, & essentiale, ideò videtur includere ens quidditatiuè, alia verò nullo modo pertinet ad quidditatem, quapropter à rationali, & irrationali potest abstrahi conceptus entis dictus in quid de eis, cum pertineat ad esse quidditatiuum, sed ab hæcceitate Francisci, vel ab hæcceitate Antonij non potest abstrahi conceptus in quid, quia illæ hecceitates non pertinent ad hæcceitatem, & ad esse quidditatiuum, licet etiam ab ipsis possit abstrahi cōceptus inadæquatus differentiæ vt sic, qui sit vniuocus, licet non essentialiter dictus, vt dictum est p. parte contr. 13. in fine.

A ration. & irrat. concept. quiddit.

Ab vlt. different. concept. vniuoc. abstrahitur.

Contr. licet hæcceitates Brunelli sint etiam rationes distinguendi specificè sua indiuidua ab indiuiduis naturæ humanæ, cum illæ hæcceitates Brunelli sint alterius rationis à differentijs indiuidualibus naturę humanę, non possunt tamen esse rationes differendi specificè quidditatiuè, quia non sunt quidditates, neque includunt quidditatem, sed solum non quidditatiuè, ideò ratio solum differendi quidditatiuè erit natura Brunelli, & natura hominis, & ideò solum erunt rationes differendi, veluti naturæ humanę inter se sunt solum rationes conueniendi, & ita secundum nostram rationem supra allatam, non poterunt verè inter se specie distingui, cum solum sint rationes, quibus alia distinguūtur; vnde ad euitandam tantam prolixitatem melius est respondere cum Sco. 2. cit. q. 6. D, naturas communes humanas, vt priores singularitatibus, nec inter se, nec in ordine ad alias comparatas, positiuè distingui, non ob rationem assignatam à Mastrio, & à nobis supra reprobatam, quia videlicet non habeant propriam existentiam, sed quia sunt rationes, vel conueniendi in ordine ad propria indiuidua, vel differendi in ordine ad aliena supposita, & ideò non possunt cum veritate dici, nec distinctæ, neq; non distinctę, sed solum rationes distinguēdi, vel conueniendi, & potius veriùs dicuntur non eædem, quam positiuè distinctæ ob rationes supra adductas con. Lich. & certè admittere in illis distinctionem positiuè, & postea negare non distingui neque genere, neque specie, neq; numero non videtur consonum doctrinæ

Resp. vera ad argum.

Sco.

Sco. quia non potest superius descendere in sua inferiora, nisi contrahatur ad illa per differentias illius superioris illud superius contrahentes, & inferius constituentes, differentiæ autem contrahẽtes differentiam in communi, est differentia specifica, numerica, vel generica, ergo implicat exercitè dari talem differentiam nõ contractam per vnam istarum, & hæc responsio certè est melior, & securior, & licet vna natura possit, & de facto sit sine alia, quæ separatio infert distinctionem realem in illis, quæ possunt sic esse, hoc tantum probat vnam naturam distingui ab alia, non in recto, sed in obliquo, vel vnam posse esse rationem distinguendi specificè, vel conueniendi vni indiuiduo sine alia natura, non verò, quod vna ab alia in recto distinguatur, & relatio æqualitatis, vel conuenientiæ, quæ est inter indiuidua eiusdem speciei fundatur, non in vnitate eiusdem entitatis naturæ, quæ per inexistentiam, sit in omnibus, sed in vnitate, quæ per indifferentiam solum est in illis.

Relatio cõuenientiæ in vnit. p indifferentiam.

Collige ex dictis naturæ communi, tum in statu essentiæ, tum in statu existentiæ conuenire sibi vnitatem præcisionis, cum ex se nullam formaliter includat hæcceitatem, sed à qualibet formaliter, & ex natura rei est distincta, & vt prior natura illis hæcceitatibus est omninò ad illas indifferens, vt optimè docet Sco. 2. d. 3. q. p. H, q. 6. E, cum autem vt sic natura prior hæcceitatibus sit ens reale, positiuum, & distinctum ab hæcceitatibus, non est eidem naturæ denegãda vnitas præcisionis, quę vnitas necessariò fundatur indistinctione ex natura rei, si n. ex natura rei entitas naturæ communis, non est entitas hæcceitatis, ergo ex natura rei prima entitas præscindit à secunda, eò vel maximè, quia prima, vt prior natura secunda, est fundamentum proximum conuenientiæ inter indiuidua eiusdem rationis, vt ex dictis patet, ergo necessariò debet habere vnitatem præcisionis, & præscindere à secunda, quæ est principium distinctionis inter illa, cum supra talem vnitatem naturæ fundetur relatio illa conuenientiæ, & super vnitatem hæcceitatis, relatio distinctionis.

Naturæ conuenit vnitas pcisionis.

Fũdatur in dist. ex natura rei.

Nec valet dicere cum Mastrio to. 2. suę met. disp. 9. q. 8.

Resp. Mastrij reijcitur.

q.8. num. 188. & 193. ad vnitatem .s. præcisionis non sufficere distinctionem formalem, sed requiri realem, quia vnitas præcisionis negat coniunctionem vnius cum alio, & cum negatio sit malignantis naturæ debet necessariò negare coniunctionem naturæ cum differentia indiuiduali etiam per identitatem realem.

Non valet inquam, nam, vel per coniunctionē, quam negat vnitas præcisionis intelligit ipse Mastrius solitariam vnionem vnius cum alio, & hoc dici non potest, aliter hoc modo neque toti physico, neq; accidenti respectiuo competeret vnitas præcisionis, eo quia, hęc non possunt non vniri inter se, neque .n. inter subiectum, & accidens, neq; inter partes, & totum huiusmodi separatio cadere potest, vt omnes concedunt, si per vnionem solum intelligat non identitatem, veluti intelligere debet, hoc pariter nihil officit, eo quia, secundum Sco. 2. q. p. cit. G, & H, natura non solum secundum suam entitatem primam præscindit à singularitate, verum etiam secūdum vnitatem sibi competentem, & quæ est propria passio naturæ antecedens vnitatem singularitatis, sicut ergo natura secundum illam primam entitatem, quia secūdum illam distinguitur ab hæcceitate dicitur præscindere ab illa, ita pariter secundum suam vnitatem debet ab hæcceitate præscindere, quia etiam illa vnitas naturæ æqualiter, sicut prima entitas naturæ distinguitur ab vnitate hæcceitatis, præcisio .n. vnius ab alio non est separatio huius ab illo, neque distinctio absoluta, quæ infert pluralitatem absolutè, vt dictum est correlario 2. præcedentis controu. cum Sco. 4. d. 46. q. 3. E, sed est solum non identitas formalis, & ex natura rei, hinc est commune axioma ex 2. Phy. tex. 18. abstrahentium non esse mendacium, quia non diuidunt vnum ab alio, sed vnum considerant alio non considerato, quapropter homo præcisiue, & ex natura rei præscindit à risibilitate, cum illam in suo conceptu formaliter non includat, non tamen diuisiuè, nam licet possit homo considerari non considerata risibilitate, non tamen sine risibilitate, ita pari passu de vnitate naturæ philosophādum est,

Toti physico vnit. præcisionis, & accid. respect.

Quid vnit. præcis.

est, quæ ex natura rei, & positiuè non includit vnitatem singularitatis, licet sine illa esse nequeat, ideò hæc vnitas præcisionis naturæ non infert distinctionem, & pluralitatem absolutam, & sine aliqua determinatione, sed solum secũdum quid, & cum determinatione, videlicet infert distinctionem formalem, vel potius non identitatem, vt Sco. p. d.8. q.4. §. *ad quæstionem*, quare communiter dicitur in Logica, quod accidens commune inseparabile dici inseparabile physicè, & realiter, præcisiuè tamen dicitur quodcumq; tale accidens separabile, cum ita definiatur, quod videlicet possit adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, & hoc, quia non solum subiectum considerari potest non considerato accidente, vt contingit de accidente proprio, verum etiam cum opposito illius, videlicet corbus cum albedine, & cygnus cum nigredine, licet .n. possit homo considerari non considerata risibilitate, non tamen cum opposito ipsius, itaque vnitas positiua præcisionis est vnitas contrariæ opposita vnitati singnlaritatis, quã vnitatem positiuam habet natura, vt prior singularitate, cum vt sic sit ens distinctum positiuum, consequenter vnum, quia vnitas est passio consequens naturam cuiuscumq; entis, quare etsi natura non possit considerari, & physicè separari ab vnitate numerali, quia nequit esse sine hæcceitate, potest tamen considerari cum opposito illius, videlicet cum vnitate essentiali, & minori vnitate numerali, nec tamen sequitur à parte rei esse vniuersalem, nam vt docet Sco. 2. d.3. q.p. H, ad hoc vltra hanc vnitatem præcisiuam requiritur, quod sit in potẽtia proxima ad dici de multis, vt autem sit in potentia proxima ad dici de multis debet esse vnum in multis, maximè secundum Mastrium in Logica affirmantem essentiam vniuersalis logici consistere in esse vnum in multis, quod non conuenit alicui, nisi per intellectum ex Scot. ibi, dicit enim ipse Sco. hæc sequentia *vniuersale est, quod est vnum in multis, & de multis* quapropter habet vnitatem positiuam præcisiuam, non tamen communitatem positiuam (saltim proximam) ad essendum in multis, sed solum negatiuam, vt dictum est præce-

Quomodo accid. dicatur separab

Quid ad vniuersale logicum.

cedentibus conclusionibus; hanc nostram opinionem tenet Trombet. 7. met. q. 8. art. 2. concluſ. 2. & certè videtur impoſſibile aliquid diſtingui ex natura rei ab alio, & ſibi non correſpondere vnitatem præciſionis diſtinctam ab vnitate alterius, nam cuicumq; enti eo modo, quo eſt ens diſtinctum ab alio, eodem modo, ſibi correſpondet vnitas præciſionis diſtincta, qua .n. ratione eſt diſtinctum ab illo, ea ratione præſcindit ab illo, & ſi eſt ens prius natura ſingularitate, ſibi vt prius natura correſpondet vnitas præciſionis, cum hæc ſit ipſi enti adęquata paſſio, conſequenter de quocumq; dicitur ens, de eodem dicitur vnitas præciſionis, cũ ergo de natura communi, vt prior ſingularitate quidditatiuè dicatur ens, cum ipſa ſit quidditas, & pars quidditatis compoſiti, ex modo dictis, pariter dici debet de illa, vnitas præciſionis.

Vnit. prę. ciſ. paſſio entis.

CONTROVERSIA NONA.

An natura communis, vt prior hæcceitate possit intuitiuè cognosci.

Q*Via præcedenti controuersia, determinauimus naturam communem habere propriam, & positiuam vnitatem in suis inferioribus, & etiam habere vnitate præcisiuam, vt in correlario diximus; pariter determinatum est controu. 7. conclusione 2. con. multos Scotistas, naturas communes habere proprias existentias distinctas ab existentijs hæcceitatū, & singularium, hinc meritò quæritur an huiusmodi naturæ communes, vt priores natura hæcceitatibus sint intuitiuè cognoscibiles, cum cognitio intuitiua sit rei existentis, quatenus existens est ex Sco. p. d. p. q. 2. E, & quol. 13. L, & frequenter alibi, & propter hoc distinguitur à cognitione abstractiua; & pro introductione &c.

Notandum est primo ex Sco. p. d. p. q. 2. cit. E, essentiam Diuinam (spectata Dei omnipotentia) posse videri intuitiuè ab intellectu create non visis Diuinis personis, cum ipsa Diuina essentia habeat propriam existētiam ex natura rei distinctam à Diuinis Personis, neq; est inconueniens inquit Scot. ibi aliquod vniuersale, & commune intuitiuè, & perfectè videri non visis inferioribus, quotiescumq; tale vniuersale, & commune non diuiditur in suis inferioribus, vt contingit de Diuina essentia,

Diuina essentia videri potest non visis personis.

tia, quæ cum sit de se hæc, & singularis, & eadem prorsus numero sit in omnibus Diuinis personis, cognitio verò alicuius vniuersalis, & communis, quod diuidatur in suis inferioribus, veluti est vniuersale creatum, dum videtur non visis particularibus, & inferioribus, imperfectè, & confuso modo videtur, quia obiectum est confusum, & diuisum in inferioribus, quæ inferiora confusi videntur in illo superiori; cum ergo vniuersale creatum non sit de se singulare, sed potius ad omnia indifferens, si intrinsecè videatur sine inferioribus cõfusè videtur, cum non sit in vltima actualitate, & determinatione sine aliqua hæcceitate, & singularitate, quod quidem vniuersale non dicitur commune illis per inexistentiam, vt cõtrou. præcedenti concl. 2. sed solum per indifferentiam, non dicitur tamen natura communis, seu vniuersale creatum diuidi in sua inferiora, vt cum dicimus Petrus est quidditatiuè homo, Ioannes est quidditatiuè homo, &c. cum humanitas quidditatiuè prædicetur de illis, & sit tota essentia illorum, quasi quod sit eadem omninò natura positiuè, & proximè, quæ prædicetur de omnibus, & propter hoc dicantur habere eãdem essentiam, & quidditatem, neque pariter ex hoc, quia natura Francisci, & Ioannis conueniant quidditatiuè in aliqua natura communi, quę natura communis de illis vniuocè, & quidditatiuè dicatur, hoc.n.modo natura Francisci, & natura Ioannis essent indiuidua naturæ in communi, non partes essentiales indiuidui, & necessariò deberet assignari differentia, per quam illa natura communis ad istas naturas particulares contraheretur, quæ differentiæ essent specificè, vel numericè differentes, & sic illæ naturæ essent indiuidua specie, vel numero differentia, & ita per illas differentias, vel naturas Petrus, & Franciscus quidditatiuè, & specificè differrẽt, non verò specificè conuenirent, si postea eadem prorsus natura esset in Francisco, & Ioanne sequerentur eadem absurda controu. præcedenti cõclus. 2. enumerata; quando ergo dicitur Franciscus est quidditatiuè homo, Ioannes est quidditatiuè homo &c. non est eadem natura, quæ prædicetur de illis actualiter, & pro-

Quomodo vniuersale diuid.

Quomodo naturæ indiuiduarũ conuen. & dicantur eiusdem speciei.

proximè, sed dicitur eadem pro quarto, natura, quæ modo est contracta hæcceitate Francisci, & est tota quidditas ipsius, vt prior tali hæcceitate poterat cõtrahi hæcceitate Ioannis, & simul cum tali hæcceitate esse tota quidditas Ioannis, quia illa natura est indifferens ad omnia indiuidua, & solum cum hæcceitate habet quidditatiuè constituere indiuiduum humanum, itaq; natura quæ est in Francisco quidditatiuè prædicatur de ipso, non natura, quæ est in Ioanne, ita è contra, natura, quæ est in Ioanne de ipso quidditatiuè prædicatur, non natura Francisci, Ioannes tamen, & Franciscus non dicuntur diuersa quidditatiuè, sed omninò eiusdem speciei, & quidditatis, quia quælibet illarum naturarum, vt prior singularitate poterat esse in quolibet indiuiduo, ita discurrit Lich. 2. d. 3. q. p. §. *bis præmissis quintum præmitt.*

Secundo Not. ex Sco. p. d. 3. q. 2. §. *loquendo igitur* M, primum cognitum cognitione confusa esse speciem specialissimum, cum ipsa sit effectus perfectissimus, quem possunt primo producere causæ naturales, vt controu. p. determinatum est respondendo argumentis con. primam conclus. licet habitualiter loquendo primum cognitum sit magis vniuersale, vt ipse Sco. cit. R, quia natura via originis, & generationis incipit ab imperfecto ad perfectum, & ideò Phantasma minus vniuersalis simul cum intellectu agente primò producit in intellectu possibili speciem magis vniuersalis, deinde speciem minus vniuersalis, quæ species cum sit fortius mouens impedit (in debita distantia) ne species magis vniuersalis moueat ad actum secundum, fortius.n.mouens, veluti est species minus vniuersalis, cum sit magis sensibilis, impedit mouens minus forte, veluti est species magis vniuersalis, quapropter dum obiectum non est in debita distantia sensus, & quælibet potentia primo percipit magis vniuersale, quam minus vniuersale, primo.n.sentit, & videt oculus ruborem, quam colorem dicit Scot. cit. L, in illo extra, & hoc quia tunc, Phantasma cum intellectu agẽte producit ob maximam distantiam in intellectu possibili solum speciem magis vniuersalis, non speciem minus

Quid sit primum cognitũ.

Fortius mouens impedit minus forte.

nus vniuersalis, quia etiam tunc talis species minus vniuersalis etiam impediret actum cognitionis magis vniuersalis, veluti facit quando est in debita distantia, cum tunc etiam sit fortius mouēs, quare autem Phantasma minus vniuersalis primo producat (dum non est in debita distantia) speciem magis vniuersalis, & non potius suam propriam speciem, cum quodcumque agens naturale primò agat, & moueat ad cognitionem sui, quam aliorum, vide, quæ diximus controu.p. modo cit. respondendo ad argumenta pro prima co clus. constat ergo ex dictis p.& 2. not: naturas communes habere proprias species, & esse cognoscibiles cognitione propria abstractiua, quod idem pariter affirmandum erit de cognitione intuitiua.

Quare Pa... minus vniuersalis producat speciem.

Tertiò Not. ex Sco. quolib. 13. L, cognitionem intuitiuam, & abstractiuam specie distingui inter se eo modo, quo dictum est p.par. controu. 4. respondendo argumentis con. p. conclus. videlicet, quo ad relationes attingentiæ, & vnionis, mediantibus quibus relationibus potentia creata vnitur obiecto, non verò differre, quoad absolutum, vt ibi dictum est, etenim in cognitione abstractiua non est simpliciter relatio realis, cum vt etiam non existens possit cognosci abractiuè, in cognitione verò intuitiua relatio attingentiæ, vel vnionis est simpliciter realis, quia cognitio intuitiua terminatur ad rem in se existentem, abstractiua verò ad rem in specie, & proprio rappræsentatiuo cognitam, non requiritur tamen ad cognitionem intuitiuam, vt res sic cognita semper sit præsens præsentialitate potentiæ, quare si Deus causaret immediatè cognitionem ipsius A, distātis à potentia, nulla specie intelligibili mediante, adhuc talis cognitio diceretur intuitiua, licet esset obiecti absentis, quia terminatur ad obiectum cognitum in se, & non ad obiectum cognitum in specie, vel in proprio rappræsentatiuo rappræsentatum, vt Sco. docet 4. d. 10. q. 5. E, vbi dicit animam Christi in Eucharistia videre intuitiuè in Cœlo animam Sacerdotis, quia præsentia obiecti ad visionem intuitiuam solum requiritur, vbi cognitio fit primo non verò vbi fit se-

Cognitio intuit. & abstract. quomodo disting.

Quid ad cognitionem intuit.

secundo, & concomitanter, ergo tanto minus talis præsentia requiritur, vbi obiectum solum cõcurrit ad terminationem visionis, non verò ad productionem ipsius, hoc etiam modò discurrit Lich. quolib. 7. §. *ad instantias contra septimum* pag. mihi 37. & quolib. 13. §. *deinde occurrit respondendo ad omnes instantias* pag. 63. his notatis.

Dico Primo naturam communem, vt priorem natura singularitate, & hæcceitate esse cognoscibilem abstractiuè, etiam ab intellectu creato pro statu isto, licet non immediatè, cum vt sic non cadat sub sensu, est Sco. cit. & quolib. 13. R, vbi ponit discrimen in operando, & cognoscendo inter intellectum, & sensum, non tamquam inter potentias disparatas, veluti sunt auditus, & visus, &c. & quasi quod illud, quod à sensu percipitur non possit percipi ab intellectu, sed tamquam inter potentiam superiorem, & inferiorem, cum .n. intellectus sit potentia superior ipso sensu, non solum versatur circa particularia, verum etiam se extendit ad vniuersalia, non solum .n. intellectus cognoscit obiectum cum conditionibus materialibus hic, & nunc, verum etiam sub ratione absoluta, & quidditatiua omninò præscindente à supradictis coditionibus materialibus, sensus verò est determinatus ad cognoscẽdum obiectum solum, sub rationibus materialibus, & sub ratione existentis; colligitur etiam ex dictis controu. 7. concl. 2. an naturis scilicet communibus correspõdeant propriæ existentiæ, cum .n. naturæ communes habeant proprias existentias, & sint propriè entia distincta ab hæcceitatibus, & cum quodcũq; ens sit per se intelligibile eo modo, quo distinguitur à quocumq; alio ente, quia intelligibilitas est passio entis conuertibilis cum ente, non est denegandum, naturam communem vt præscindentem, & vt priorem naturam ipsa singularitate non posse habere propriam speciem illa naturam communem, vt distinctam à singularitate rappræsentantem, nam vt dictum est 2. not. & p. par. controu. 30. concl. 2. cum Sco. 2. d. 3. q. 11. D, & 3. d. 14. q. 4. infra A, magis vniuersale cognoscitur propria specie, veluti minus vniuer-

Differẽtia inter sensũ, & intellectum.

Natura communis propriã speciem.

uersale, quia sicut sunt entia distincta, ita debent habere proprias species ipsa rappręsentantes, & dictum est etiam ibi singulare non posse cognosci per speciem vniuersalis, sed per propriam, quia sicut vniuersale non est tota entitas singularis, ita pariter nec potest esse tota cognoscibilitas ipsius singularis, ergo pari passu philosophari debemus de natura communi, cum .n. talis natura, vt præcedens hæcceitatem sit entitas distincta ab hæcceitate, non videtur aliqua implicantia Deum non posse infundere speciem propriam rappræsentantem talem naturam communem, & ita cognosci ab intellectu abstractiuè sine singularitate, & vt præcedentem singularitatem.

Dico secundo naturam communem, vt priorem singularitate posse ab intellectu creato tum coniuncto, tum separato intuitiuè cognosci, est Sco. cit. p. d. p. q. 2. E, & quolib. 13. L, Lich. 2. d. 3. q. p. *§. his præmissis* quasi in fine, vbi dicit concedendo naturis proprias existentias, vt nos diximus cum ipso controu. 7. cit. concl. 2. con. Mastrium, & alios ibi cit. dicendum pariter esse tales naturas communes posse intuitiuè cognosci, cum cognitio intuitiua terminetur ad rem in se, & propria existentia existentẽ, neq; ad rationem, & ad terminandum cognitionem intuitiuam necessariò requiritur singularitas, vt videtur tenere Lichet. ibi, aliter neque Deus posset naturam communem, vt singularitate priorem intuitiuè cognoscere in essentia Diuina, (Deus .n. abstractiuè nihil cognoscit, cum sit cognitio imperfecta) quod est falsum, vt optimè notat Scot. q. 3. prologi *§. con. istud*, & *§. ideò dico*, vbi concedit intellectum diuinum (quicquid cognoscit) cognoscere ratione Diuinæ Essentiæ, aliter intellectus Diuinus vilesceret, quia aliquid reciperet à creaturis, & ab ipsis ad suam perfectionem moueretur, licet illa cognoscat ordine quodam, quia videlicet in primo signo cognoscit essentiam Diuinam, in secundo signo naturæ cognoscit quidditates virtualiter continentes veritates proprias, in tertio signo sunt notæ istæ veritates virtualiter contentæ in illis quidditatibus ipsi intellectui Diuino, licet non sit ibi ordo

Cognitio abstractiuè nõ est in Deo.

Intellectus Diuinus in essentia sua tantum.

ſecundi ad tertium, ſecũdum cauſalitatem, quaſi quod ſecundum aliquid cauſet in intellectu Diuino, ſed eſt ſolum ordo effectuum ab eadem cauſa, ita quod intellectus Diuinus cognoſcit obiecta eo ordine, quo ſunt cognoſcibilia, & ita ipſi intellectui cum iſto ordine præſentantur à Diuina eſſentia, cum ergo natura communis ſit eſſentialiter prior natura hæcceitate, debet vt ſic primò præſentari à Diuina eſſentia ipſi intellectui, & vt ſic primò debet cognoſci ab intellectu rectè cognoſcente, aliter ſi non cognoſceret obiecta illa cum tali ordine, neſciret quodnam obiectum ſit continens virtualiter aliud, & quodnam contentum; benè verum eſt, quod licet primò vnum, quam aliud cognoſcat, non tamen vnum eſt altero notius, vt notat ibi Lichet. quia hoc dicit imperfectionem in cognitione Diuina, quod videlicet vnum obiectum ab ipſo cognitum ſit notius altero, eſt ergo vnũ primò notum quam aliud, non verò notius altero, ſed eſſentia ſua omnia obiecta fiunt intellectui Diuino ęquè nota, non videtur ergo inconueniens Deum non poſſe

Intellectus Diuinus ordine quodam cognoſcit.

pro illo inſtanti, pro quo natura ſupponitur prior ſingularitate infundere in intellectu creato, tam ſeparato, quam coniũcto cognitionem intuitiuam ipſius naturæ, vt ſic prioris ſingularitate, neq; ad hoc poteſt aſſignari aliqua repugnantia, cũ ipſa natura, vt ſic prior, ſit cognoſcibilis ex dictis, neq; requiritur, vt cognitio, qua aliquid cognoſcitur tempore ſubſequatur obiectum cognitum, aliter neq; Deus ſe ipſum ab æterno cognouiſſet, neque Chriſtus in primo inſtãti ſuæ conceptionis omnia cognouiſſet, neque in tali inſtanti fuiſſet Beatus, quod tamen negat Sco. 3. d. 14. q. 2. *§. tertio modo*, & d. 18. q. vn. *§. eſt igitur*, benè verum eſt, quod intellectus creatus coniunctus non poteſt ſic illam cognoſcere, quia natura, vt ſic nequit illum mouere, cum non ſit quanta, nec ſenſibilis, & potentiæ pro iſto ſtatu præcedant per ſenſibilia propter ordinem potentiarum.

Dico tertio non ſolum natura, vt prior ſingularitate eſt per ſe cognoſcibilis intuitiuè, & abſtractiuè, verum etiam, vt prior ſua propria exiſtentia, quæ eſt modus ipſius, quæ exiſtentia, vt dictum eſt

Natura cognoſci poteſt, vt prior ſua exiſt.

est controu. 7. concluſ. p. præcedit in ipſa natura ſingularitatem, eſt Sco. cit. & Lich. quol. 13. §. *deinde occurrit reſpondendo ad omnes instantias.* Probatur eò quia natura non dicitur vera res extra cauſas per ſuam exiſtētiam, quaſi quod lapis v. g. dicatur vera res extra animam præcisè per ſuam exiſtentiam, ſed ſe ipſa, & ſuâ quidditate, aliter non eſſet quidditatiuè res, nec quidditatiuè lapis, cum exiſtentia lapidis non ſit quidditatiuè res, nec lapis, ſed modus rei, imò ſi per impoſſibile ab eſſe quidditatiuo eſſentię lapidis non dimanaret exiſtētia modus proprius adhuc lapis eſſet verè lapis, & quidditatiuè res, cum non ſit res quidditatiuè per exiſtentiam, quia res, ſeu ens non dicitur quidditatiuè de modis, neq; in illis imbibitur, vt dictum eſt controu. 2. itaq; exiſtentia non requiritur, neque vt ratio mouendi, neque vt conditio neceſſaria ipſius rationis formalis mouendi, quaſi quod ſi per impoſſibile res non haberet exiſtentiam, ipſa non poſſet mouere, vel terminare viſionem, ſic .n. res non poſſet cognoſci ſine modo, quod tamen omnes Scotiſtæ cum Sco. neg. & licet exiſtentia intimior ſit eſſentiæ lapidis v. g. quam intelligibilitas, quia de lapide intelligibilitas dicitur ſecundo modo exiſtentia verò non egreditur primum dicendi modum ſaltim poſitiuè, vt dictum eſt controu. 7. concluſ. p. tamen ipſa exiſtentia per impoſſibile circumſcripta adhuc ineſſet eſſentię lapidis intelligibilitas, quia ipſa inſequitur naturam, & entitatem primam eſſentię, & in quantum eſt ens quidditatiuè, & quando dicitur quod cognitio intuitiua eſt rei exiſtentis, vt exiſtens eſt, non debet ſimpliciter, & abſolutè intelligi hoc modo videlicet, quaſi quod exiſtentia ſit conditio ſimpliciter neceſſaria, vel ratio terminandi, vel mouendi, ſed quia de facto impoſſibile eſt naturam eſſe præſentem ſecundum eſſe reale, & quidditatiuum, quin ſit præſens ſecundum eſſe exiſtentiæ, licet oppoſitum dicat Maſtrius in Phy. diſp. 5. q. 4. art. 3.

Exiſt. intimior intelligibilitate, etſi non in ſecundo modo.

Quomodo cognitio ituit. ſit rei exiſt. explicatur.

Dico quarto ſingularitatem non eſse conditionem neceſsariam ipſi naturæ, vt patet ex dictis eſt Sco. cit. & in p. d. 3. q. 6. §. *ad argumenta in oppoſitum*, vbi concedit ſingularitatem eſse conditionem

nem gignentis, non rationis gignendi, & hoc idem innuit p. d. 7. q. vn. §. *contra istud arguitur*, vbi probat con. D. Thomam essentiã Diuinam non esse rationem gignendi, quia omnis forma ellicitiua alicuius actionis, si per se est, per se agit illa actione, cum ergo essentia Diuina per se existat per se operaretur, & per se generaret, priusquam intelligatur in personis Diuinis, cum primo sit in se quã in Personis, quæ ratio Scot. nihil penitus probaret si ratio gignẽdi haberet aliquam conditionem necessariam, quia possent dicere aduersarij essentiam Diuinam, vt sic existentem non posse generare, quia requiritur conditio ad hoc vt forma, & ratio gignendi generet, quæ conditio est persona Diuina; hęc conclusio patet ex dictis conclus. præcedenti, si.n. singularitas esset conditio simpliciter necessaria ipsi rationi agendi non posset, vt prior natura singularitate terminare, neque mouere intellectũ, quod tamen est falsum, aliter non benè concederet Sco. p.d.p.q.2.E, intellectum videndo vniuersale creatum, & superius, quod est in suis inferioribus cum sui diuisione, videre confusè, sic enim nullo modo posset vniuersale, & superius sine inferiore videri; est ergo solum conditio agentis, idest singularis, eo quod singulare constituitur in esse singularis per ipsam singularitatem, quæ licet ipsi singulari non sit ratio agendi, sed solum natura, est tamen ipsi conditio simpliciter necessaria ad agendum, cum nullo modo ipsum singulare neque agere, neq; terminare possit actionem aliquam realem sine existentia, ita etiam docuit Lich. quol. 13. cit. in fine illius §. & Sco. quolib. 4. §. *ad argum. principale* per totum, vbi concedit primam entitatem incommunicabilem in Diuinis esse generationem actiuam primam Personam Diuinam constituentem, & consequenter solum supponentem principium formale, seu Diuinam essentiam cum memoria perfecta, quæ est quasi fundamentum talis relationis, ecce quomodo Sco. remouet à principio formali conditionem agendi, quam tamen conditionem concedit ipsi principio *quod*, nam quol. 2. P, & Q, concedit memoriam perfectam non esse principium agendi, nisi in supposito

Singularitas non est conditio necessaria agendi.

to conuenienti, quia ibi loquitur de principio *quod*, & quatenus actio habet denominare agens, ita proportionaliter loquendo, potest dici in proposito.

Contra primam, secundam, & tertiam conclusionem instatur si intellectus coniunctus, vel separatus (tenendo tamen, quod Deus se solo producat cognitionem in illis) posset cognoscere intuitiue, vel abstractiuè naturam communem, vt priorem propria existentia, sequeretur Sco. malè distinguere cognitionem abstractiuam ab intuitiua quolib. 13. L, & frequenter alibi, quatenus s. cognitio intuitiua est ad rem in se existentem, abstractiua verò habet pro motiuo aliquod in quo res ipsa cognita habet esse cognoscibile, siuè illud sit causa virtualiter cõtinens rem, vt cognoscibilem, siuè sit effectus ab ipsa re cognita productus, puta species, si ergo ratione huius, & illius motiui istæ cognitiones inter se distinguũtur, non poterit cognitio intuitiua terminare ad naturam communem, vt natura priorem existentia, & ab ipsa præscindentem, neque ab eadem natura, vt sic priori fieri, cum natura vt existens sit proprium motiuum, & terminatiuũ cognitionis intuitiuæ, pro vt ab abstractiua distinguitur.

Respon. ex Lich. quol. 13. cit. quod quando Scot. dixit ad cognitionem intuitiuam præ requiri rem propria existentia existentem, non debet intelligi in hoc sensu, videlicet, quod cognitio intuitiua terminetur, vel causetur à re propria existentia existente, quasi quod, ipsa existentia rei sit, vel ratio, vel conditio simpliciter necessaria ad talem cognitionem intuitiuam causandam, vel terminandam, & ad illam distinguendam, à cognitione abstractiua, sed solum ibi per propriam existentiam intendit excludere rappræsentatiuum, in quo res abstractiuè cognita necessariò cognoscitur, quia cognitio intuitiua non est ad rem in proprio rappręsentatiuo, & quia dum cognitio terminatur ad rem in se secundum suum esse quidditatiuum, terminatur etiam ad rem in propria existentia, hinc est, quod dicit Sco. cognitionem intuitiuam esse ad rem existentem, non tamen voluit affirmare ex hoc, quod existentia sit conditio

ditio simpliciter necessaria ad talem cognitionem, & dum Sco. dicit, quod cognitio abstractiua habet pro motiuo etiam causam, virtualiter continentem rem intuitiuè cognitam, est sanè hic Scot. intelligendus sic .n. Deus non cognosceret in essentia sua creatura, quæ etiam virtualiter continet eas, neque pariter Beati videndo eas in Verbo, intelligitur, ergo Sco. de causa continente effectum secundum omnem entitatem effectus, & eminentissimo modo, non de causa partialiter, & inadæquatè continente, veluti sunt causæ creatæ, quæ non continent suos effectus secũdum omnem entitatem effectus, & consequenter in ipsis causis ipsi effectus intuitiuè cognosci nequeunt, ita Sco. p. d. 2. q. 7. sup. G, & 3. d. 14. q. 5. B, vbi dicit, quod cognitio intuitiua perfecta est alicuius præsentis in se, vel in aliquo, in quo habeat perfectius esse, quam in se ipso, hoc idem habet 4. d. 10. q. 8. B, & C.

Res in intuit. cognit. quo modo.

Contra, si singularitas, & existentia non essent conditiones simpliciter necessariæ ad cognitionem intuitiuam naturæ, sequeretur naturæ prius inesse sibi id, quod inest per accidens, quam illud, quod sibi inest per se, sed hoc est contra Sco. 3. d. 2. q. 2. G, & con. ipsam rationem, nam quod inest alicui per se inest pro illo primo instanti, pro quo aliquid potest sibi inesse, aliter non inesset sibi per se, sed per accidens, ergo quod inest alicui per se, non potest ab eo, quod inest per accidens antecedi, probatur sequela singularitas, & existentia propria cum sint intrinsecè naturæ insunt illi per se, producere verò, seu terminare visionem intuitiuam, vel abstractiuam inest naturæ solum per accidens, ergo si per impossibile ipsi naturæ non inesset propria existentia, vel singularitas neque minus inesset sibi posse producere, vel terminare cognitionem intuitiuam, vel abstractiuam.

Respon. ex Scot. q. 3. prologi §. *ideò dico aliter*, & 2. d. p. q. p. §. *quantum ad tertium, art.* existentiam prius inesse naturæ, quam sibi insit ipsa potentia terminandi, vel producẽdi visionem intuitiuam, seù abstractiuam, non solum, quoad producere, ipsam cognitionem intuitiuam, vel abstractiuam, sed etiam quoad producere, vel termina-

re,

re, eò quia vt dictum est controu.7. conclus.p.in fine iam sæpè cit. cum Sco ibi cit. existentia dicitur de natura etsi non in primo modo dicendi per se positiuè, saltim tamen negatiuè, quatenus .s. non est in secundo modo, veluti est passio rei, seu intelligibilitas, itaq; primò inest naturæ existentia, quam sibi insit posse terminare, vel producere visionem, seu intuitiuam, seu abstractiuam; iste tamen ordo non est ordo effectuum inter se, vt dicit Scot. 2. cit. quasi quod secundus effectus, vel quasi effectus causetur à primò, & dato per impossibile, quod non sit primus effectus, nec pariter debeat dari secundus, quia vt ibi Scot. essentialior est ordo effectuū ad causam, quam effectuum inter se, quia ideò effectus sunt ordinati, & habent dependentiam inter se, quia habent dependentiam à causa, quapropter si negetur ordo inter se, non debet denegari ordo eorumdem effectuum ad causam, quia propter minus impossibile non est concedendum maius impossibile, singularitas verò, sequitur ad potentiam, mediante quā potentia natura potest terminare visionem,

Intelligibil. antecedit singularit.

cum sit eius propria passio, & & passio antecedat singularitatem ex Sco. 2. d. 3. q. p. & locis supracit.

Conductum est 1. par. cōtrou. 30. conclus. 2. cum Sco. 3. d. 14. q. 3. inf. A, & 2. d. 3. q. 11. D, & vt modo dicebamus in 1. concl. singulare nō posse cognosci per speciem vniuersalis, eo quia sicut animal in essendo non est tota entitas singularis, ita pariter neque in cognoscendo, adeò quod sicut singulare addit aliquid supra vniuersale in essendo, ita species rappręsentans singulare, & vniuersale debet addere aliquid supra speciem solum rappræsentāte vniuersale, modo id quod dicitur de specie impressa, debet pariter dici de specie expressa, seu de cognitione, si ergo posset videri natura communis, vt prior existentia, & singularitate, ita quod non esset essentialis ordo effectuum inter se, & nō solum in ordine ad causam, cognitio illa rappræsentans naturam, vel solum rappręsentaret naturam, vel aliquid supra naturam, nempè existentiam, vel singularitatem, si secundum habeo intentum, si primum hoc dici nequit, eo quia debet esse tanta expręssiui-

sinitas in cognitione, quanta expręssibilitas est in re cognita, cum in hoc sint adæquata videlicet in exprimere, & exprimi, ergo sicut in re cognita est tantum natura communis, & nihil aliud rappræsentabile, ita in cognitione debet esse solum commune specificum rappræsentans, & exprimens, & ita intellectus cum obiecto producerent vniuersale in se sine singularitate, & existentia, quod videtur absurdum.

Respondetur ex Sco. cit. in argum. & 3. d. 14. q. 3. E, argumētum vnum falsum supponere eandem videlicet cognitionem numero esse rappræsentatiuam, tum naturæ communis, tum singularitatis, quod tamen est omninò falsum, etenim licet singulare pro statu isto non possit cognosci sub propria ratione singularitatis, aliter intellectus creatus posset ponere discrimen inter duo indiuidua eiusdem speciei omninò similia, & tamen experientia constat oppositum, solùm ergo intellectus pro statu isto cognoscit illud, quod potest immediatè gignere Phantasma, cùm intellectus pro hoc statu non immutetur immediatè, nisi à Phantasmate, vel à Phantasiabili, entitas verò singularis non est propria ratio gignendi Phantasma, sed talis ratio est sola entitàs naturæ, præcedens illam entitatem singularem, quæ entitas singularis est solum nata mouere intellectum, & non aliam potentiam, ideò ex coniunctione intellectus ad Phantasiam pro statu isto non potest mouere intellectum, itaq; singularitas in cognitione illa rappræsentante naturam communem non esset ratio rappræsentans, sed solum quid naturaliter, & necessariò prærequisitum ad existentiam rappręsentantis, siuè conditio rappræsentantis, cum non solum illa cognitio sit ratio rappræsentandi, verum etiam est rappræsentans, vt dictum est vltima conclusione.

Singulare non cognit. pro statu isto.

Contra vltimam conclusionem instatur si singularitas non esset conditio necessaria ipsi naturæ communi adeò quod ipsa natura communis posset mouere intellectum (saltim separatum) ad intellectionem sui, ergo vniuersale posset agere, & ita esset falsum illud commune axiome Aristotelicum, & p. met. cap. p. actiones .s. esse

sup-

ſuppoſitorum, quod axioma declarans Scot. 4. d. 12. q. 3. *ad ſecundum principale* dicit debere intelligi, vel de ſuppoſitis, vel de habentibus modum ſuppoſiti, veluti ſunt ſingularia, vt accidentia ſeparata, & anima rationalis, quod quidem axioma non eſſet ſic explicandum, ſi natura, vt prior ſingularitate poſset operari, & aliquo modo agere, ſed potius deberet abſolutè negari, ergo &c.

Reſpon. ex dictis concl. 3. cum Lich. quolib. 13. cit. & Sco. 2. d. p. q. p. §. *quantum ad 3. art.* cit. in reſponſione argum. præcedentis concluſionis neg. conſequentiam, poſſe videlicet vniuerſale, ſeu naturã communem agere ſine ſingularitate, & ſine exiſtentia formali propria, eo quia licet (vt dictum eſt) ſingularitas, & exiſtẽtia non requirantur vt conditiones ſimpliciter neceſſariæ ad agendum, quaſi quod ſi per impoſſibile natura eſſet extra cauſas ſuas, tum ſine ſingularitate, tum ſine exiſtentia, nõ poſſet agere, & intellectu tũ mouere, requiruntur tamen ſingularitas, & exiſtentia, vt quoddam naturaliter præſuppoſitum ad exiſtendum, cum non poſſit natura in eſſe permanere, quin ab ipſa natura communi, naturali quadam præſuppoſitione primo dimanet exiſtentia, & ſingularitas quam operatio, & motio ad intellectionem ſui, cum actualis motio inſit ipſi naturæ per accidens, ſingularitas verò, & exiſtentia inſint per ſe, tam quoad eſſe poſſibile, .ſ. quantum ad poſſe ſingularizari, & poſſe exiſtere, verum etiam quoad actualiter exiſtere, & actualiter ſingularizari.

Contr. operatio cauſæ eſſentialiter præſupponit eſſe cauſæ, vt omninò indiſpenſabile, ergo cum ſingularitas, & exiſtentia requirantur ad eſſe cauſæ, cauſa nequit eſſe ſine illis, requiruntur pariter, & præſupponũtur vt conditiones ſimpliciter neceſſariæ ad operationem eiuſdem cauſæ, cum impoſſibile ſit intelligere prouenire ab aliquo operationem aliquam, quin primò illud operans intelligatur habere eſſe, & omne neceſſarium prærequiſitum ad ſui eſſe, veluti ſunt ſupradictæ conditiones.

Reſpon. ex Sco. quolib. 4. §. *ad argum. principale* (vt dictum eſt in probatione concluſionis) operationem cau-

Operari quodnã esse supponat.

sæ essentialiter, & simpliciter supponere esse causæ essentiale non verò existentiale, nisi naturali quadam suppositione effectus ad effectum, dum .n. duo effectus, vel quasi effectus proueniunt ab aliqua causa vt Sco. docet 2.d.p. q.p. cit. ordine quodam, .s. quod secundus præsupponat primum naturali quadam suppositione ex necessitate causæ, quæ primò producit primum, quam secundum effectum, non requiritur tamen, quod primo producat primum tanquam conditionem, vel quid prærequisitum ad productionem secundi, & quasi quod illo primo sublato, secundus effectus amplius nõ possit prouenire à causa, ita est in proposito de existentia, singularitate, & operatione si enim existentia, vel singularitas essent realiter distinctæ, ab essentia naturæ, essentq; veri effectus, tunc prodirent ab ipsa essentia naturæ, nulla existentia, & singularitate antecedente, ne detur processus in infinitum, sed à sola natura, ita dato casu quod ab ipsa natura non necessariò primò dimanet existentia, & singularitas, adhuc tamen posset prouenire ab ipsa natura sola operatio, & motio ad sui cognitionem, nam vt inquit Sco. quolib.p. §. *de 2. art.* L, vbi dicit, quod qualis est ordo vbi aliqua sola ratione distinguuntur, talis est vbi realiter distinguũtur, cum distinctio maior, vel minor non variet rationes formales rerum, talis ergo ordo non est ordo essentialis, neque effectuum inter se, neq; effectuum in ordine ad causam, modo supra explicato, sed est solum ordo causæ in ordine ad effectus, quę causa vnum per prius, alterũ per posterius producit.

Contr. dictum est controu. p. concl. 3. cum Sco. p. d. 8. q. 3. §. *teneo meam opinionem* neque Deum, neque aliquid dictum de Deo esse in genere, quia genus, & quodcumq; commune abstrahens à suis inferioribus non est in vltima actualitate, & perfectione, sed est in potentia ad vltimam perfectionem sui, ergo implicat aliquam operationem, veluti est intellectio, & quælibet alia operatio prouenire à natura, vt natura præcedente suam existentiam, & singularitatem, tunc enim effectus esset maioris actualitatis, & existentiæ, quam sit ipsa causa, & conse-

sequenter maioris perfectionis, ergo ad hoc, vt natura operetur, requiritur existentia, non solum vt quid naturaliter præsuppositum, verum etiam vt conditio præ requisita ad operari, si enim obiectum inquantum causa intellectionis non prærequireret existentiam, & singularitatem, neq; pariter intellectus altera concausa partialis intellectionis suam requireret existentiam, cum non sit maior ratio de vna, ac de alia causa, & ita non posset assignari à qua causarum intellectio ipsa, & effectus haberet esse existentiale, & omninò actuale, cum talis existentia, & singularitas non reperiatur in nulla ex causis dato tali casu, ergo &c.

Respon. ex dictis existentiam, & singularitatem rei non produci a causis ipsam rem, & effectum producentibus immediatè, sed solum mediatè, immediatè .n. cum sit modus intrinsecus rei producitur ab ipsa re, & essentia, ipsa enim essentia ab agente producta est illa, à qua dimanant, & existentia, & singularitas, quapropter dato etiam per impossibile, quod detur esentia obiecti sine existentia, & singularitate, pariter, & esentia intellectus, adhuc tamen esentia intellectus, & esentia obiecti posent producere operationem, & intellectionem singularem, & existentem.

A quo exist. & singularit.

Contr. dictum est cum Sco 2. dist. 3. q. p. G, & H, & q. 3. B, naturam communem, vt priorem natura singularitate ese indifferentem, & in potentia ad quamlibet differentiam indiuidualem, cum quantum est ex se posit ese cum qualibet, ergo si ab illa natura communi dimanaret talis differentia indiuidualis, vel omnes simul, vel nulla, cum non detur maior ratio de vna, quam de alia differentia indiuiduali, & natura sit æquè indifferens ad omnes, & idem sequitur de existentia, quæ cum sit modus ipsius rei est eiusdem rationis in omnibus indiuiduis, & cum etiam illa existentia dimanet ab esentia reali naturæ, quam supponit, veluti modus supponit id, cuius est modus ex Scot. cit. & Lich. quolib. 13. §. *deinde occurrit* non magis resultaret hæc, quam illa existentia, cum natura sit indifferens etiam ad omnes existentias.

Respon. in hoc ese recurrendum ad primam causam,

& hoc necessarium est in omni actione tam causæ æquiuocæ, quam vniuocæ, quarum quælibet in omni sua actione est indifferens vel ad plures effectus specie distinctos, loquendo de æquiuoca, vel saltim numero loquendo de vniuoca, & quare modo producant effectum A, & non B, nulla potest assignari ratio à priori, nisi determinatio diuinæ voluntatis: ita in proposito ab essentia reali naturæ communis quantum est ex se natæ sunt dimanare omnes differentiæ indiuiduales, & illa quantum est ex se nata est sibi illas identificare, cum ad omnes sit æqualiter in potentia, & indifferens ad omnes differentias, vt supra dictū est, & pariter ad omnes existentias, cum omnes sint eiusdem rationis, quare autem hac, vel illa existentia existat, hanc, vel illam sibi identificet singularitatem nulla ratio assignari potest à priori nisi recursus ad primam causam, vt videtur innuere Sco. 2. d. 18. q. vn. §. *dico igitur*.

Quare vnum non alium effectum causa producat.

CON-

CONTROVERSIA DECIMA.

An si natura per impossibile esset sine existentia, & singularitate esset etiam sine Duratione.

QVia dictum est controuersia præcedenti neque existétiam, neque singularitatem esse conditiones ita necessarias ad operari, vel ad intelligi in natura, adeo, quod ipsis sublatis per impossibile, adhuc natura non permaneat per se, & intrinsecè intelligibilis, tum intuitiuè, tum abstractiuè, vt ibi probauimus, nam, vt optimè docet Lich. quol. 13. §. *deinde occurrit* essentia secundum suam entitatem realem est prior existentia reali actuali, ita quod talis essentia est vera res habens esse simpliciter, & verum esse actuale, vt distinguitur ab esse possibili, siue ab esse potentiali, siuè contra suum esse obiectiuü, & simpliciter est perfectior sua existentia reali actuali, ita quod non est imaginandum, quod lapis secundum suam entitatem quidditatiuam actualē extra intellectum præcisè dicatur res ratione suæ existentiæ, & non potius ratione essentiæ, hoc .n. videtur impossibile cum .n. existentia sit modus intrinsecus realis ipsius essentiæ ab ipsa dimanans, & ipsa existentia posterior ipsa essentia non potest verè dimanare, & verè esse modus nisi alicuius realis, & quidditatiuè extra suas causas, & in-

intellectum existentis, vt dicebamus controu. præced. & controu. 7. concl. p. vbi probatum est naturis communibus primò correspondere proprias existentias, veluti modos proprios intrinsecos, hinc quæritur modo an dato tali casu, quod per impossibile non dimanet à natura neq; existentia, neq; singularitas, an ipsa natura communis dicatur existere, quomodo, & per quid; vnde pro introductione veritatis.

In Diuinis datur prima entitas.

Notandum est primo ex Sco. quolib. p. §. *de primo* in Diuinis necessario dandam esse primam entitatem realem, & ex natura rei propria existentia existentem, quæ prima entitas secundū suam rationē formalem, & quidditatiuam inspecta est omnibus alijs formalitatibus originatiuè ratio essendi, aliter si nulla daretur sic prima entitas quæ ex natura sua, & ab intrinseco nullam aliam entitatem priorem præ exigeret nulla esset entitas prior, & per consequens neque aliqua alia posterior; illa ergo prima entitas est sola, ratio essendi alijs entitatibus, quæ ibi sunt ex natura rei, quod intelligitur, vel essentialiter, cum sola essentia sit ratio essendi quidditatiuè, vel originatiuè, etenim, etiam Paternitas, & filiatio sunt rationes essendi Patri, & Filio, cum mediantibus illis, Pater, & Filius in esse hypostatico, & Personali, non tamen essentialiter, & originatiuè, quę tamen prima entitas licet sua quidditate sit realis, & ex natura rei existens, nō tamen sic sua quidditate præcisè dicitur existēs, sed alio superaddito, videlicet existentia, quæ tùm in creatis, tùm in Diuinis dicitur modus rei, non verò de essentia, & quidditate, vti probatum est p. p. controu. 6. conclus. p. quia quandocumq; aliqua duo in suis præcisissimis, & abstractissimis conceptibus non se includūt in nullo se includunt, cum ergo essentia vt sic, & existentia vt sic præscindentes à creata, & increata non se formaliter includant, nec vnus conceptus sit de conceptu formali alterius neq; se includent in aliquo inferiori nempè in Deo, vide ibi alias probationes, sic itaq; prima entitas realis, tam in Diuinis, quam in creatis à qua omnia dimanant est ipsamet essentia rei à qua primo dimanat sua existentia, quæ postea

Existētia semper modus.

Ab essentia p. exist. dimanat.

stea ipsamet essentia dicitur formaliter existens, & secundo dimanant cætera alia, videlicet (loquendo de creata essentia) singularitas quæ postea vnica existens est ratio singularizandi cætera prædicata transcendentalia, vt optimè docet Lich. 2. d. 3. q. 3. & licet essentia Diuina secundum suam formalitatem, & quidditatem formaliter non includat suam existentiam, qua dicitur formaliter existens, dicitur tamen perfectissima entitas realis, & in vltima actualitate, quia licet non includat formaliter existentiam includit tamen illam originatiuè, & necessariò identicè, aliter, neq; etiam posset dici perfectissima, & quo maius excogitari non potest, cum secundum nos formaliter non includat attributa, & cæteras perfectiones, & quia tamen illa necessariò originatiuè, & identicè includit, talis inclusio identica sufficit ad hoc vt Diuina essentia ita perfecta dicatur, quo maius excogitari non possit, idem currit de existentia, & si non includatur quidditatiuè in ipsa essentia Diuina; neq; pariter dicitur ita in potentia ad existendum secundum se inspecta,

Singularitas omnia prædicata singularizat.

veluti essentia creata realis, quia essentia creata non solū includit quidditatiuè suam existentiam, sed neq; etiam illam necessariò sibi identificat ex se, & adæquatè, cum ipsa essentia rei creatæ, sit in potentia ad aliam existentiam, quam modo sibi identificat, & quod modo sibi identificet existentiam, A, & non existentiam, B, ad hoc determinatur à prima causa, vt dictum est præcedenti controuersia in fine, qua propter ipsa essentia creata dicitur in potentia contradictionis ad hanc, vel illam existentiam, quod non est ita de essentia diuina respectu propriæ existentiæ, quæ existentia, cum vnica sit illam sibi necessariò identificat, & à se Diuina essentia, & hoc est valdè notandum ad ponendum discrimen inter essentiam Diuinam, respectu propriæ existentiæ, & essentiam creatam respectu suæ.

Essentia Diuina non dicitur in potentia ad exist.

Essentia creata dicitur in potentia ad existen. contradic.

Secundo Not. ex Sco. quolib. 12. §. *de secundo art.* quod cum isto respectu creaturæ habentis esse ad Deum, vt à quo habet esse possunt concurrere diuersi respectus, primus est respectus ipsius esse ad nō esse ipsius immediatè præcedens, qui respectus non di-

Mãlis respectus cum respectu depend.

dicitur realis, quia non est ad terminum positiuum, secundus est respectus ipsius esse ad se ipsum vt præ habitum, qui nec etiam dicitur in rigore realis, quia est ad se ipsum, & eiusdem ad se ipsum non est respectus realis, & quia creare, & conseruare, non solum dicunt respectum dependentiæ ipsius creaturæ ad Deum, verum etiam connotant alium respectum .s. ad non esse præcedens loquendo de creatione, & ad se ipsum, vt præhabitum loquendo de conseruatione, hinc fit, quod manente semper eodem respectu dependentiæ creaturæ ad Deum, solum tamen in primò instanti res dicitur creari, quia tūc solum fundat respectum ad non esse immediatè præcedens, & post illud instans, res solum dicitur conseruari, quia solum post illud instans primū esse rei habet immediatum ordinem ad se ipsum quasi præ habitum, dum .n. aliquid duo importat vnum pro formali, aliud pro connotato, vno illorum sublato, non est amplius formale illius, vt habet Sco. cit. & 4. d. p. q. 2. G, quia .n. (inquit Sco. quol. 12. cit.) illi duo respectus siuè sint formaliter importati à creatione, & conseruatione, siuè sint connotati tantùm, de quo modo non curat, non sunt in eodem instanti, hinc fit, quod manēte eodem respectu dependentia creaturæ ad Deū, negatur idem posse simul creari, & conseruari.

Quid creatio, & conseruatio.

Tertio Not. ex Sco. quolib. 12. cit. §. *de tertio principali* nullam esse implicantiam aliquam rem permanentem verè, & realiter durare per solum instans, adeò quod post illud instās in quo accipit esse imediatè destrui possit, & detinere esse, & hoc patet de instanti temporis, quod solum per instans durat, similiter de mutatione instantanea, talis .n. res permanens solum durans per instans differt ab istis successiuis, eo quia res illa instantanea, & illud instans non possunt nisi pro illo instanti, ex natura sua, & ab intrinseco (etiam spectata Dei Omnipotentia) durare, res verò permanens licet pro illo instanti totū suum esse acquirat, & propter hoc distinguatur à re successiua de cuius ratione est recipere totum suum esse in instanti, ex sua tamen natura potest post illud instans durare, ex quo pa-

Res tantum per instans durat.

patet non esse solam quæstionem de nomine, dum quærimus, an res possit solum durare per instans, & an talis duratio sit vera duratio, vt dicunt Mastrius, & Bellutus in Phy. disp. 13. q. 2. art. p. cum duratio secundum ipsos formaliter importet existentiam rei connotando coexistētiam ad rem successiuam, illa .n. mutatio instantanea, & instans temporis suo modo durant, nec aliter durare possunt, neq; tamen negandum est non durasse quando corrupta sunt, & hoc propriè loquendo, sicut quælibet alia res durare dicitur, vel durasse, quando corrupta est, vt optimè explicant Lich. & Tattaret. loco supracit. contrariorum .n. eadem est disciplina, sicut ergo aliquid incipiens in tempore, veluti sunt successiua, de quorum ratione est incipere in tempore, & in instanti desinere, & tamen illa desitio dicitur vera desitio, cur res permanens, & in instanti incipiens non poterit verè desinere in tempore immediatè sequenti, & illa dici vera desitio, & consequenter sua duratio solum per instans dici vera, & realis duratio, cum desitio habeat pro termino à quo rem durantem, & consequenter vera desitio rem vere durantem à simpliciter ad simpliciter, & à secundum quid ad secundum quid; his notatis.

Contrariorum eadem est disciplina.

Dico primo. Durationem non posse addere aliquid realiter distinctum supram rem ipsam cuius est duratio; est Sco. cit. & 2. d. 2. q. 2. A, & H, probatur ex ipso modo cit. nam illud superadditum esset quid posterius ipsa re cuius est duratio, maximè secundum ipsos aduersarios, cum duratio supponat id, cuius est duratio, & super adueniat rei existenti, vel stanti, omne autem prius potest esse sine suo posteriori realiter distincto, cum ad hoc nulla possit assignari repugnantia, ibi enim essent omnia signa separationis realis, & hæc distinctio realis sufficit ad arguēdam separationem realem inter se, cum nulla possit intercedere depēdentia essentialis prioris ad posterius, cum ergo res durans sit realiter distincta secundum ipsos ab ipsa duratione, & quid prius nulla erit repugnantia rem existere realiter absq; duratione illa superaddita, quod tamen inuoluit implicantiam, rem .s.

Duratio non importat quid realiter distinctum.

Prioris ad post. non est essentialis depē.

esse extra causas, & permanere in esse, non corrumpi, & tamen formaliter non durare, distinctio .n. realis aliquorum inter se, arguitur vel ex separabilitate actuali, vel potentiali, vel quod se habeant inter se sicut illa quorum vnum est separabile ab altero, præterea illud realiter superadditum rei duranti esset aliquid extra causas, non destructum, permanens, & alteri coexistens, veluti res cuius est duratio, ergo etiam illius superadditi deberet assignari duratio, & supperadditum, quo duraret, vel ergo tale superadditum esset realiter distinctum ab ipso, & ita arguitur vt supra, vel nullo modo, sed se ipso duraret, & ita etiam prima entitas nulla superadditia entitate realiter distincta durare posset, veluti secunda entitas se ipsa durat; Nec dicas non esse eandem rationem de prima entitate, seu de re durante, & de ipsa duratione, eo quia res durans, seu prima entitas durat vt quod, & in recto, duratio verò, seu secunda entitas, licet sit realiter distincta à prima entitate, & à re durante solum, tamen durat vt quo, estque ipsi rei duranti ratio durandi & in omni ente datur id, quod est tale, & id, quo est tale, quod se ipso est tale, vt habet Sco. quol. 3. Q. & 2. d. 3. q. 6. §. *ad quæst.* licet .n. duæ hæcceitates non sint realiter eædem inter se, non sunt tamen verè, & in rigore distinctæ, cum potius sint rationes distinguendi, vt supra dictum est controuersia Octaua, quam vnitatem .s. conseruet natura communis in suis inferioribus in respon. ad argum. contra vltimam conclus. in fine. Non valet inquam, nam illud superadditum cum veram rationem entis imbibat, & propriam habeat existentiam, veluti prima entitas, & res non videtur posse stare, quod etiam illud non duret, cum hoc ex sua ratione formali importet durare in sua videlicet existentia, & permanentia, simul cum alia reexistere, & à Deo in suo esse conseruari secundum ipsos aduersarios, quodcumq; .n. ens secundum quod est ens ab alio distinctum potest, vt sic inspici, & considerari, vt conseruatum nullo superaddito inspecto, dum .n. in se intelligitur intuitiuè, licet aliud à se distinctum non cointelligatur adhuc tamen vt existens extra cau-

Ex quibus dist. realis arguatur.

Resp. tacita tollitur.

causas, & vt conseruatum intelligitur, quod est formaliter durare secundum ipsos, ergo &c.

Dico secundo. Durationē non posse formaliter importare existentiam rei durantis connotando respectum coexistentiæ alicui durationi, vel reali, vel imaginariæ; est Scot. cit. est tamen con. Mastrium, & Bellutum cit. Probatur datur res formaliter durans absq; eo, quod fundet respectum istum coexistentię alicui durationi, vel reali, vel imaginariæ, fundatum in suo esse præhabito, ergo talis respectus non complet rationem formalem durationis; probatur antecedens, res cui repugnat durare plusquam instans, veluti sunt instantia temporis, & mutationes instantaneæ, ista verè, & formaliter durāt, & tamen non per respectum coexistentiæ ad rem successiuam, vel realem, vel imaginariam, quia cum non possint durare nisi per instans repugnat omninò, vt in suo esse vt præhabito fundetur iste respectus coexistentiæ, talis .n. respectus supponit in esse, in quo fundatur aliquam successionem, vel saltem ordinem prioris, & posterioris, cum illud esse, vt præhabitum supponatur tali respectui, seù supponatur illi, cui coexistere habet in secundo instanti, talis autem ordo prioris, & posterioris non potest dari in re indiuisibiliter permanente, & in instanti simpliciter transeunti, ergo &c. Imò si per impossibile nulla foret possibilis successio, vel res citra Deum adhuc tamen Deus esset, & verè diceretur durare æternitate, neq; tamen per respectum huius coexistentiæ ad rem, vel permanentem, vel successiuam, quia quælibet talis res vel permanens, vel successiua per possibile, vel impossibile aufertur, neq; tamen ex ablatione, & subtractione creaturarum Deus debet subtrahi, & auferri, aliter magis impossibile sequeretur ex minus impossibili, & ita impossibile ex possibili, etenim si à minus impossibili auferatur vna ratio impossibilitatis non remanet amplius impossibile, magis tamen impossibile cum habeat duplicem rationem impossibilitatis, si vna ratio auferatur impossibilitatis, adhuc remanet impossibile, & ita si magis impossibile fieret ex minus impossibili, impossibile fieret ex possibili,

Duratio non importat coexistentiam.

li, idem habet Sco.2. d.p.q.p. L, si.n.sublatis (per impossibile) creaturis auferreretur Deus, ipse Deus non esset summa necessitate necessarius, & tanta necessitate, quo magis necessarium excogitari non possit, quia tunc posset excogitari aliquod magis necessarium, videlicet permanens sublatis creaturis, quod quidem esset magis necessarium; quam ipse Deus, præterea res absoluta in se præcisè inspecta, & intuitiuè visa, secluso quolibet respectu ad aliud verè intelligitur existens, & extra causas stans consequenter durans; ergo talis respectus coexistentiæ ad rem realem, vel imaginariam non potest complere rationem durationis, cum antecedenter ad talem respectum res intelligatur durare.

Magis impossibile non fit ex minus impossibili.

Dico tertio. Durationem non posse formaliter importare negationem desitionis connotando existentiam rei durantis, est Sco.cit.quolib.6. §. *con. istud obijcitur* est tamen con. Lich. Tattaret. in eodem loco, & Patrem Vulpium p. par. disp. 17. Probatur ex supradictis controu. præcedenti si per impossibile ab essentia reali extra suas causas producta non dimanaret ipsa existentia, adhuc talis essentia esset vera res realis non corrupta, & in suo esse permanens, neque fundans negationem desitionis, ergo ad complendam rationem formalem durationis non requiritur, vt connotetur ipsa existentia rei, quando enim ad formale alicuius plura concurrunt vno illorum sublato non habetur amplius tale formale esse, vt not.2. cum Sco.quol.12. §.*de 2. art.* cum ergo negatio decisionis æqualiter possit fundari supra essentiam realem, & primum terminum productionis realis, ac supra existentiam sequitur, durationis connotatum adæquatum non posse esse existentiam solam, his, & alijs rationibus supra adductis conclusionibus præcedentibus sufficienter remanet probatum, durationem non posse aliquid positiuum ex natura rei distinctum addere supra rem durantem, vt optimè Sco.2. d.2. H, quia secluso quocumque ex natura rei distincto ab ipsa essentia, vel existentia rei verè intelligitur formaliter durare, & in suo esse permanere, patet etiam non posse importare vtrumque for-

Duratio non negatio nem durationis.

formaliter, videlicet existentiam, & negationem desitionis, quia hoc modo duratio formaliter non esset vnum per se, cum ex positiuo non possit fieri vnum per se, nec facere per se vnum conceptum, vt Sco. quol. 12. §. de 2. *art.* in fine, vbi licet loquatur de c eatione, & conseruatione, est tamen idem ad propositum, & quando dicitur durationem connotare negationem desitionis intelligitur negatiuè, siuè præcisiuè, quatenus non addit nec connotat quid positiuum, non verò affirmatiuè, quasi quod duratio connotet, & addat negationem, quia negatio negationis est affirmatio opposita.

Dico quarto. Durationem formaliter, & primario non posse importare negationem desitionis est Sco. cit. & 2. d. 2. q. p. infra A, vbi dicit, quod negatio negationis est affirmatio positionis, est tamen contra Lich. cit. Tattaret. & Vulpium. Probatur ex Sco. 4. d. p. q. 2. G, quado aliquod duo importat vnũ pro principali, & aliud pro connotato illud censetur principale, & formale significatũ, quod datur primò intelligi per illud nomen, sed per Durationem primò importatur essentia realis, vel existentia rei durantis, secundario verò non destructionem ipsius rei, ergo principale, & formale significatum durationis potius erit essentia realis, vel existentia rei durantis, & connotatum non destructio, hæc .n. est verè causalis, ideò res non destruitur, quia durat, itaque duratio est causa non destructionis, & primo intelligitur res durans, quam intelligatur non destructa; imò seclusa qualibet duratione, adhuc positiuè intelligitur durare, quia vt inquit Sco. cit. negatio negationis est affirmatio, & duæ negationes affirmant, cum ergo negatio, & desitio sint negationes debent accipi affirmatiuè, itaq; formale significatum durationis potius erit essentia realis rei durantis, Connotando non destructionem illius, seù connotando productionem sui realem, seu transitum de non esse ad esse, & ita dato casu, quod ab ipsa essentia reali non dimanet existentia, adhuc illa essentia realis, verè & in rigore diceretur durare, cum illa essentia realis sit prima entitas realis extra causas, & extra nihil primo stans, & primò pro-

Duratio causa nõ destruct.

Quid formale durationis.

Essentia sine existentia durat.

producta, neq; est propositio omninò identica dicendo essentia, vel res existens durat, nam licet duratio pro formali importet ipsam existentiam, vel essentiam realem, quæ est subiectum, connotat tamen aliquid aliud, videlicet productionem sui, & transitum de non esse ad esse, & negationẻ destructionis, imò dictum est controu. 4. An passiones demonstrentur de ente concl. vlt. idem secundum rem posse habere rationem medij, & subiecti, & solum sufficere distingui secundum rationem, & diuersa connotata; vide ibi.

Dico vltimo creaturam posse solum per instans durare est Sco. quol. 12. §. *de tertio principali* Lich. & Tattar. eodem in loco est tamen contra PP. Mastrium, & Bellutum cit. Probatur ex dictis in 3. not. cum enim detur aliqua res, cui de sua ratione formali sic competit esse, quæ tamen verè dicitur incipere esse & desinere, & pro illo instanti pro quo incipit esse valet in rigore, & propriè dicere nunc illa res est, & immediatè ante non fuit, & pariter valet in rigore dicere in illo nunc non est corruptio illius rei, sed immediatè tempore sequenti erit, ergo necessariò valebit dicere pro illo instanti res illa durat, & in tempore sequenti non durabit, si .n. per impossibile illa res solum per instans durans de sua natura posset vltra instans protrahi, nihil omninò illi rei superaddendo prçcisè per illam entitatem acceptam in primo instanti diceretur in tempore sequenti durare, ergo pariter per illam eandem entitatem dicitur durare in primò instanti solum, nam duratio rei permanentis, & duratio rei successiuæ per hoc distinguuntur, quod duratio rei permanentis potest incipere intrinsecè, & per primum sui esse dicendo nunc est, & immediatè non fuit, duratio verò rei successiuæ solum, & necessariò incipit extrinsecè, & in tempore, ergo non videtur implicantia, quod res permanẽs solum per instans duret, & illa dicatur verà duratio, cum per hoc sua duratio distinguatur à duratione rei successiuæ, neq; aliter, & alio modo durare possit.

Res per instans durat.

Contra primam conclusionem, quę sunt inter se realiter separabilia, realiter inter se distinguuntur, cum hoc sit primum signum distinctio-

ctionis realis ex Sco.2.d.2.q. 2.A, sed essentia realis, vel existentia possunt separari à duratione, ergo &c. probatur minor ex Sco.quol.12. in infra F, vbi dicit, quod res non dicitur verè conseruari, nisi post primum instãs, quia non nisi tunc habet immediatum ordinem ad se ipsam, quasi præhabitam, sicut solum in primo instanti dicitur creari, quia tunc solum dicit ordinem immediatum ad sui non esse, ergo si essentia, vel existentia possunt esse in primo instanti, in quo tamen non est duratio, cum durare sit idem, ac conseruari, sequitur essentiam, vel existẽtiam posse separari ab ipsa duratione, & consequenter esse ab ipsa realiter distinctam.

Respon. ex Sco. cit. & lit. G, negando minorem, essentiam videlicet, & existentiam separari posse à duratione, quia dictum est concl. vltima rem solum per instans verè dici durasse, neq; est eadem omninò ratio de duratione, & conseruatione, nam conseruatio vltra dependentiam realem rei conseruatæ ad Deum conseruantem fundat alium respectum rationis ad se ipsum, esse videlicet vt prȩhabitum, ratione cuius con-

Conseruat. & duratio distiguũtur quomodo.

notati conseruatio, & creatio distinguuntur, vt habet ibi Scot. vnde licet conseruatio inferat durationem non tamen è contra non conseruatio non infert non durationem, hoc.n.sonat hoc nomen conseruationis, vt necessariò sit esse primò prȩhabiti, ideò aliquam successionem, & prioritatem, seu ordinem prioritatis, & posterioritatis saltim ad aliquod extrinsecum necessariò includit, & supponit, quod non est ita de duratione, cum aliquid sine ordine prioritatis, & posterioritatis cõcipi possit durare, & ad durationem solum sufficit, vt res non intelligatur destructa, sed realis, & extra causas, & nihil, loquendo de duratione strictè sumpta, sumpto tamen largo vocabulo durationis potest ipsa duratio extendi ad conseruationem, præcipuè loquendo de illa, secundum aliqua connotata, videlicet pro illa coexistentia, vel actuali, vel potentiali, quam potest fundare res durans ad aliam rem, cui coexistere potest.

Contr. non potest concipi res conseruari in primo instanti ex Sco. cit. quia primò habet res concipi esse in primò

mò instanti, & postea quasi in secundo instanti habet concipi conseruari, cum non possit aliquid concipi conseruari, nisi quod primo concipitur esse, ergo idem videtur dicendum de duratione, non .n. videtur possibile aliquid posse concipi durare, quin primo concipiatur esse, cum duratio (veluti, & conseruatio) sit alicuius rei durantis duratio, neque ex hoc quod præcisè aliquid concipitur esse, eadem prorsus ratione concipitur durare, imò concipitur indifferens ad durare, vel non durare, statim .n. ac res intelligitur producta contingenter, & intrinsecè intelligitur in potentia ad durare, vel non durare.

Respon. non valere paritatem de duratione, & conseruatione, vt supradictum est, & falsum est rem non posse concipi durare, quin primo concipiatur esse, statim enim, quod res realis concipitur vt realis nullo superaddito verè intelligitur durare, & cum dicitur dum res intelligitur producta cõtingenter, & in se contingens intelligitur indifferens ad durare, vel non durare, dicitur, quod accipitur ibi duratio pro illa coexistentia ad aliud, quæ coexistentia dicitur solum duratio pro connotato, non tamen necessariò ad formale durationis; vt dictum est supra, non pro formali, & cum dicitur duratio est rei durantis duratio, non facit distinctionem aliquam ex natura rei ipsius durationis à re durãte, vt docet Sco. 3. d. 2. q. 2. inf. E, sed solum secundum modum concipiendi, vt dictum est controuersia 4. de passionibus entis concl. Vlt. cum Sco. ibi cit. etiam forma totius est alicuius forma, videlicet totius, & tamen non distinguitur a toto ex Sco. nunc cit. in 3. ita pariter de duratione, præterquam quod ipsa duratio connotat transitum à non esse ad esse, seù productionem sui realem, & non destructionem; ita intelligimus dum prima par. controu. 6. respon. argum. con. p. concl. in fine vbi diximus in quolibet concreto debere distingui, & quod, & quo, intelligitur inquam, vel à parte rei in non simplicibus, vel secundum rationem, & modum connotandi, seu secundum diuersa connotata in simplicibus.

Contra quandocumque in aliquo concreto duo concur-

cur-

curr... vnum per modum formæ denominantis, aliud per modum subiecti denominati, & materialis, primo supponitur in aliquo priori instanti id, quod habet rationem subiecti, & materialis, ad illud, quod habet rationem formalis, & denominantis, sed in re durante est aliquid, quod habet rationem subiecti, & materialis, seù denominati, nempè essentia, vel existentia rei, & aliud quod habet rationem formalis, seu formæ nempè duratio, ergo primo supponitur essentia, vel existentia, deinde intelligitur sub aduenire rationem formalem durationis, maior est Sco.p. d.35. q. vn. L, & 43. q.vn. C, & p.d. p.q.2. inf. D, vbi dicit quod in primo instanti intelligitur absolutum causæ, in secundo absolutum effectus, in tertio signo relatio effectus ad causam, & relatio in causa ad effectum, adeò quod ad absolutum in effectu sequitur absolutum in causa, licet intelligatur ibi Sco. quod primo resultet relatio effectus ad causam, quam in causa ad effectum, hoc est vniuersalius, nam semper in effectu est relatio, sed non semper in causa, vt Pater de Deo, qui relatione reali non refertur ad creaturas, si tamen relationes sunt mutuæ dici potest, quod sicut entitas causæ secundum absolutum causæ est prior absoluto effectus saltim prioritate à quo, ita relatio in causa est prior prioritate à quo relatione in effectu, cum relatio causæ quodãmodo sit causa relationis effectus, sicut ergo quia relatio habet rationem formalis causæ, & denominantis supponit necessariò id quod denominat, nempè absolutum causæ, & relatio effectus absolutum effectus, ita videtur sequi idem de duratione, quæ habet rationem formalis, & denominãtis respectu essentiæ, vel existentiæ, debetque necessariò illas in esse supponere, & ita debent habere aliquam distinctionem inter se ex natura rei.

Explicatio Sco.

Respon. ex Sco. quol. 6. cit. infra R, non valere paritatem, quia relatio causæ, & relatio effectus important aliquod respectiuum supra entitatem absolutam effectus, & supra entitatem causæ ex Sco. locis supra cit. non sic duratio, quæ nihil omninò reale importat supra rẽ, quæ dicitur, & denomina-

tur ab ipsa durare, neq; differunt, nisi secundum modum considerandi, seu secundum rationem, veluti abstractum distinguitur a suo concreto, vt docet Scot. 3. d. 2. q. 2. inf. E, & p. d. 5. q. p. inf. A, itaq; duratio cõsideratur per modum formæ, & denominantis ratione connotati, videlicet ratione respectus ad non esse immediatè præcedens, vel non destructionis, & essentia, vel existentia considerantur per modum subiecti, & habentis, seu concreti.

Contr. 4. conclus. arguitur probando durationem non posse formaliter importare essentiam, vel existentiam, connotando non destructionem, vel respectum ad non esse immediatè præcedens, seu transitum de non esse ad esse, ex Sco. p. d. 8. q. 4. infra Q, & ex his quæ nos diximus p. par. controu. 6. conclus. p. Quãdo aliqua duo in suis abstractissimis, & simplicissimis conceptibus non se formaliter includunt in nullo inferiori se formaliter includũt, cum ex maiori, vel minori contractione ipsorum non varietur eorum ratio formalis, sed solum magis, vel minus cõtrahitur, vt ibi dictum est, & inde ea, quæ ibi diximus, sed essentia, vel existentia, & duratio sic præcisè inspecta vnum non est de conceptu formali alterius, cum essentia, & existentia secundum suas rationes formales omninò prescindant a ratione formali durationis, & sint in potentia ad durandum, vel non durandum, ad existendum, vel non existẽdum extra suas causas, ergo neque in creatura se includent, neq; essentia realis neque existentia realis formaliter includent durationem, sed semper in suis conceptibus formalibus manebunt distinctæ.

Resp. ex Sco. 2. d. 2. q. 2. H, durationem formaliter non posse importare essentiam, vel existentiam sic absolutè inspectas, cum ipsæ præscindant ab actuali, vel non actuali essentia, vel existentia, quapropter dixit Sco. cit. *dico quod in actuali existentia Angeli nõ oportet quærere aliquam mensuram intrinsecam, aliam à natura rei ipsius mẽsuratæ*, quibus deducitur mensuram, seu durationem (cum Sco. ibi accipiat mensuram pro duratione) non importare essentiam, vel existentiam quomodocumque sumptam, sed solum essentiam, vel existentiam realem, quomodo non

Quam essentiã, & existentiam importat duratio.

præ-

præscindunt à duratione, & ideò illa essentia, vel existentia realis nullo superaddito ex natura rei distincto, quo duret, dicitur se ipsa formaliter durare, dum tamen connotat productionem sui realem, & nõ destructionem, itaq; cum neq; essentia, neq; existentia præcisè sint formale significatum durationis, sed solum cum connotato, videlicet cum non destructione, & connotatione suæ productionis realis, hinc illis connotatis sublatis non est amplius essentia, vel existentia formale significatum durationis iuxta illud, quod docet Sco. quolib. 12. §. *de secundo articulo.*

Contr. quia rationalitas, v. gr. possibilis non includit formaliter animalitatem, ideò neq; rationalitas actualis, seu realis formaliter includit animalitatem actualem, vel realem, ergo à pari si essentia, & existentia possibiles, & vt sic inspectæ non sunt formale significatum durationis, neq; pariter essentia, & existentia actualis, seu realis erit tale formale significatum durationis; eò vel maximè, quia secundum Sco. p. d. 35. & 36. & 43. q. vn. est eadem prorsus numero essentia, vel existentia possibilis cum essentia, vel existentia actuali, eo quia quod producitur actualiter est idem numero, quod erat possibile produci; ergo &c.

Respon. non valere paritatem de rationalitate, & animalitate, & de duratione, & re durante, illa.n.se habet vt omninò entia disparata, nec vnum respectu alterius se habet vt prædicatum intrinsecum, & essentiale; sed potius vt genus, & differentia, vt contrahens, & vt contractum, quorum vnum semper præscindit à conceptu, & a formalitate alterius, non ita se habet essentia, vel existentia possibiles in ordine ad durationem; cum duratio sit prædicatum omninò intrinsecum, & essentiale, extrahens ipsam essentiam, vel existentiam ab esse possibili, & à nihilo, cum duratio sit ipsa essentia, vel existentia realis, non sic præcisè inspecta, sed modo supradicto.

Contr. ex Scot. modo cit. est eadem numero essentia possibilis, ac essentia realis, ergo si formale significatum durationis non est essentia, vel existentia vt sic præcisè inspectæ, & vt possibiles, ergo neq; reales, & existentes ex-

extra causas suas.

Respon. negando consequentiã, nam licet vt dictum est in prima solutione, & in conclusione formale significatum durationis non esse essentiam, vel existentiam solum, sed quatenus connotant respectum ad non esse præcedens, vt dictum est de creatione cum Sco. quol. 12. §. *de secundo art.* ideò licet sit eadem numero essentia, & existentia, ipsa tamen sola inspecta non sufficit ad formale significatum durationis, sed etiam requiruntur connotata, quæ sunt respectus ad non esse præcedens, & respectus, seu negatio non destructionis ipsius rei permanẽtis modo supra explicato.

Contr. vltimam concl. si res per instans solum posset durare, ergo de eadem re simul verificarentur contradictoria, sed hoc non est dicendum ergo, probatur sequela maioris, nam de eadem re verum esset dicere nunc incipit esse, cum sit primum sui esse, & pariter verificaretur definit esse, quia esset vltimum sui esse, & ita simul inciperet, & desineret esse, quę sunt contradictoria, impossibilia verificari pro eodem instanti de eadem re.

Respon. ex Sco. quol. 12. §. *de tertio principali* in fine, *incipit, & desinit* dupliciter exponi posse vno modo cum positione præsentis, & negatione prçteriti, vt dicendo nunc est, & ante non fuit, & hoc modo res incipit in instanti, alio modo cum negatione præsentis, & positione futuri, vt dicendo nunc non est, & immediatè erit, & hoc modo res incipit extrinsecè, & in tempore, & ita vniformiter loquendo de *desinit*, nunc est, & immediatè non erit, cum positione præsentis, & negatione futuri, & hoc modo non est inconueniens inquit Sco. quod *desinit*, & *incipit* verificentur de eadem re, cum semper affirmetur tàm in inceptione, quam in desitione idem esse rei, & illæ negationes hinc, & inde videlicet non fuisse, & non fore, non sunt oppositæ, & contrariæ.

Incip. & desin. 2. exponit.

Contr. ista est differentia propria, & particularis inter res indiuisibiliter incipientes, & desinentes esse quod illæ, quæ indiuisibiliter incipiunt, vel desinunt, totæ simul incipiunt, & desinunt, illæ verò res, quæ successiuè, & diuisibiliter incipiunt, & desinunt pars post partem de-

Differẽtia, inter incip. & desin. indiuisibiliter, & diuisibiliter.

desinit, & incipit, hoc stante sic arguitur, vel incipere ipsius rei per solum instans durantis explicaretur cum positione præsentis, & negatione preteriti, vt dicendo nunc est, & ante non fuit, similiter, & desinere, cum positione præsentis, & negatione futuri, vt dicendo, nunc res desinit, & immediatè tempore sequenti non desinet, & ita in eodem instanti idem rei inessent opposita, & contradictoria, videlicet incipere, & desinere esse, quod videtur impossibile, vel *desinit* explicatur cum negatione præsentis, & positione futuri, vt dicendo nunc non est desitio, & in tempore immediatè sequenti erit, quod pariter dici non potest, nam tunc illa res successiuè destrueretur, & pars post partem, quia in tẽpore destruetur, & consequenter non solum per instans durabit, sed vltra instans protrahetur, scilicet ad tempus immediatè sequens, cum implicet intelligere rem illam, verè, & positiuè successiuè corrumpi in tempore sequenti, & non protrahi secundum aliquod sui esse vsque ad tale tempus, in successiuis .n. non est idem fieri, & factum esse, veluti in instãtaneis, & indiuisibilibus.

Respon. rem illam in tempore immediatè sequenti desinentem indiuisibiliter desinere esse, indiuisibilitate se tenente ex parte rei, cum sit res omninò indiuisibilis, vt supponitur, & desinere diuisibiliter diuisibilitate se tenente ex parte mensuræ mensurãtis suam corruptionem, & desitionem, non .n. est eadem mensura mensurans rem, & mensurans desitionem rei, sic .n. simul esset, & non esset, & pro tanto dicitur in tempore immediate sequenti suam desitionem esse non positiuè, quasi quod in illo tempore sequenti sit aliqua mutatio vera, & positiua, quæ sit illius rei indiuisibilis destructiua, hoc .n. modo suum esse vltra instãs protraheretur, sed solum negatiuè, pro quanto videlicet, in tempore sequenti non est suum esse, & consequenter illud tempus immediatè sequens mensurat immediatum non esse illius rei, quæ solum per instans durauit.

2. indiuisiblitas.

Indiuisibile in temp. desinit.

CON-

CONTROVERSIA
VNDECIMA.
An ſubſtantia ſuſcipiat magis, & minus.

Omnes Philoſophi aperto ore fatentur ſubſtãtiam ab accidente diſtingui, licet non omnes eadem ratione, & via incedant in aſſignanda huiuſmodi differentia; Dicunt .n. aliqui ſubſtantiam ab accidente differre, eò quia ratio ſubſtantiæ conſtituitur per perſeitatem, ratio autem accidentis conſtituitur per in alietatem, ſaltim radicalem, vnde non eſt audiendus Soncinas 4. met. q.p. *ad ſecundum* & q. 19. *ad ſeptimum*, & clarius 5. met. q. 14. docens perſeitatem conſtituentem rationem ſubſtantiæ eſſe puram negationem eſſendi in alio, cò quia vniformiter ſe habent in alietas ad accidens, ac perſeitas ad ſubſtantiam, ſicut ergo in alietas in accidente eſt quid poſitiuum, pariter, & perſeitas in ſubſtantia, imò cum per ſolam negationem nihil ſimpliciter alicui repugnet, vt docet Sco.quol. 19. Y, & 3. d.p.q.p. *§. per hoc ad argumenta*, & p. d. 28. q. 2. *§. con. iſtam viam* 2. d. 3. q. 3. A, & tamen ſubſtantiæ ſimpliciter repugnat inhærere, veluti accidenti repugnat per ſe eſse, & tamen talis negatio inhærendi non poteſt ineſse ſubſtantiæ per rationem entis, quia cum illa ratio entis ſit communis, & vniuocè dicta de omnibus entibus talis negatio inhærendi ineſset omnibus, & etiam accidenti, aſſignandum eſt ergo pro cauſa aliquid inferius ad ens, quæ eſt ratio aliqua inferior

Quid perſeitas, & quid inalietas.

Subſtantie repugnat inhærere, & accidenti per ſe eſſe.

rior positiua in ipsa substantia, ratione cuius inest sibi hæc negatio essendi in alio, imò hoc dato substantia in ratione substantiæ esset aliquid negatiuum, & inferioris conditionis, ac sit ipsum accidens, quia ratio substantię esset ex negatiuo constituta; quapropter neque talis perseitas potest per se importare respectum formalem trāscendentalem, hoc .n. modo absolutum formaliter, & essentialiter, seu constitutiuè includeret respectiuum, & ità simul esset absolutum, & respectiuum, absolutum, vt supponitur, quia ratio substantię est ratio absoluta, respectiuum, quia eius ratio, & differentia specifica, qua in tali esse constituitur esset respectiua. Quare alij explicant perseitatem istam consistere in perseitate radicali, quę importat entitatem exigitiuam ineptitudinis ad inhęrendum è contra verò inalietas accidentis dicunt consistere in radice, seu in exigentia oppositæ ineptitudinis, quę opinio licet prima facie videatur Scotica, & Germana ex mente Sco. tamen si benè vibrabitur apparebit oppositum; habet .n. Scot. quolib. 3. R, S, T, Diuinas relationes constituentes Diuinas personas, neque dici secundum accidens, neq; secundum substantiam ex D. Aug. 5. de Trinit. cap. 6. quia quod dicitur secundum substantiam in Diuinis est communicabile pluribus, & tamen ipsis Diuinis relationibus omninò repugnat inhærerere, seu inalietas, *& hoc secūdum suam rationem formalem, nec tamen sequitur, quod secundum suam rationem formalem habeat propriam substantialitatem, quia, vt dictum est hoc non complet rationem substantiæ, vt distinguitur contra alia genera*, si ergo Scot. (vt patet ex supradictis verbis) remouet rationem substantiæ à relatione Diuina, non quia sibi repugnet inhęrere, cum hoc sibi repugnet, & tamen non ratione substantiæ, cum ipsa relatio Diuina non sit substantia; sequitur rationem substantiæ non posse consistere in illa radice, & principio exigitiuo ineptitudinis ad inhærendum, eò quia ratio constitutiua alicuius generis, & diuisiua illius à quocumq; quod non est illud, non potest alijs ab illo genere competere; quare neque rectè Mastrius tom. 2. suæ met. disp. vndec. q. p. num. 22. expli-

Perseitas non importat respectum.

Nō Scoticè inalietas, & perseitas.

Non rectè Mast. perseitatem.

plicat huiusmodi perseitatem substantiæ, mediante qua distinguitur ab accidente dicendo videlicet perseitatem, & in alietatem radicaliter sumptas importare ratitudinem entis in se ipso absq; dependentia, & sustentificatione in alio alterius generis, eò quod Sco. quolib. cit. primo admittit in substantia aliquid prius constituens rationem substantiæ, quam sit ista perseitas, hoc modo explicata, ergo illa perseitas sic explicata non potest esse ratio constitutiua substantiæ dicit. n. Sco. *illud, quo Persona in diuinis est formaliter incommunicabilis est tale, cui repugnat, inhærere repugnat .n. illi darè esse secundum quid alicui enti simpliciter priori, ergo, & inhærere*, ita infra S, videas, quomodo primò repugnet alicui primo dare esse secundum quid alicui enti simpliciter priori, & postea repugnet sibi inhærere, itaque secundum Sco. primo inest substantiæ repugnantia ad dare esse secundum quid enti simpliciter priori, & postea sibi inest repugnantia ad inhęrere propter quam causam Sco. 4. d. 11. q 3. infra Y, dicit quod hęc propositio videlicet substantia dat esse simpliciter, & forma accidentalis dat esse secundum quid, est propositio p. & immediata, neq; vlla datur causa, nisi quia hæc est substantialis, & illa accidentalis, quare autem formę, substantiali repugnet inhærere, accidentali verò conueniat istę propositiones non sunt immediatæ, sed datur causa à priori, quia videlicet non est simpliciter prima forma, & necessariò supponit aliud primum genus, & est id quod dicit Sco. p. d. 28. q. 2. B, & supra N, quod alicui primò inest negatio ordinis ad prius, quam sibi insit ordo ad secundum, maximè quando illud non constituitur in esse per ordinem ad secundum, veluti contingit in Patre in Diuinis, qui per ordinem ad Filium constituitur in esse. Distinguitur ergo substantia ab accidête per hoc, quod substantia dat esse simpliciter non accipiendo *simpliciter* vniuersaliter, & quatenus opponitur nihilo, hoc .n. modo etiã forma accidentalis dat esse simpliciter, cum ens accidentale hoc modo opponatur nihilo, & sit quidditatiuè ens, sed pro vt ly *simpliciter* contradistinguitur contra *secundum quid* quod idem

Per quod ab accidente substantia distinguatur.

idem est, ac non primum esse secũdum genus, cum substantia à toto genere sit essentialiter prior omni accidẽte, & quodcumque accidens essentialiter posterius omni substantia ; ita etiam discurrit Sco. cit. in 4. d. 11. q. 3. infra Y, & 4. d. p. q. p. II, quantum verò ad nos, & ad nostrã cognitionem distinguitur, quia *quamdiù procedimus in substantialibus, semper posterior est perfectior prioribus, quando autem venitur ad accidentales, sequens est imperfectior vltima praeexistente, quae autem sit perfectior, hoc nobis innotescere non potest nisi à posteriori, & illud est rationabile, & in se, & in nobis ; in se quid, quia in eodem genere non aduenit forma formae, nisi vt perfectius constituat in illo genere, in alio autem, quod aduenit vt accidens est imperfectius quacumq; praesupposita forma substantiali*, hęc Scot. ibi & d. 11. cit. cum ergo substantia ab accidente distinguatur secundum omnes quęritur an suscipiat magis, & minus veluti accidens; pro quo

Notandum est primo ex Sco. p. d. 3. q. 3. *§. con. istud*, & 3. d. 13. q. 4. F, & G, receptum in aliquo, velùti in subiecto non posse augere, neque ipsi tribuere maiorem, vel min. capacitatem, cum posterius natura inquantum tale, veluti est receptum respectu recipientis non possit immutare neq; augere naturam prioris, veluti est recipiens, cum illud in esse necessariò supponat, hoc n. modo forma daret esse subiecto, non subiectum formae, cum ergo accidens recipiatur in substantia, & consequenter supponat substantiam, in qua recipitur, cum implicet subiectum recipere esse à forma accidentaliter recepta, pariter sequitur partes accidentis, videlicet quantitatis, necessariò supponere partes substantiae, in quibus partes quantitatis recipiuntur, eò quia ita totum accidens respicit totum subiectum vt sibi adaequatum, veluti pars partem, & sicut totum accidens non potest vllo modo tribuere totum esse toti subiecto, sed illud totum esse necessariò habet supponere, ita neq; pars accidẽtis potest tribuere esse parti subiecti, cum aequaliter se habeant partes accidentis ad partes substantiae, veluti se habet totum accidens ad totam substãtiam, vel ad totum subiectum, quapropter antecedenter ad receptio-

Receptũ non auget capacitatẽ.

Substantia diuisibilis ex se.

ceptionem accidẽtis substantia supponitur diuisibilis in partes entitatiuas, vt docet Sco. 2. d. 12. q. 2. §. n. substantia antecedẽter ad receptionem accidentis non haberet partes entitatiuas distinctas, tunc accidens diuisibile reciperetur in subiecto indiuisibili, & omnes partes accidentis applicarentur eidem parti indiuisibili, cum primò habeant intelligi recepta in subiecto, quam intelligantur extendere subiectum, quia extensio illa actualis est effectus secundarius, & exercitium actus primi ipsius accidentis, qui actus secundus semper præsupponit primũ, neque videtur posse concedi, quod eadem forma capitis, v. g. sit recepta in eadem parte subiecti, in qua recepta est forma pedis, cum possit desinere totaliter vna pars altera permanente & vna ab altera separari, quapropter si esset eadem pars subiecti sub hac, & illa forma, idem esset, & non esset, esset, quia supponitur permanere in capite, non esset, quia desineret esse substantialiter in pede, neq; est eadem ratio de anima rationali, quæ dum definit in formare vnam partem corporis, non amittit tamen esse simpliciter, sed solum amittit esse forma illius partis, nam anima rationalis in format subiectum sine extensione, & dependentia ab eodem subiecto, & ideò licet desinat subiectum, ipsa tamen anima rationalis non desinit substantialiter, quod non ita contingit de forma rationali, quia dependenter, & extensiuè in format suum subiectum, ideò ipsa forma desinit ad desitionem subiecti, si ergo, & forma pedis, & materia pedis desinit, & tamen forma capitis, & materia ipsius remanent in esse, oportet affirmare non esse eandem partem entitatiuè capitis, & pedis, & sic substantia remanet diuisibilis seclusis partibus accidentis.

Anima formát sine extensione.

Secundo notandum est ex Sco. p. d. 17. q. 3. §. *ad istam quæst. concedo* explicante illud Arist. 8. met. tex. 10. quod videlicet formæ sunt sicut numeri dicit, quod quidditates rerum comparantur numeris secũdum quatuor proprietates, quarum prima est, quod sicut numerus additus numero variat speciem, vel addimendo, vel augendo si vnitas addatur, ita differentia specifica addita, vel remota

Quidditates rerũ sicut numeri.

mota à genere variat quidditatem, nam animal v.g. est substantiantia animata sensibilis, si remoueatur ab animali sẽsibile, amplius non est animal, sed animatum, si verò addatur animal rationale, contrahitur adesse specificum, & ita de vna specie facit aliam speciem, vel de specie non speciem si remoueatur; secunda, sicut numerus est per se vnum vnitate specifica, ita quidditas definibilis est per se vnum; tertia; quod sicut numerus non intenditur, neq; remittitur, ita neq; quidditas, vel entitas specifica, sed potius consistit in indiuisibili, considerata, quatenus abstrahit ab inferioribus, seu indiuiduis, potest tamen intendi, & remitti secundum gradus perfectionales, vel materiales aduenientes indiuiduo, qui gradus nullo modo constituunt aliquid in esse specifico, vel essentiali; veluti sunt gradus indiuiduales, vel differentia indiuidualis, gradus autem specificus, cum sit de quidditate illius, cui aduenit necessariò, vel facit speciem aliam, vel de specie non speciem, vt supradictum est de animali, non ità de gradu indiuiduali, qui est perfectio formæ specificæ extra cõceptum quidditatiuum eius, ipsam formam specificam infra suum conceptum quidditatiuum includens, licet.n. vndecimus gradus, v.g. non includatur quidditatiuè in albedine, ipse tamen gradus vndecimus, & quilibet alius gradus includit albedinem, & formam specificam, itaque forma specifica non includit quidditatiuè gradum, sed benè gradus includit formam, ita discurrit Tattar. p. d.17. q.3. *§. ad istam quæst.* cum Can. 5. Phy. & Ant. And. 8. met. hinc Scot. ibi concedit gradus indiuiduales, & specificos in substantijs, ita, & Tattar. cit. & Lich. p. d.17. q.4. *§. ad primum de numeris.* Quarta proprietas, sicut numerus in indiuisibilia, puta in vnitates, quæ sunt indiuisibiles, ita definitio quidditatiua diuiditur in conceptus indiuisibiles, quia in illis conceptibus non est conceptus in infinitum, vndè patet Tattar. cit. *§. ad argum. princip.* non rectè explicare Sco. dicendo species non conuenire cum numeris in ista quarta proprietate, quatenus .s. sicut in numeris proceditur in infinitum, ita de speciebus, non rectè inquam, nam

Quid gradus specificus, & indiuidualis.

Forma non includit gradum, sed è contra.

Nõ rectè Tattar.

nam vt dictum est 2. parte controu. 10. respondendo argum. con. p. conclus. in fine etiam datur processus in infinitum in speciebus, veluti, & in numeris, cum quilibet numerus ex dictis additus numero variet speciem, si ergo datur processus in infinitum in numeris, non potest postea negari in speciebus, nisi admittēdo manifestissimam contradictionem, si .n. quot vnitates adduntur numero, vbi proceditur in infinitum variant speciem numeri preexistentis, certè procedendo in infinitum in numeris necesse est procedere in additione noua specierum; his stantibus.

Dico Primo substantiam suscipere magis, & minus quoad gradus induiduales, adeò quod in eadem specie reperiri vnum altero perfectius induiduum secundum gradus indiuiduales est Sco. cit. p. d. 17. q. 3. §. *ad istam quaest.* & 8. met. q. 3. Ant. And. lib. de tribus principijs q. 8. & 11. & lib. 11. met. q. vn. Tattar. & Lich. 2. not. cit. admittentium cum Sco. ibi gradus, & differentias indiuiduales, qui quidem gradus non essent admittendi in eadem specie, si omnia indiuidua illius speciei essent eiusdem perfectionis indiuidualis, etiam quantum ad istam conditionem formae se haberent veluti numeri, quod tamen ipsi negant, cum in indiuiduis, & in gradibus indiuidualibus admittant ibi cum Sco. intensionem, & remissionem, quod in gradibus specificis negant, quod est idem ac intendi, & remitti, quia qualibet differentia specifica, vel nouam facit speciem, vel de specie non speciem per remotionem ipsius differentiae specificae, vt supra dictum est de animali, est tamen con. Bargium 1. d. 8. q. 2. §. *ad aliud de attributione* PP. de Meldula, &c. Cattanea de generatione disp. 5. art. p. nu. 132. & sequentibus, Cauellum in anima, & alios quamplures Scot. Probatur substātia pro hoc statu non cognoscitur immediatè, & per se, cum substantia immediatè non immutet sensum, vt omnes concedunt cum Sco. p. d. 3. q. 3. K, & 4. d. 13. q. p. EE, aliter si per se substantia immutaret sensum, & per se à nobis cognosceretur, etiam ipsius absentia per se cognosceretur, vt patet quia lumen per se immutat sensum pariter sensus est per se perceptiuus

Substantia non per se cognoscitur.

uus tenebræ ex Arist. 2. de anima tex. 103. ergo vbi in eadem specie cognoscimus perfectiora accidentia naturalia insequentia talem speciem, oportet ibi arguere aliquam perfectionē maiorem, vel minorem, nō specificam, quia talis perfectio consistit in indiuisibili, ergo maiorem perfectionem indiuidualem, sensu.n. percipimus non omnia indiuidua ignis esse eiusdem caliditatis, neq; omnia indiuidua vini eiusdem speciei esse eiusdem perfectionis, sed vnum altero calidius, vnum altero generosius, quæ cum sint accidentia propria ignis, & vini attendi non possunt ab aliquo extrinsecè tātum, videlicet à terra, vel ab aere, vel ab astris, vt dicunt Mast. & Bellut. cit. num. 141. quia licet terra, aer, & astra concurrant vt causæ extrinsecę partiales simul cum vite ad producendum illud perfectius indiuiduum vini in gradibus indiuidualibus, vt patet de ipsa vite, quæ eadem manens in alio tamen, & alio fundo, & situ plantata perfectius, & generosius vinum producet, hoc tamen non officit, quin indiuiduum illud generosius non sit perfectius ex se intrinsecè, & secundum gradus indiuiduales, aliter neq; illa vitis in alio, & alio fundo situata non produxisset vnum generosius, si non fuisset ex se ita productibile, & quando deficient aliæ causæ partiales, videlicet terra, aer, & astra, illa vitis deficiet quoque à productione talis indiuidui, quapropter necesse est fateri in eadem specie vini reperiri propria, & perfectiora accidentia insequentia naturam, & perfectionem eiusdem vini, veluti est generositas, dulcedo, &c. & consequenter perfectiores gradus indiuiduales vini, non.n. videtur possibile, quod manente eadem prorsus causa varietur postea effectus proprij illius causæ, neque posset terra, aer, vel astra maiorem generositatē, & dulcedinem communicare illi indiuiduo, nisi communicando illi plures, & perfectiores gradus indiuiduales, ad quos gradus sequitur talis maior generositas, vel dulcedo, cum talis generositas, & dulcedo non possit sequi ad naturam specificam vini, aliter omnia indiuidua illius speciei essent æqualis generositatis, & dulcedinis, causæ etenim extrinsecę communicant effectibus illam perfectionem, quam ipsi

Indiuidua omnia speciei eiusdem non sunt eiusdem perfectionis.

ipsi possiunt habere in se formaliter, vnde si omnia illa indiuidua vini essent æqualis perfectionis s. generositatis, & dulcedinis, nec vnum formaliter esset perfectius altero secundum gradus indiuiduales, neque consequenter causæ extrinsecæ videlicet terra, aer, & astra possent illud ita perfectius producere, vt habet Sco. p. d. 3. 6. q. vn. *Super idem aliud*, & d. 43. q. vn. *9. aliter dico*, cum effectus sint se ipsis formaliter, & intrinsecè tales, nõverò ex causis extrinsecis, nisi originariè, quapropter vbi in effectibus non potest esse maioritas, vel minoritas secundum gradus nec specificos, nec indiuiduales intrinsecè, & formaliter à quacumq; causa, & in quocumq; situ producuntur necessariò inæquali perfectione producuntur, veluti sunt fortè omnia vniuersalia in suo esse puro considerata, vt aurum, & argentum in ratione auri, & argenti puri, hæc (vt credo) sunt eiusdem perfectionis, tam specificæ, quam indiuidualis in quocumq; situ producantur semper talia sunt, & licet aurum Hispanum videatur maioris perfectionis, hoc euenire potest, quia magis depuratum est, non autem in ratione auri, & hoc dictum sit disputationis gratia.

Dico secundo substantiam non suscipere magis, & minus ad modum accidentis, & successiuè, quasi quod si remittatur eius accidens proprium remittatur quoq; forma illa substantialis est Sco. cit. p. d. 17. q. 3. SS, vbi cum Arist. 5. Phy. tex. 9. & 10. concedit motum in accidentibus, quem tamen negat in substãtijs, & per consequens magis, & minus ad modum accidentis, & successiuè, & solum indiuisibiliter, & in primò instanti generationis, vt dictum est in prima conclusione; est tamen con. Ant. And. supra cit. concedentem magis, & minus in substantia non solum absolutè, verum etiam ad modum accidentis. Probatur remissa qualitate, v. g. aquæ forma substantialis ipsius aquæ pariter remitteretur, ergo non haberet, vnde posset reducere se ad pristinam frigiditatem, & tamen experientia constat oppositum, ergo &c. probatur consequentia, quia illi gradus frigiditatis remissi erant effectus graduum formæ substantialis remissæ indiuidualium, qui gradus non am-

Substantia nõ suscipit magis, & minus ad modũ accidentis.

amplius reproducuntur in aqua vt supponitur, neq; pariter effectus frigiditatis ab illis gradibus dependentes poterunt reproduci, idem dicendum erit, quando qualitas naturalis intenditur vltra statum naturalem subiecti, quæ postea qualitas remittitur ad gradum pristinum, & proprium quod non esset si forma substantialis fuisset ad intensionem accidentium intensa; neq; obstat instãtiæ ab aduersarijs adductæ con. supradictam rationem, si n. (inquiũt ipsi) vellemus arguere remissionem formæ substantialis, dum ipsa non potest se reducere ad pristinam perfectionem, sequeretur formam substantialem vini euaporati esse remissam, cum non posset amplius ad primam perfectionem redire; idem dicendum de vino aqua diluto, & de viuente post amissionem virium in infirmitate, quas vires non semper denuò acquirit; vinum etenim euaporatum non potest amplius ad suam perfectionem redire, non ex remissione intensiua ipsius formæ substantialis vini, sed ex remissione potius extensiua, quia in illo vino dilabuntur partes subtiliores, & magis spiritosæ, quæ sunt partes extensiuæ, non intensiuæ, licet hoc non appareat; & videatur eiusdem quantitatis post euaporationem, ac ante, erant n. partes subtiliores, cõsequenter parum locum occupantes; neq; hæc responsio tollit nostram probationem primæ conclusionis de perfectiori indiuiduo in gradibus indiuidualibus, dicendo videlicet non esse vnum vinum generosius alio intensiuè, sed solum extensiuè, nam non solum datur vnum vinum altero generosius extensiuè, verum etiam intensiuè, vt clarè patet de duobus indiuiduis euaporatis, quorum vnum semper est generosius altero, licet non tantum, quantum erat ante euaporationem, quia in euaporatione amisit generositatem solum extensiuam, non intensiuam, & ideò in ordine ad aliud vinum euaporatum adhuc retinet maiorem generositatem, estq; generosius illo, licet in ordine ad se ipsum non sit tantæ generositatis, quantæ erat ante euaporationem: ad aliud de vino aqua delibuto dicitur hoc euenire, vel ob præsentiam contrarij, videlicet aquæ, vel quia

Multæ instan. soluuntur.

2. remissio inten. & exten.

quia (vt dicemus) totum integrale dicit entitatem distinctam realiter à partibus veluti totum essentiale, & ideò ex appositione aquæ generatur vinū, & indiuiduum imperfectius, & hoc est in causa, quare non possit amplius reducere se ad perfectionem primam, & hoc maximè contingit quando maxima aquæ copia apponitur: ad illud verò de viribus amissis in infirmitate dicitur ex Sco. 4. d. 44. q. p. §. *de secundo principali* hoc euenire, qui fuit amissa caro & forma substātialis perfectior & purior, & ideò ex debilitatione extensiua formæ substantialis, & consequenter caloris naturalis, generatur, & restauratur caro impurior, & imperfectior, vnde nostra ratio semper remanet in suo robore, & in sua efficacia. Conf. si ad remissionem accidentis remitteretur etiam forma substantialis, ergo naturaliter duę formæ substantiales essent in eadem materia, vel parte materiæ, patet consequentia, quando .n. remittitur calor, vel frigus ideò remittitur, quia aliquid frigoris recipitur in eodem subiecto, vel in eadem parte subiecti in qua est calor, hoc idem esset dicendum de forma substantiali si remitteretur ad remissionem accidentis proprij, quæ tamen formæ substantiales secundum esse formale naturaliter repugnant, non verò in tali, vel tali gradu, veluti accidentia, quæ solum in esse summo repugnant, ad introductionem.n. vnius gradus frigoris, vel caloris solum vnus gradus contrariè expellitur, non gradus formæ substantialis, ideò si illa haberet simul cū accidente remitti, deberet aliquis gradus formæ substantialis introduci, & ita etiam forma substantialis, quia gradus indiuiduales ex 2. not. includunt per se formam secundum esse specificum, cuius sunt gradus indiuiduales licet non e contra.

Formæ substantiales naturaliter absolutè repugnant.

Contra primam conclusionem arguitur ex Scot. 2. d. 20. q. 2. vbi affirmat omnia indiuidua speciei humanæ posse esse indifferēter à quolibet parente, quia ad vnitatem effectus non requiritur per se vnitas causæ, & hoc idem affirmat de omnibus indiuiduis cuiuscumque speciei, quod non esset si omnia indiuidua non essent eiusdem perfectionis indiuidualis, cū perfectius non possit produci

ci ab imperfectiori etiam secundum gradus indiuiduales ex eodem Scot. 4. d. 13. q. 3. EE, & d. 12. q. 3. I, ergo substantia non suscipit magis, & minus, neq; vnum indiuiduũ est perfectius altero.

Respon. ex Scot. 2. cit. C, verum esse antecedens supposito indiuiduum genitum esse imperfectius secundum gradus indiuiduales, vel saltim equalis perfectionis cum indiuiduis generantibus, vt clarè patet ex verbis ipsius Sco. quæ sunt ista *ignis .n. A, quantitatis, & virtutis tantæ, si ex tali materia ignem talem generet ignis B eiusdem virtutis, & qualitatis pro eadem instanti, si in istam materiam ageret, eundem ignem in numero produceret, non obstante, quod generans sit aliud, & aliud numero, quia generatum non sequitur præcisè vnitatem, vel pluralitatem in generante*, si.n. Sco. teneret omnia indiuidua substantialia esse eiusdem perfectionis secundum gradus indiuiduales, non loqueretur sic conditionatè, scilicet *si sunt eiusdem quantitatis, & virtutis*, sed absolutè affirmaret quodlibet indiuiduum posse esse à quolibet indiuiduo eiusdem speciei nulla posita conditione, itaq; ista auct. ab aduersarijs adducta maximè fauet nostræ opinioni.

Contra si Sco. ibi non loqueretur absolutè concedendo quodcumq; indiuiduum eiusdem speciei posse prouenire à quolibet indiuiduo eiusdem speciei nulla supposita conditione, non posset postea absolutè concedere filium v.g. qui modo nascitur ex Patre reprobo, tunc natum fuisse ex Patre prædestinato, & Filius prædestinatus, qui modo nascitur ex Patre reprobo, tunc natum fuisse ex Patre pariter prædestinato, cum solum (durante statu innocentiæ) prædestinati nati fuissent, itaque (inquit Sco.) *quod idem homo in numero non solum quoad animam, sed etiam quoad corpus organicum potuisset esse filius Adæ, & filius Abrahæ*, & hoc dicit absolutè nulla addita conditione lit. B, quod non esset si omnia indiuidua eiusdem speciei, non essent eiusdem perfectionis, hoc .n. modo potuisset Adam v.g. esse maioris perfectionis, quam Abraham, & ita absolutè filius Adæ non potuisset esse filius Abrahæ, cum imperfectius etiam secundum gradus indiuiduales non possit pro-

In innocētię statu solum prædestinati.

ducere perfectius secundum eandem perfectionem indiuidualem.

Respon. Scotum ibi absolutè concedere eundem numero hominem, non solum quoad animam, verum etiam quoad esse organicum potuisse esse Filium, vel Adę, vel Abrahæ, posito tamen, quod Adam, & Abraham fuissent eiusdem virtutis, & perfectionis indiuidualis ob rationem supradictam, vel aliter potest dici, quod non est eadem ratio de hominibus, & cæteris effectibus naturalibus, eò quia homo solum dependet ab homine quoad decisionem seminis, deciso .n. hominis semine homo productus amplius non dependet ab ipso homine producente, & hæc decisio seminis est eiusdem rationis, & virtutis in omnibus, quod non ità contingit de alijs indiuiduis, ideò quando locutus est de igne apposuit Sco. particulam illam *si sunt eiusdem virtutis*.

Contr. ex Sco. ibi cit. Genitum non sumit vnitatem, vel pluralitatem ex generante, & hoc verum est absolutè de quolibet indiuiduo, ergo non debet dari magis, vel minus in indiuiduis, aliter posset dari aliquod indiuiduum, cuius vnitas pendeat necessariò ab vnitate efficientis, si non daretur v. g. aliud simile indiuiduum in gradibus indiuidualibus, quod non videtur implicare, tunc .n. indiuiduum ab illo productum non posset ab alio indiuiduo produci, cum non habeat æquale ex supposito, & ita eius vnitas dependeret ab vnitate agentis, quod tamen negat Sco. absolutè de omnibus indiuiduis.

Respon. adhuc tale indiuiduum non necessariò, & per se requirere vnitatem efficientis, quia adhuc posset fieri ab alio agente eiusdem speciei inferioris perfectionis in gradibus indiuidualibus, dummodò eiusdē agentis imperfectio ab agente vniuersali suppleatur, & hoc nullam inuoluit repugnantiam.

Secundo principaliter arguitur suscipere magis, & minus nihil aliud est, quam plures partes, vel portiones formæ specificæ inuicem vniri, & compenetrari in eadem subiecti parte ad constituēdam vnam formam perfectiorem, vt patet in formis accidentalibus in quibus dum vniuntur plures portiones

nes albedinis v. g. in eadem parte subiecti, vel etiam absolutè loquendo, dum vniuntur inter se absq; vllo ordine ad subiectum, vnam perfectiorem albedinem integrãt, sed huiusmodi vnio omninò implicat in formis substantialibus, quantumcumque .n. duæ animæ vel duę aliæ formæ substantiales se compenetrent in eadem parte subiecti illud informando, nunquam tamen duæ animæ perfectiorem animam integrabunt, neque duæ formæ perfectiorem formam substantialem, sed semper duæ animæ, & duæ formæ substantiales omninò distinctæ permanerent, & duo composita substantialia realiter distincta constituerent, vt dictum est in Phy. dato per impossibile, quod duæ formæ substantiales disparatæ sint in eodem subiecto, ergo &c.

Respon. maiorem esse veram de suscipere magis, & minus diuisibiliter, & ad modum accidentis, quod nos negamus in substantijs, vt dictum est conclus. 2. in quibus dantur gradus indiuiduales plures, vel pauciores, sed indiuisibiliter, & omnes simul acquisiti ad differentiam graduum indiuidualium in formis accidentalibus, & ratio huius est, quia formæ substantiales sunt solum partes essentiales compositi, nõ verò integrales componentes vnum integrale, & perfectius, & vna simul cum altera formam tertiam eiusdem rationis, & speciei perfectiorem facientes, veluti in accidentibus, & ratio huius discriminis à priori nulla assignari potest nisi eorum natura quidditas, & ratio, vt dictum est in introductione quæstionis.

Contr. gradus illi indiuiduales in formis substantialibus inter se realiter distinguuntur, veluti distinguuntur gradus indiuiduales in formis accidentalibus, cum nullum indiuiduum alicuius speciei ex se formaliter, & ab intrinsecò sit tantæ, vel tantæ perfectionis indiuidualis, aliter omnia indiuidua eiusdem speciei inter se comparata haberent essentialem ordinem prioris, & posterioris in perfectione, veluti indiuidua alterius speciei, & hoc saltim in gradibus indiuidualibus, itaq; quod vnum indiuiduum eiusdem speciei sit altero secundum gradus indiuiduales perfectius, hoc omninò ei accidit, accipien-

Indiuiduum nõ sibi tot determinat gradus necessariò.

do accidere eò modo quò accipit Scot. p. d. 17. q. 3. §. *ad quæst.* in fine, videlicet pro omni eo, quod est extra rationem formalem alicuius, licet fac at vnum per se cum illo, ergo sicut Deus in primò instanti productionis illius indiuidui produxit illud simul cum illis gradibus, & simul omnes vniti faciunt vnum per se perfectius indiuiduum, potuit pariter illud idem indiuiduum cum paucioribus gradibus in primo instanti producere, & postea cæteros gradus producendo illis præexistentibus vnire, & facere idem indiuiduum perfectius, cum non varietur natura illorũ graduum ex hoc, quod simul omnes producãtur, vel successiuè, productio n. rei instantanea, vel successiua non variat rationem ipsius rei, si.n. gradus illi in se inspecti sunt talis naturæ, vt possint omnes simul vniti facere perfectius indiuiduum, hoc semper poterunt facere, siuè simul producantur, siuè successiuè, cum huiusmodi successio non variet rationes formales eorum, vt modo dicebamus cum Scot. 2. d. 20. q. 2. quia quod productio sit instantanea, vel successiua non tollit intrinsecam naturam, & vnitatem rei.

Respon. quidem verum esse nullum indiuiduum ex se, & ab intrinseco sibi necessariò determinare tot, vel tot gradus perfectionis indiuiduales, cum sit omninò in potestate causæ producere indiuiduum substantiale cum tot, vel tot gradibus indiuidualibus; negamus tamen, quod tale indiuiduum (de substantiali loquendo) non determinet ab intrinsecò, & ex se vt simul cũ gradibus, quos habere debet non producatur, sed possit successiuè produci, & simul postea vniri ad faciendum illud indiuiduum, eo quia quando aliquid habuit propriam vnitatem connumeralem, quam vnitatem tunc aliquid habet, quando suum esse est præcisum, & separatum ab alio, cũ numerus sit distinctorum, ex Sco. 1. d. 17. q. 3. *VV*, vt talem vnitatem connumeralem propriam amittat debet simul cum alio vniri ad faciendum aliquod totum distinctum à partibus, tunc. n. sua vnitas non est connumeralis, vt inquit Sco. modo cit. sed potius est aliquid vnitatis connumeralis, modo gradus substantiales indiuiduales nõ possunt vniri ad faciendum,

(vt

(vt compartes) aliquod totum nisi essentiale, quod necessariò constat ex materia, & forma loquendo de materiali, ex genere, & differentia loquendo de metaphysico, non verò integrale, seù intensiuum, veluti portiones, & partes formæ accidentalis, ideò petunt ex natura sua vt semper connumerentur cum alio, seù vt semper sint aliquid vnitatis connumeralis, ideò omnes simul fieri habent, non successiuè, aliter nunquam poterunt amplius facere idem indiuiduum eiusdem perfectionis, in alteratione autem, & intensione accidentis non fit aliud indiuiduum, sed idem augetur, & perficitur, vt habet Sco. p. d. 17. q. 3. §. *contra istam positionem arguitur*, aliter idem numero manens non posset intendi, & remitti, quod falsum est vt de alteratione, & hoc possunt gradus accidentales, quatenus tales, non substantiales.

Contra dum remanet eadem vnio, & eadem vnitas non est denegandum, quod non remaneat id, quod sequitur ad eandem vnionem, sed dum illi gradus indiuiduales substantiales ijdem vniuntur, siuè vniantur successiuè, siuè in instanti productionis, sunt semper ijdem gradus, & consequenter eadem vnio, & eadem vnitas, ergo semper idem indiuiduum, ergo si forma substantialis susciperet magis, & minus, possent portiones, vel partes formæ substantialis vniri ad faciendam formam perfectiorem secundum gradus indiuiduales.

Respon. argum. procedere ex subiecto non supponente, supponit .n. gradus indiuiduales successiuè productos posse simul vniri ad faciēdum tertium, quod omninò falsum est vt dictum est cum Sco. supra cit. quia ergo, quod vnitur cum alio, supponitur habuisse pro aliquo instanti suum esse præcisum, & distinctum ab illo, cui vnitur, & consequenter habuisse propriam vnitatem connumeralem, quam postea amitteret in reunitione cum alio gradu, vel portione formæ, & consequenter dictæ portiones, vel gradus formæ substantialis necessariò haberent facere aliquod tertium realiter distinctum ab ipsis partibus vnitis, cum hoc sit de ratione totius, partes autem formæ substantialis, vel eius portiones non pos-

possunt facere aliquod tertium à forma ipsa distinctum realiter, ideò omninò implicat illos gradus, vel partes formæ substantialis inter se hoc modo vniri, & in eadem parte subiecti compenetrari, quod non est ita dicendum de portionibus, vel gradibus formæ accidentalis ob rationem supra allatam.

Contra secundam concl. arguitur. Si substantia non remitteretur ad remissionem accidentis, sequeretur naturaliter posse dari substantiam sine omni accidente proprio, sed hoc non est dicendum, ergo probatur sequela maioris, quia qua ratione posunt ab ipsa substantia aliqui gradus expelli sine expulsione graduum substantialium illis gradibus accidentalibus correspôdentium, pariter, & omnes, cum omnes sint eiusdem rationis, eo vel maximè quia nos diximus in probatione primæ conclusionis gradus plures, vel pauciores accidentales indiuiduales correspondere pluribus gradibus indiuidualibus substantialibus, & ex diuersitate graduum accidentalium arguitur diuersitas graduum indiuidualium substantialium, quod non esset si tales gradus substantiales possent stare cum paucioribus gradibus accidentalibus, vt eueniret dato, quod substantia non remittatur ad remissionem graduum accidentalium.

Resp. ex Sco. 4. d. 12. q. 3. R, & S. negando sequelam, ad probationem dicitur non valere paritatem, quia licet omnes illi gradus indiuiduales accidentis in se ipsis considerati sint eiusdem rationis, in ordine tamen ad agẽs, vel ad subiectum posunt dici alterius rationis, pro quãto videlicet, quia subiectum aliquos ex illis sibi determinat ad conseruationem sui, ideò sine corruptione subiecti non posunt ab agente expelli, veluti cęteri gradus, quos sibi non determinat, & propter hoc dicuntur alterius rationis in ordine ad agens, quatenus non potest illos expellere ad modum aliorum graduum, similiter gradus accidentales correspondent gradibus substantialibus in esse quieto, non im pugna, vnde omnes illos gradus accidentales prærequiruntur ad suam perfectionem substantialem, non tamen eodem modo, nam dum est in esse quieto, si est perfectius

Perfect. indiuiduum plures gradus habet in esse quieto, quam in pugna.

ctius indiuiduum secundum gradus indiuiduales substantiales, necessariò habet plures gradus indiuiduales accidentis proprij, non autem in pugna, nam hoc modo perfectius indiuiduum potest habere pauciores gradus altero indiuiduo non ita perfecto, existente tamen illo in esse quieto, vt patet de aqua, quæ in esse quieto est magis frigida tamen in pugna, & in remissione potest esse minus frigida, quam aliud indiuiduum non ita ex natura sua frigidum.

Contra, ideo indiuiduum perfectius in esse quieto habet plures gradus perfectionis indiuiduales accidentis proprij, quia tales gradus accidẽtales insequuntur, & correspondẽt gradibus substantialibus indiuidualibus, adeò quod illis sublatis etiam tollerentur gradus accidentales, ergo sicut si illud indiuiduum esset perfectum tantum, vt quinq;, tantum quinque gradus accidentales in esse quieto ad suum esse haberet; ita quia est perfectum vt decem (vt sopponitur) gradus vt decem tum in esse quieto, tum in pugna requirit, dum in pugna non remittuntur illi gradus substantiales, nam illi gradus vltra quinque requiruntu. propter conseruationem graduum substantialium existentium in indiuiduo vltra quinque, sicut ergo, si essent tantum gradus quinque in indiuiduo, tantum quinque gradus in accidente, tum in esse quieto, tum in pugna requirerentur, ita, quia in illo indiuiduo sunt decem gradus indiuiduales substantiales, propter quos gradus in esse quieto eiusdem indiuidui sunt decem gradus indiuiduales accidentales, ita propter illos debent esse, & in pugna, cum etiam illi vltimi quinq; gradus, vltra primos quinque, ita determinent ad suum esse suos gradus accidentales, tum in esse quieto, tum in pugna, veluti illi primi quinq; gradus, ergo non possunt illi vltimi quinq; gradus accidentales remitti, quin etiam remittantur gradus substantiales illis correspondentes.

Respon. ex Sco. cit. in 4. d. 12. q. 3. R, & S, negando paritatem, etenim quinque primi gradus accidentis proprij requiruntur vt simpliciter determinati ad conseruandam formam propriam substantialem, quæ nullo mo-

modo sine tot gradibus conseruari non potest; cæteri verò gradus requiruntur solum ad conseruandum tale indiuiduum, non simpliciter sed solum secundum talem perfectionem, & in talibus gradibus, quæ perfectio, cum illi indiuiduo accidat, potest pariter ex approximatione, & actione contrarij, & in pugna spoliari talibus gradibus, quod non potest contingere de cæteris gradibus necessarijs simpliciter ad conseruandum esse speciei, & indiuidui eiusdem speciei, vnde illi primi gradus non tantum sequuntur perfectionem indiuidui, quam ipsam perfectionem specificam, quod non cōtingit de cæteris gradibus accidentalibus non requisitis simpliciter, neque ad conseruationem indiuidui, neque speciei, quapropter nunc credo ignem nunquam posse esse minus calidum aqua, quia ad conseruationem sui plures gradus caloris, quam sint illi, qui possunt induci in aqua calida.

Contra ex dictis cum Sco. 4.d.12.q.3.R, & S, gradus illi, tam substantiales, quam accidētales indiuiduales sunt omnes eiusdem rationis, ergo sicut primi quinq; gradus simpliciter requiruntur ad conseruandam formam substantialem, & propter hoc etiam gradus accidentales illis gradibus substantialibus correspondentes simpliciter requiruntur, pariter, & alij quinque requiruntur ad conseruandum formam specificam simpliciter, cum non sit maior ratio de primis quinque, quam de cæteris, quia omnes, vt dixi sunt eiusdem rationis, & ita gradus accidentales illis vltimis gradibus substautialibus correspōdentes non poterunt remitti, veluti primi quinque.

Resp. formam substantialem specificam sibi determinare quinq; gradus, tum substantiales, tum accidentales, v.g. ad conseruationem sui esse simpliciter, & hoc solum vagè hos quinque videlicet, vel alios quinque, quapropter possunt ab agente naturali ab illa forma expelli quinq; gradus accidentis indeterminatos, quos autem quinque expellere habeat est hic recurrēdum ad primam causam naturaliter supplentem imperfectionem, & impotentiam causæ secundæ naturalis, cum forma illa substantialis sit indiffe. ens ad omnes illos gradus, nec

ma-

magis primos quinque quam alios quinq; ad suum esse determinet, ita colligitur ex ipso Sco. cit. 4. d. 12. q. 7. sup. Q, cum Deus regulariter teneatur supplere omnem defectum causæ secundæ, ideò non est miraculum, cum causa secunda non possit gradus expellendos ab illa forma determinare, recurrendum est ad ipsum Deum naturæ auctorem.

Collige ex dictis non rectè Mastrium cit. num. 138. explicasse Sco. 2. d. 16. q. vn. dicentem aliquem dici ingegniosiorem, & perspicaciosiorem in intelligendo, non ratione perfectionis intellectus, sed solum ratione dispositionis maioris, vel minoris organorum, non inquam Scoticè, etenim Sco. ipse 2. d. p. q. 6. B, & C, d. 11. q. vn. E, habet quod intellectus Angeli, & intellectus hominis sunt eiusdem rationis saltim in producendo intellectionem, aliter quælibet intellectio Angeli esset essentialiter perfectior qualibet intellectione cuiuscumq; intellectus creati, & ita intellectio Angeli essentialiter perfectior intellectione Christi, quia potentiæ specie distinctę debent habere perfectiones proprias specie distinctas, & tamen Sco. 3. d. 13. q. 4. *§. ad 3. quæst.* dicit fruitionem Christi non posse dici summam ex parte voluntatis actiuè se habentis, cum voluntas Christi non possit habere tantam vim, & virtutem, quantam habet alia voluntas creata nempè Angelica, quę maioritas perfectionis non debet attendi, nisi penes gradus indiuiduales, cum huiusmodi voluntates ex dictis sint eiusdem rationis, & speciei saltim in eliciẽdo operationes proprias, neq; pariter hoc attendi potest ratione dispositionis maioris, vel minoris organi, cum ibi non concurrat organum, & idem quod dicitur de voluntate proportionabiliter affirmandum est de intellectu, vt ipse Sco. 3. d. 14. q. 4. infra B, vbi dicit intellectionis perfectionem attendi debere iuxta maiorem, vel minorem perfectionem intellectus, hoc idem habet p. d. 17. q. 2. *§. alio modo potest, dici*, vbi probat con. Henricum asserentem substantiam actus esse à potentia, intensiorem verò eiusdem actus esse ab habitu, inquit Scot. hoc non posse esse, quia hæc intensio actus producta ab

Nõ Scoticè Mastrius.

Potentiæ distinctæ per rationes distinctas.

habitu esset in aliquo gradu finito, & signato, videlicet A, potest fieri voluntas (inquit Sco.) excedens primam voluntatem secundum proportionem A, & sic ista voluntas excedens primam voluntatem secundum illum gradum poterit producere actum ita intensum sine habitu, sicut illa prima voluntas cum habitu, ergo (infert Sco.) intensio actus non est solum ab habitu, verum etiam a potentia, qui discursus Sco. non esset verus data eorum sententia, quod scilicet potentię non possint suscipere magis, & minus, tunc.n. non posset vna voluntas esse perfectior altera, quod tamen est contra suppositum Sco. vt patet, & 1. d. 17. q. 2. *§. ad argumenta, quæ facta sunt contra secundam viam* in fine, habet posse fieri voluntatem in puris naturalibus ita perfectã, vt possit elicere actum ita intensum se sola, ac faciat altera voluntas cum habitu, ergo supponit in voluntatibus maioritatem, & minoritatem in gradibus indiuidualibus 2. d. 3. q. 10. inf. F, concedit perfectiorem habitum, vbi est remissio species intelligibilis ratione perfectioris intellectus; attendas omnia hæc &c.

CON-

CONTROVERSIA DVODECIMA.

An Generatio fiat in instanti, vel potius in Tempore.

Ponentes in formis substantialibus latitudinem, non solũ extensiuam partium, verum etiam intensiuam graduum indiuidualium per intensionem, & remissionem ad modum accidentis, vt dictum est praecedenti controu. Ant. And. lib. de tribus princip. q. 8. & vnd. & lib. 11. met. q. vn. admittere, vt consequenter loquantur habent necessariò affirmare generationem fieri in tempore, & successionem formae substantiali ab intrinsecò conuenire; non admittentes verò latitudinem graduum in substantia, sed affirmantes eam esse omninò indiuisibilem, si admittant in generatione formae substantialis successionem, huiusmodi successionem solum ab extrinseco; & ratione dispositionum ipsam formam substantialem inducendam antecedentium agnoscunt prouenire, vt affirmant PP. de Meld. & Catt. de Generat. disp. 5. q. 5. art. 2. quid autem in via Sco. in hac re dicẽdum sit infra per conclusiones distinctas manifestabitur; & pro maiori declaratione.

Notandum est primo ex Sco. quol. 12. L, in rebus sibi inuicem succedentibus, siuè sint opposita priuatiuè, vt forma, & priuatio, siuè quasi contrariae veluti formae substantiales sibimet ipsis succedentes, quae non dicuntur propriè contraria, cum con-

Contrariet. inter acciden.

trarietas sit solum inter formas accidentales, sed solum dicuntur contraria accepta contrarietate pro quaslibet incompossibilitate vnius cum alio, siuè contradictoriè, vt forma, & negatio nunquam est dare vltimum præcedentis, & primum consequentis, quia tunc necessariò vel duo opposita essent simul, vel necessariò duo instantia sequerētur immediata, hoc patet, si n. daretur vltimum formæ corrumpendæ valeret dicere nunc i. in isto instanti vltimò est forma corrumpenda, & in tempore immediato ad istud instans non erit, si pariter daretur primum esse formæ consequētis, hoc est formæ generandæ pariter valeret dicere nūc primo est forma generanda, & in tempore antecedenti immediatè ac istud instans non fuit, & consequenter, vel duæ formæ simul, vel duo instantia immediata, quod vtrumq; est omninò falsum, vnde inquit Sc. *semper tamen alterum est dare, s. vel vltimum prioris, vel primum posterioris, quia indiuisibile non est immediatū, nisi diuisibili, numquā* tamen vtrumque simul s. vltimum instans prioris, & primum instans posterioris ob rationem superius dictam, ne s. dentur opposita simul, vel indiuisibilia immediatā, quia succedentia sunt sibi inuicem opposita immediata, & hoc tam in priuatiuis, tam in contrarijs, quam in contradictorijs, quapropter si forma habet vltimum sui esse, eius priuatio, vel negatio non habebit vltimum sui esse, ita quod valebit dicere, nunc vltimo est forma, & immediatè post non erit, & de priuatione valebit dicere nunc vltimo non est priuatio, & in tempore immediato erit, & hoc dicendum est de alijs cōtrarijs, & si forma habet primum non esse adeò quod desinat in instanti, & valeat dicere nunc primò non est, & in tempore antecedenti fuit, priuatio, & eius succedens habebit primum sui esse, & valebit dicere nunc primo est, & in tempore antecedenti non fuit itaq; hoc semper aduertendum est in sibimet ipsis succedentibus, quod si antecedens habet vltimum sui esse, & desinit in tempore succedens non habebit primum sui esse, sed necessariò in tempore incipiet, si desinens habebit primum non esse adeò quod desinat in instanti dicendo nunc primo non

Semper datur, vel vltimum prioris, vel primū posterioris

Varij modi incip. & desinendi.

non est succedens necessariò habebit primum sui esse, dicendo nunc primo est, & in tempore antecedenti non fuit, itaq; succedentia incipiunt, & desinunt supposito modo, nam si vnum desinit per vltimum sui esse dicendo nunc vltimo est, & immediate non erit, aliud succedens incipit per vltimum sui non esse dicēdo nunc vltimò non est, & immediatè erit; ne detur ergo materia pro aliquo instanti spoliata, & denudata omni forma naturaliter necessariò desinens debet habere vltimum sui esse, vel incipiens, & succedens necessariò debet habere primum sui esse, aliter in illo instanti neq; esset desinens neq; incipiens, & ita materia pro aliquo instanti naturaliter daretur sine omni forma, quod non est dicendum.

Succed. opposito modo.

Secundo notandum est ex Sco. cit. quod ea, quæ accipiunt esse post non esse sunt in triplici differētia, alia sunt raptim transeuntia, & quibus, omninò repugnat permanentia, veluti sunt instantia temporis, & quodcumq; aliud indiuisibile non permanens, & in istis est dare tam vltimum in esse, quam primum in esse illud scilicet instans in quo solum habent esse, ideò in illis non est dare nec primum, nec vltimum in non esse, quia tam in toto tempore antecedente ad illud instans quam in toto tēpore consequente ad idem instans habent non esse, itaq; semper in tempore habent non esse, & consequenter non datur nec primum, nec vltimum in non esse, quia in successiuo non est assignare nec primum, nec vltimum, de primò esse patet, nam valet dicere nunc primò est, & in tempore immediatè non fuit, ergo habet primum sui esse, de vltimò sui esse pariter patet, quia valet dicere nunc vltimo est (cum solum habeat esse pro illo instanti) & immediato in tempore sequenti non erit, ergo habet vltimum sui esse, quod verò non habeat primum sui non esse probatur, quia tunc esset verum dicere nunc primò non est, & in tempore immediatè antecedenti fuit, quod est omninò falsum, quia indiuisibile, & raptim transiens non est in tempore, quod similiter non habeat vltimum instans sui non esse patet, quia non est verum dicere in isto instanti vltimo non est, & in tempore

Incipien. tia in 3. discrim. sunt.

re

re sequenti erit, quia vt dixi indiuisibile, & raptum transiens non est in tempore, ideò talia nec habent vltimum, nec primum in non esse, quia neq; in tempore pręcedenti ad instans, neque in tempore sequenti ad idem habent esse; alia sunt permanentia naturaliter genita, vel corrupta virtute naturali, & in istis est dare primum in esse, sed non vltimum de primo patet, quia est verum dicere (tenendo generationem fieri in instanti) genitum in isto instanti est, & in tempore immediatè ad instans non fuit, de secundo, patet, quia si daretur vltimum in esse esset verum dicere nunc vltimo corrumpendum est, & in tempore immediatè sequēti non erit, & ita duę formæ naturaliter simul, scilicet corrumpenda, & generanda, similiter in non esse est dare primum, & non vltimum supponendo semper, quod generatio fiat in instanti determinatè, quia valeret dicere nunc primò corruptum nō est, & in tempore antecedenti fuit, & sic habet primum non esse, non habet tamen vltimum in non esse, quia sic valeret dicere nunc vltimo non est, & in tempore immediatè erit, quod tamen est falsum, quia corruptum in tempore sequenti non erit, & ita patet quomodo in non esse est dare primum, non verò vltimum, ad vltimum .n. in vnum esse sequitur esse; alia sunt permanentia, quæ virtute Diuina generantur, & corrumpuntur, & in istis (inquit Sco. cit.) *potest esse vterq; istorum modorum, & etiam tertio modo, scilicet quod sit ibi dare vltimum in esse, & non primum in non esse, quia illa virtus potest in quemcumque modum successionis vnius ad alterum, qui non includit contradictionem* accipiatur v.g. Angelus A, iste Angelus potest habere primum sui esse, quia potest in instanti incipere esse dicendo nunc primò est, & immediatè non fuit, ergo habet primum sui esse, habet etiam vltimum sui esse, quia valet dicere nunc vltimò est, & in tempore immediatè sequenti non erit, ergo habet vltimum sui esse, cum Deus in tempore sequenti possit illum Angelum annihilare, si autem habeat vltimum sui esse non poterit postea habere primum sui non esse, quia ad instans non sequitur instans, sed tempus in quo non

non est primum, nec vltimum, si tamen non haberet vltimum sui esse poterit tunc habere primum sui non esse, quia tunc potest in instanti annihilari, & ita erit verum dicere nunc primò non est, & in tempore antecedenti fuit, potest etiam habere vltimum sui non esse, quia si Deus in isto instanti A, non creat Angelum, sed solum in tempore immediatè sequenti, tunc ille Angelus habebit vltimum sui non esse, nam valebit dicere nunc vltimò Angelus non est, & in tempore immediatè sequenti erit, & sic habet vltimum sui non esse, & ita patet permanentia à Deo conseruata, & corrupta esse indifferentia ad incipiendum, & per primum sui esse, & per vltimum sui non esse, & ita proportionaliter de desinere.

Tertio not. ex Scot. ibi, quod *incipit*, *& desinit* 2. exponi, vno modo *incipit* exponitur per positionem de præsenti, & per negationem de præterito, & tunc habet res incipiens primum sui esse, vt dicendo A, in isto instanti est, & in tempore immediato non fuit, secundo modo exponitur per negationem de præsenti, & per positionem de futuro, & hoc modo res incipiens habet vltimum sui non esse, vt dicendo A, nunc vltimò non est, & in tempore immediatè sequenti erit, & sic incipit in tempore, & consequenter non habet primum sui esse, sed benè vltimum sui non esse, similiter de *desinit* primò modo explicatur per negationem de præsenti, & positionem de præterito, & est quando habet primum sui non esse, vt dicendo A, nunc non est, & in tempore immediatè fuit, ergo in illo nũc desinit esse, & sic habet primum sui non esse, secundo modo explicatur per positionem de præsenti, & negationem de futuro, & est quando habet vltimum sui esse, vt dicendo A, nunc vltimò est, & in tempore immediatè sequenti non erit, & consequẽter desinet esse in tempore sequẽti, & sic habet vltimum sui esse non primum sui non esse, ex quo etiam patet, quomodo eadem res possit solum per instans durare, & quomodo diuersimodè explicetur à Sco. *incipit, & desinit.*

Incipit, & desinit 2. exponitur.

Dico primo generationem non posse fieri determinatè in instanti, est Sco. 2. d. 2. q. 9.

2.q.9. F, & N, & 4. d.43.q. 5.B, vbi dicit quod forma corporeitatis, quæ in resurrectione habet præcedere animationem fieri in instanti, quia fit virtute Diuina, nunquam enim successio est necessaria nisi propter defectum agentis, est tamen con. Lich. quol.12. §. de tertio principali quasi in fine. Probatur forma substantialis immediatè introducitur vltima dispositione compossibili cum forma corrumpenda introducta, loquendo de vltima dispositione tam intensiua, quam extensiua si .n. ad illam immediatè non sequeretur generatio formæ substantialis non esset vltima dispositio completa, & perfecta, quod est contra suppositum, sed succedere potest, quod agens naturale sit tantæ virtutis, & passum ita exiguæ resistentiæ, vt approximatum passo illud vltimo disponat in instanti, ergo cum in tempore immediato ad tale instans agens naturale agat in tale passum sibi approximatum, cum non sit impeditum vt supponitur, & non disponendo, quia in instanti immediatè antecedenti disposuit ergo generando, & sic generatio fiet in tempore, & forma incipiet per vltimum sui non esse, forma .n. naturalis substantialis inquit Scot.4. cit. *§. de 2. dico* potest successiuè induci; insuper potest agens naturale per vnam horam integram includendo etiam vltimum instans horæ introducere vltimam dispositionẽ, ad quam necessariò habet sequi generatio formę substantialis, ergo cum agens naturale in tempore sequenti ad illud instans horæ habeat necessariò agere in illud passum, & tamen non disponendo, cum iam supponatur dispositum, ergo generando, & sic generatio in tempore.

Generatio non in instanti determinatè.

Dico secundo generationem substantialem non fieri determinatè, & cum præcisione in tempore est Sco. cit. & 4. d. 12. q. 3. vbi dicit formam substantialem non introduci in subiecto vno gradu caloris introducto, sed tota simul, & secundo d.2. q.9. vbi dicit indiuisibile esse aliquid, aliter generatio esset in nihilo, ecce quomodo Scot. fatetur generationem non fieri determinatè, & cum præcisione in tempore est tamen con. Mastrium, & Bellutum lib. de generat. disp. 5. q. 5. art. p. Probatur vt præce-

Generatio non in tẽpore determ.

cedens, nam contingere potest, quod agens naturale in introductione formæ substantialis (loquendo de vltima dispositione intensiua, & extensiua semper) solum consumat tempus vnius horę dempto vltimo instanti illius horæ, quia sicut potest inducere talem dispositionem consummando horam, & instans horæ sic poterit solum consumare horam cum ad hoc non appareat vlla implicantia, ergo in illo vltimo instanti horæ generabit introducẽdo formam substantialem, cum naturale agens necessariò habeat agere in subiectum dispositum in tempore antecedenti ad illud instans, ergo &c. Prætereà, quiescens per horam non est necesse vt necessariò quiescat in vltimo instanti horæ ex Sco.2.d.2.q.12.§. *hic dicitur*, vbi habet cõtra D. Thomam Angelum non solum posse moueri in instanti temporis discreti, verum etiam in instanti temporis continui ob rationem supra assignatam, aliter in vltimo instanti prolationis verborum consecrationis sequeretur, sub illis speciebus substantiam panis remanere, quæ in toto tempore præcedenti fuit, *si-*

Quiescẽs per horã non necessariò in vlt. instanti.

militer cũ aer tenebrosus quiescit in esse tenebroso per totum tempus, sequeretur quod in vltimo instanti illuminationis illius aeris tenebrosi aer esset tenebrosus, & ita sequeretur quod illuminatio non fieret in instanti, si ergo in vltimo instanti horæ approximaretur passum sufficienter dispositum agenti naturali in potenti sufficienti ad agendum, non debemus negare illud agens naturale non posse agere in illud passum sibi debitè approximatum, & dispositum, cum nulla appareat implicantia, & impedimentum, non disponendo, quia iam supponitur sufficiẽter dispositum, ergo generando, ergo generatio non est determinatè, & cum præcisione in tempore, cum in tali casu esset in instanti; insuper ratio ab ipsis adducta num.117. ad probandum generationem fieri in tempore si quid probaret, probaret generationem nunquam posse incipere, eo quia cum agens naturale semper disponendo agat in quantum, & secundum ipsos agat vniformiter, & difformiter .s. magis disponendo, & primo disponendo primam partem, quam secundam, proximiorem, quam

Ratio aduers. non cõcludit.

 re-

remotiorem posset sic formari ratio, si generatio fieret in tempore, haberet et inciperet per vltimum sui non esse, dicēdo nunc vltimo non est forma generanda, & in tempore immediatè sequenti erit, vel in illo vltimo instanti est vltima dispositio tam intensiua, quam extensiua, ad quam necessariò sequitur generatio, vel nōn, si non ergo in tempore immediatè sequenti non erit generatio, quia ad generationem semper habet præire vltima dispositio, sed potius erit vltima dispositio, & ita illud instans non erit vltimum non esse generationis, quod est contra suppositum, si est vltima dispositio, cum illa sit inducta in subiecto quanto & extenso, quæro quando illam vltimam dispositionem in partem remotiorem illius passi, quod egit in parte proximiori, cum secundum ipsos agens illud agat vniformiter difformiter, vniformiter, quia semper in partem proximiorem primò agit; difformiter, quia proximiorem magis disponit, non disponendo, quia illam primò disposuit, quam disposuerit remotiorem, ergo generando, & sic illud instans nō est primum non esse generationis, & cū etiam illa pars sit quanta, & semper diuisibilis potest quæri de illa, veluti de alia parte, & ita sic procedendo nunquam generatio poterit incipere, quapropter ratio, quam ipsi vocant solidam si quid probaret etiam contra illos probaret eò, vel maxime, quia ipsi affirmant indiuisibile non posse incipere in tempore in Phy. disp. 14. q. 2. art. 4. & nos mox dicemus, & tamen forma substantialis (pręcipuè secundum ipsos asserentes) ipsam non suscipere magis, & minus, vt ex dictis præcedenti controu. est aliquid indiuisibile, & consequens ipsi repugnabit fieri in tempore etiam per potētiam Dei absolutam, iuxta doctrinam ab ipsis in Phy. traditam.

Dico tertio generationē, seu introductionem formæ substantialis neque determinatè fieri in instanti, neque determinatè in tempore, sed indifferenter se habere ab introduci, vel ad fieri in tempore, vel in instanti iuxtam diuersam dispositionum vltimarum introductionem, est Sco. cit. & 4. d. 43. q. 5. §. *de secundo dico*, vbi habet sequentia verba, *dico quod illa formatio*

tio Corporis in instanti, quia fiet immediatè virtute Diuina, nam Angelus non poterit illam formam substantialem inducere in materia, virtus autem Diuina, & si possit successiuè agere, & successiuè inducere formam, sicut virtus creata, & forma substantialis possit successiuè induci, quod aliqui negant, tamen magis congruit, quod illa virtus formam inducibilem in instanti, inducat in instanti, quia nunquam est successio necessaria nisi propter aliquem defectum agentis, quibus verbis clarè deducitur formam substantialem esse inducibilem ab agente naturali, & in tempore, & in instanti, vt optimè cõstat probatum in præcedentibus conclusionibus.

Dico Quarto indiuisibile posse incipere esse in tempore est Sco. cit. & quol. 12. §. *de 3. principali*. Lich. & Tattar. ibidem est tamen con. Mastrium, & Bellutum in Phy. disp. 14. q. 2. art. 4. vbi etiam negant indiuisibile per potentiam Dei absolutam posse incipere per vltimum sui non esse, & in tempore, & colligitur ex Sco. cit. & 2. d. 2. q. 4. ad 2. vbi dicit con. Henricum intellectionem Angeli non necessariò coexistere tempori, seù non necessariò durare per tempus, habet .n. ibi hæc sequentia verba *potest dici, quod aliqua intellectio potest inesse Angelo præcisè cum instanti nostri temporis, & deinde post illud instãs potest habere aliam, & aliam intellectionem immediatè*, quibus verbis clarissimè habetur intellectionem Angelicam posse incipere esse in tempore, quæ tamen intellectio est indiuisibilis secundum suam essentiam, ergo nulla apparet implicantia indiuisibilia incipere esse in tempore, idem habet tertio d. 3. q. p. §. *ad quæstionem*, vbi dicit Beatam Virginem potuisse in primo instanti suæ Cõceptionis esse in peccato originali, & in tempore immediatè sequenti potuisse esse in gratia, & tamen ibi non apparet aliqua extensio, & diuisibilitas, licet ipsi supra citati PP, dicant hoc posse prouenire ex diuisibilitate graduũ ipsius gratiæ, quod idem dici potest de intellectione Angeli, quod tamen non sufficit ad tollendam difficultatem, quia gratia, & intellectio saltem quoad gradus specificos est omninò indiuisibilis, & tamen secundum illos gradus acquiritur in tẽpore, imò si-

Indiuis. in temp. incipit.

Contra dic. Mastrij.

binet ipsis contradicunt affirmantes in lib. de generatione disp. 5. q. 4. art. 1. cit. formam substantialem acquiri in tempore, cum admittant generationem necessariò fieri in tempore, & tamen forma substantialis, & secundum gradus specificos, & indiuiduales, (maximè secundum ipsos cit. art. 2.) est omninò indiuisibilis, quia non suscipit magis, & minus, ergo &c. Præterea indiuisibilia temporis (secundum omnes) solum durant per instans, & hoc necessariò, & indispensabiliter, & consequenter indispensabiliter desinunt in tempore, & per vltimum sui esse, si ergo desitio indiuisibilis potest coexistere toti tempori diuisibili, cur quæso hoc repugnabit inceptioni indiuisibilis? Et dicere cum Mastrio, & Belluto in Phy. cit. non esse eandem rationem de inceptione, & desitione, quia cum hæc .s. desitio sit negatiua, neque sit ad aliquod esse, sed ad non esse terminetur, ideò cum non sit determinata actio neque pariter determinationem petit, quod non est ita de inceptione, quæ est positiua, & determinata actio, non officit inquam, eo quod licet per desitionem tollatur esse rei, & non ponatur in esse veluti per generationem, videtur tamen eadem prorsus implicantia, quod esse alicuius indiuisibilis successiuè tollatur, veluti videtur implicantia, vt tale esse indiuisibile successiuè ponatur, quia ita potest quæri de prima parte temporis in deperditione ipsius esse indiuisibilis, veluti in acquisitione eiusdem dicendo videlicet, vel in prima temporis parte (cum in tempore necessariò sint partes) est annihilata aliqua pars illius indiuisibilis, vel ipsum totum indiuisibile, non primum, quia indiuisibile non habet partes, aliter non esset indiuisibile, sed diuisibile, si secundum, ergo in secunda parte temporis nihil illius indiuisibilis remanet corrumpendum, vel annihilandum, vnde mihi videtur eadem prorsus instantia de desitione indiuisibilis in tempore, ac fit de eiusdem inceptione, præterquam quod, vt dixi concedunt de forma substantiali, cui licet talis successio conueniat ratione dispositionũ præcedentiũ generationem, non tamen propter hoc tollitur, quin generatio formæ sub-

Resp. Mastrij aufertur.

ſubſtantialis prorſus indiuiſibilis ſecundum ipſos non commenſuretur tempore, & illi non coexiſtat, & quod diſpoſitiones præceſſerint hoc omninò eſt accidentale ipſi formæ, neq; propter hoc ipſa forma redditur diuiſibilis, ſed ſemper remanet in ſuo eſſe, ſi ergo indiuiſibili repugnaret, vt etiam per potentiam Dei abſolutam nō poſſet fieri, & incipere in tempore, quomodo poſtea per ſolas diſpoſitiones præcedentes poterit forma ſubſtantialis fieri, & incipere in tempore, certè hoc ſtante neceſſe eſt fateri diſpoſitiones præcedentes formam ſubſtantialem indiuiſibilem eſſe maioris valoris, & virtutis, quam ſit ipſe Deus, cum per ipſas diſpoſitiones formę ſubſtantiali aliquid conueniat, quod ipſi formæ per Dei potentiam conuenire nō poteſt, ergo &c. eſt etiam auct. Sco. quol. 12. ſup. M, de illis quæ virtute diuina incipiunt eſſe, quæ poſſunt, & in tempore, & in inſtanti incipere eſſe, vt dictum eſt 2. not. ergo &c.

Contra tertiam cōcluſionem inſtatur probando generationē nullo modo fieri poſſe in tempore, ſed determinatè fieri in inſtanti ſic. Si Generatio aliquo modo poſſet fieri in tempore, ergo forma generanda inciperet per vltimum ſui non eſſe, ſeu extrinſecè, dicendo nunc non eſt generatio, & in tempore immediatè ſequenti erit, tūc quæro vel in illo inſtanti eſt vltima diſpoſitio tum intenſiua, tum extenſiua, vel non, ſi non, ergo in tempore immediatè ſequenti nō erit generatio, ſed potius introducetur vltima diſpoſitio, quia numquam introducitur forma ſubſtantialis in ſubiecto, niſi in ipſo præceſſerit vltima diſpoſitio, ad quam ſequitur forma generanda, & ita illud inſtans non erit vltimum non eſſe generationis, quod eſt contra ſuppoſitum, ſi eſt vltima diſpoſitio, cum illa ſit in ſubiecto quanto, & diuiſibili, quæro quando illa vltima diſpoſitio fuit introducta in parte remotiori, & diſtantiori ab ipſo agente, vel illud agens egit in parte ſibi proximiori, vel non, non eſt dicendum, quod non, quia non apparet ratio, cur agens naturale approximatum paſſo benè diſpoſito, & capaci non habeat agere, cum neceſſariò, & naturaliter agat, ſi egit, vel diſponendo, vel ge-

generando, ſi generando, ergo illud inſtans non eſt vltimum non eſſe generationis, ſed ante illud inſtans iam incæpit generatio, non diſponendo, quia primo ſupponitur diſpoſita, quam ſit pars remotior, & diſtantior, ergo generatio non poteſt fieri determinatè, nec aliquo modo in tempore, ſed neceſſariò, & determinatè in inſtanti.

Reſpon. hoc argumentum maximam habere efficaciam contra aduerſarios ponentes generationem ſolum fieri in tempore ob rationē dictam, quia .ſ. agens naturale agit vniformiter, & difformiter vt dictum eſt in probatione conclusionis, contra autem noſtram opinionē affirmantem generationem poſſe fieri & in inſtanti, & in tempore parum militare, vnde quantum ad iſtam partem reſp. ex Sco. 4. d. 49. q. 11. D, agens .ſ. naturale ſibi determinare aliquam partem quantam verſus paruitatem, in quam æquè primò agat, & non primò in vnam, quam in aliam partem, reſpiciatq; illam, vt quoddam indiuiſibile, & ideò vltimam diſpoſitionem in illam totam partem ſimul introduxit ęquè primò,

Agens naturale, partem determinat.

cum non poſſit agere in minorem, aliter nunquam poſſet incipere generatio, vt diximus in probatione ſecundę concluſionis.

Contra ex Sco. 2. d. 9. q. 2. B, agens naturale non poteſt agere in extremum, quin primò agat in medium quotieſcumq; medium, & extremum ſunt eiuſdem rationis, & conſequenter capacia eiuſdē termini producti, & quotieſcumque agit in medium, & in extremum eadem virtute, ſed hoc contingit in caſu noſtro, nam tam pars remotior, quam proximior ſunt eiuſdem rationis, & ambæ partes ſunt capaces eiuſdem diſpoſitionis, & agens eadem virtute agit illas diſponendo, ergo &c.

Agens primo in medium, quam in extremum.

Reſp. ex Sco. in 4. d. cit. & quol. infra G, maiorem eſſe veram de extremo, vel de parte remotiori non contenta infra partem, quam ſibi agēs determinat, vltra quam minorem agere non valet, imò licet in illa parte ſibi ab agente determinata verè ex natura rei vna pars ſit extra aliam, & remotior ab ipſo agente, quam altera pars, in ordine tamen ad ipſum agens, quatenus agens non poteſt vna dici altera remotior,

tior, & distantior, cum ambæ partes sint æquè primò intra sphæram actionis agẽtis, & hoc patet de illuminatione Solis respectu totius mundi, quæ illuminatio non primo recipitur in parte proximiori ipsi Soli, cum fiat in instanti, sed in omnibus partibus æquè primo recipitur, cum totus mundus contineatur in sphæra ipsius Solis, & Sol agat in partes vniuersi, vt in quoddam indiuisibile idem contingit in proposito de illis partibus.

Contra ex Scot. quol. cit. F, & G, per hoc distinguitur motus alterationis à motu locali, quod motus alterationis à motu locali, quod motus localis est ille secundũ quem totum mobile simul, & secundum omnes partes mouetur, & non prius in vna parte, quam in alia recipitur motus ex Arist. 5. Phy. tex. 8. vt patet de motu alicuius continui, quod secundum omnes partes simul mouetur, *alter verò est motus, quo non est necessariò totum secundum omnes partes simul moueri*, inquit Scot. ergo non potest vltima dispositio, cum sit alteratio induci tota simul in aliqua parte quanta, aliter non differret à motu locali, & ibi

Per quid localis motus ab alteratione.

Sco. loquitur de subiecto adæquato in vtroque motu, cum nullum agens possit vltra suũ obiectum adæquatum.

Respon. ex Sco. cit. vbi habet hæc verba, *est ergo aliqua differẽtia inter motum localem, & alios motus, quia semper totum continuum secundum se totum est mobile adæquatum mouenti, ita quod non aliqua pars eius sine alia est mobile adæquatum, in motu autem alterationis aliqua pars ipsius mobilis potest esse mobile adæquatum mouenti tantæ virtutis sic, quod simul non mouebitur, nisi tanta pars* pondera verba vltima Scoti quomodo scilicet alterans determinat sibi partem, in quam æquè primò (vt dicebamus) agit, & alterat, licet ergo totum continuum sit ita adæquatum mouenti, ita quod non aliqua pars eius sine alia est ita mobile adæquatum, aliter posset tale mobile ab ipso agente moueri non mota alia parte, quod tamen contingere non potest, nisi dissoluatur continuitas illarum partium, quod non euenit de subiecto adæquato ipsi alteranti, qui licet agens simul in aliquam partem agat alterando, non tamen in omnes simul, sed potest in illas successiuè agere.

Con-

Contra vltimam conclusionem: tempus est essentialiter diuisibile in partes priores, & posteriores, si ergo generatio indiuisibilis inciperet in tempore, vel talis generatio exerceretur in prima parte temporis, vel non, non secundum, quia tunc immediatè illud indiuisibile nō inciperet esse, quod est contra suppositum, si exerceretur, vel totum esse indiuisibilis acquireretur in prima parte, vel pars solum, non secundum, quia tunc indiuisibile esset diuisibile, quia haberet partes, si totum, ergo in secunda parte temporis non exercetur generatio indiuisibilis, & ita non in toto tempore immediatè sequenti inceptio talis indiuisibilis exerceretur, cum in partibus sequentibus temporis nihil indiuisibilis remaneat acquirendum, & generandum, cum totum acquisitum sit in prima parte temporis.

Resp. etiam ipsos aduersarios ad solutionem argumēti huius teneri, quia vt dictum est in probatione conclusionis etiam probat de desitione indiuisibilis, quod .s. non possit desinere in tempore, & tamen hoc omnes habent concedere de indiuisibilibus temporis solum per instans durantibus, vnde dicitur ex Sco. quol. 12. L, & M, illud indiuisibile incipere in toto illo tempore immediatè sequenti, in quo tempore licet habeat primum esse sui intrinsecum, cum sit indiuisibile, non habet tamen illud in aliquo primo instanti temporis, vel in aliqua prima parte temporis determinata, cum talis non detur, vt benè notat ibi Tattar.

Argumentum refūditur inaduers.

Indiuisibile habet primum sui esse semper.

Contra de ratione incipientis esse in tempore est quod fiat successiuè, quia mensurę successiuæ coexistit, sed hoc modo incipere omninò repugnat indiuisibili, quale est illud, de quo modo in præsenti, ergo si habet primum esse in se, debet pariter habere in prima parte, vel in secunda parte temporis, cum omnibus illis partibus sua coexistat productio, & generatio.

Resp. dist. antecedens de ratione incipientis in tempore est quod fiat successiuè, successione se tenēte ex parte mensuræ conc. successione se tenente ex parte termini producti neg. cum dicit eius productio coexistit omnibus partibus temporis, veluti cuidam indiuisibili conc. vt est

est quoddam diuisibile in partes priores, & posteriores neg.

Contra in qualibet parte temporis, seu mensuræ, cui coexistit generatio illa indiuisibilis acquiritur substãtialiter indiuisibile illud, siuè ille terminus ergo implicat quod sit successio in fluxu, & acquisitione alicuius termini, & non sit successio in termino, quia in relatione, & in fluxu non est successio, nisi ratione termini, similiter est implicantia, quod generatio coexistat illi tempori essentialiter diuisibili, & non coexistat tamquam diuisibili in partes priores, & posteriores, cum hoc sit de ratione temporis quatenus distinguitur ab indiuisibili esse .s. diuisibile in partes priores, & posteriores.

Resp. ex Sco. 2. d. 2. q. 9. infra H, indiuisibile illud in qualibet parte illius mensuræ, vel temporis substantialiter acquiri, in qualibet parte collectiuè sumpta verum est, cum eius acquisitio substantialis absq; sui diuisione, & successione intrinseca coexistat toti illi tempori, in qualibet parte diuisiuè sumpta neg. non .n. possunt illæ partes temporis illius indeterminati seiungi, & vna ab altera secerni, cũ vna essentialiter includatur in altera, vt dicitur de continuo, cum dicit esse impossibile coexistere illi tempori, & non vt diuisibili, cum hoc sit de ratione temporis, dicitur hoc esse verum de illo tempore in se inspecto non de illo quatenus est mensura generationis indiuisibilis, quæ indiuisibiliter intrinsecè existens potest diuisibili mensuræ coexistere, tamquam indiuisibili, cum non mensuret in tali generatione prius, & posterius, vt patet de duratione rerum permanentium, quæ sine sui successione, & diuisione coexistit tempori diuisibili, quod tamen tempus non mensurat in illis quid prius, & posterius intrinsecè, sed solum quoad coexistentiam, vt habet Sco. 2. d. 2. q. p. F, & G, loquens de æuo Angelorum.

Contra non potest dari actio, & productio alicuius rei determinatæ, quæ saltim à Deo non cognoscatur, cum sit verè cognoscibilis, ergo si Deus cognosceret generatioonem illam talis indiuisibilis haberet pariter cognoscere, in qua parte temporis substantialiter acquiratur ta-

le indiuiſibile,aliter non perfectè, & adæquatè illam compræhenderet, ſed quaſi confuſo modo neſciens, in qua temporis parte fiat,ergo vel cognoſceret tale indiuiſibile acquirere eſſe ſubſtantialiter in omni parte illius tẽporis tàm collectiuè, quam diſtributiuè, & ita ſucceſſiuè ſucceſſione ſe tenẽte ex parte termini acquiſiti fieret,vel ſolum in vna parte determinata illius temporis, & ita non fieret in toto illo tempore immediato, quod eſt contra ſuppoſitum.

Reſp. Deum cognoſcere determinatè illam generationem, & illam perfectè compræhendere non tamen cognoſcere, in qua parte temporis determinatè fiat cum non detur talis pars determinata, ſed ſolum cognoſcere illam generationem ſubſtantialem toti illi tempori ſimul collectiuè ſumpto coexiſtere, imò ſi argumentum aliquid probaret, etiam probaret de annihilatione, & de defitione, quæ licet ſit actio corruptiua, Deus tamen illam cognoſcit determinatè, & compræhenſiuè, & cuius termini ſit deſtructiua, & annihilatiua.

CON-

CONTROVERSIA TERTIADECIMA.

An Potentia receptiua formarum ex natura rei distinguatur à substentificatiua earundem.

QVia formæ naturales nō eodem modo se habent ad materiam, nam aliæ solum se habent ad ipsam, vt ad subiectum præcisè informatum veluti contingit de anima rationali respectu corporis, quod solum informat, aliæ sunt, quæ vltra informationem ipsius subiecti, dicunt ad idem subiectum relationem substentificationis, veluti sunt formæ materiales substantiales, & accidentales, non eductæ de potentia eiusdem subiecti, sed potius per creationem habitæ, & postea ipsi subiecto vnitæ, alię sunt quæ vltra istas supradictas relationes fundāt aliā relationē, videlicet eductionis, & ipso subiecto, & tales sunt, quæ in fieri dependent à subiecto, cum ergo omnes istę relationes sint inter se realiter distinctæ, & separabiles, vt patet de relatione informationis, quæ sola reperitur sine alijs in anima rationali, in qua solum fundatur relatio informationis ad ipsum corpus informatum, non relatio substentificationis, quia anima rationalis non substentificatur à corpore, neq; minus relatio eductionis, quæ non fit dependenter à corpore, vt fides docet, similiter in forma substantiali, vel acciden-

Formæ in triplici differentiæ.

 tali

tali creata, in qua fundatur relatio informationis, & simul substentificationis, non tamen relatio eductionis, quia supponitur illam formam non esse eductam de potentia materiæ, in alijs verò formis materialibus substantialibus, vel accidentalibus eductis de potentia subiecti, omnes supradictæ relationes concurrunt, videlicet informationis, substentificationis, & eductionis, hinc quæritur an ex parte materiæ detur quoq; duplex potentia, vel potius vnica, quæ sit simul receptiua, & substentificatiua, & ex qua educãtur, an potius sint omninò distinctæ vnde pro maiori intelligentia.

Notandum est p. ex Sco. 4. d. 13. q. p. F, G, & R, & d. 43. q. 5. G, & H, actionem secundum suam formalitatem acceptam solum importare relationem extrinsecus aduenientem omninò distinctam realiter à relationibus, mutationis, passionis, productionis, & inductionis eò quia vt inquit Sco. in 4. d. 43. cit. actio, & passio abstrahunt à motu, & mutatione, & possunt esse fine motu, & mutatione, si .n. agens supernaturale producat formam in se existentem, ibi est solus respectus intrinsecus adueniens producti ad producens, si postea illam eandem formam inducat in materia illam informando, tunc ibi erit actio, & passio, non tamen necessariò mutatio, nec motus, supposito, quod priuatio in materia nõ præcesserit tempore illam formam informantem, quæ tamen præcessio priuationis necessariò requiritur in materia ad mutationem, cum mutari sit aliter se habere nunc quam prius, & ly *aliter se habere*, inquit Sco. cit. R, præsupponit entitatẽ vtriusque, & inductio ad Deum inducentem, vel imprimentem, qui respectus extrinsecus adueniens accidit materiæ, quia Deus poterat perpetuò conseruare materiam sine inductione formæ in ipsa, si postea inducat formam in materia, in qua priuatio præcesserit tẽpore formam inductam, tunc in illa materia adsunt omnes supradicti respectus, & vltra illos est respectus mutationis, quia tunc materia aliter se habet, quam prius per priuationem amissam, & per inductionem nouæ formæ, cum ergo omnes isti supradicti respectus mul-

Priuatio tẽp. præcedit formam ad mutat.

multiplicentur in subiecto adueniente forma, si ad multiplicationem effectuum diuersorum in forma informante subiectum, videlicet informationis, substentificationis &c. multiplicarentur quoque in ipso subiecto potentiæ, ex natura rei distinctæ, ita quod necessariò esset ponēda in ipso subiecto vna potentia receptiua, & altera substentificatiua ratione informationis, & substentificationis oporteret pariter necessariò multiplicare ob alios respectus alias potentias ex natura rei distinctas, scilicet potentiam inductiuam, & eductiuā, cum etiam effectus illarum potentiarum sint inter se separabiles, & distincti, veluti effectus potentiæ receptiuæ, & substentificatiuæ.

Potentiæ in subiecto non multiplic.

Secundo not. ex Sco. supra cit. in 4. non esse eandem actionem, qua agens inducit, vel producit formam in materia cum illa actione, qua antiquam formam expellit ab eadem, licet oppositum dicant PP. Meldulensis, & Cattanensis disp. 5. q. p. num. 39. de Generatione, eo quod huiusmodi relationes, vt supradictum est, sunt omninò separabiles, s. n. materia esset sine omni forma, quod nullam dicit implicantiam, tunc agens circa illam materiam posset habere actionem inductiuam inducendo in illam nouam formam, vel eductiuam, illam formam de potentia materię educendo, non tamen expulsiuam, quia nihil expelleret à materia, vt supponitur, potest etiā agens naturale assumi à Deo ad producendam, vel educēdam simul cum ipso Deo formā, & materia etiam stante antiqua forma, cum non implicet agēs naturale simul cum Deo duas formas in eodem subiecto simul ponere, tunc agens naturale in tali casu educeret formam, & tamen non expelleret antiquam ex supposito, corrumpere. n. vel expellere in agente creato non est idem ac non agere, vel substrahere concursum vt supra cit. PP dicunt, nam agens naturale multa corrumpit, & ferè omnia, quæ tamen ab ipso non dependebant in esse, & conseruari, vnde talis corruptio, seu actio corruptiua non potest solum fieri per subtractionem concursus, quia tunc ex parte agentis nullus erat, imò talis expulsio, & corruptio esset à quolibet agente na-

Actio expulsiua, & inductiua nō eadem.

Agens naturale cū Deo duas formas simul.

Corrumpere non est substrahere.

naturali, à quo huiusmodi forma, quæ expellitur non dependebat in esse, & conseruari,& non ab agente determinato, cum secundum ipsos corrumpere, vel expellere sit non conseruare, & licet Sco.4.d.p.q.p. PP, dicat *solius Dei est annihilare*, *quia annihilare non est agere positiuè, sed non agere, idest non conseruare*, hoc solum probat in Deo ad non conseruationem sequi annihilationem, hoc tamen non necessariò sequitur in creatura, à qua res in conseruari non dependent veluti à Deo, vnde, neq; formalissimè loquendo probat, quod in Deo actio corruptiua non sit distincta à conseruatione, si .n. per impossibile daretur aliqua creatura, quæ in conseruari non dependeret a Deo, sed solum in fieri, vt contingit de effectibus creaturarũ, tunc Deus posset illam creaturam annihilare, & tamen tunc formalissimè non annihilaret per solam subtractionem diuini concursus, cum supponatur ab illo non dependere, sed per aliam actionem de nouo habitam supra talem creaturam, actioni .n. corruptiuæ, inquantum tali competit definitio actionis traditæ ab Arist.5. Phys.tex. 17. vt inquit Sco.4.d.13.q.p. inf.G, cit. definiente *potentiam actiuam esse principium transmutandi aliud in quantum aliud, sicut autem potentia actiua est principium transmutandi, ita actio, quæ est actus potentiæ actiuæ erit transmutatio alterius, in passum in quantum alterum est*, per actionem corruptiuam autem, siuè per potentiam corruptiuam verè transmutatur materia amittendo formã antiquam, & aliter se habet, quam prius per amissionem talis formæ vt patet, ergo tali potentiæ, & actioni verè competit ratio actionis, licet non relinquat post se aliquid verè productum, hoc .n. non est de ratione actionis vt sic, sed solum de ratione actionis generatiuæ, & productiuæ, hæc .n. est ad aliquid, & post se aliquid relinquit, & influxus ipsius ponit, non tollit, veluti influxus actionis destructiuæ, qui in se est positiuus, & ratione termini, seu extrinsecè dicitur destructiuus, siuè negatiuus, quia tollit terminum, & est ad terminum annihilatum, & productum his &c.

Auct. Sco. explicatur.

In Deo actio corrupt. distincta à conseruatione.

Quid potentia actiua.

Dico Primo in materia non rectè dari, seu poni dupli-

plicem potentiam ex natura rei distinctam receptiuam .s. & substetificatiuam propter respectum diuersum, quem habet forma ad ipsam materiam, videlicet in formationis, & substentificationis, qui respectus sunt (vt dictum est) inter se separabiles, vt docet Sco. 3. d. p. art. p. in fine de accidente, quod si assumeretur à verbo haberet respectum substentificationis, non tamen in formationis, idem de forma materiali dici potest: hęc conclusio est Sco. cit. est tamen con. Mast. & Bell. in Phy. disp. 2. q. 5. art. 4. sufficit. n. eadem potentia receptiua, quæ cum sit passio propria materiæ vna solum, & indiuisibilis est ad omnes formas; quia vnius rei vnica est passio, vnde si connotat formam receptam materialem, materia vltra respectum passiuę in formationis fundat respectum substētificantis, & causantis, ad formam substentificatam, & causatam, seu eductam, si connotat formam immaterialem illam recipiendo solum fundat respectum extrinsecus aduenientem, videlicet in formationem passiuam, vt patet de eadem potentia in Sole, quę eadem indiuisibiliter manēs ob diuersa subiecta connotata, diuersos & cōtrarios effectus producit indurationis .s. in ordine ad terram, & liquefactionis in ordine ad ceram, si. n. velimus ob diuersitatem respectuum in materia multiplicare potentias, & passiones proprias, hoc pariter eueniret in causa efficiente, vt in Sole, cum in suo genere æqualiter se habeat potentia actiua ad suos effectus, ac se habet receptiua ad formas receptas, imò oporteret etiam multiplicare in materia alias potentias, cum in ipsa sint alij respectus ab his duobus, videlicet respectus eductionis, inductionis, passionis, mutationis, &c. qui vt dictum est p. not. multiplicantur in materia, & ita quilibet illorum deberet habere propriam potentiam sibi correspondentem, oporteret pariter admittere in ipsa materia potentiam naturalem, & violentam ex natura rei distinctas, cum materia vltra respectum in formationis, & substentificationis fundat etiam respectum quietationis, & violentiæ, si forma violenter, vel naturaliter recipiatur in materia, & tamen ad omnes istos respectus sufficit vna

Non datur 2. potentia in materia.

Vnius rei vnica passio.

Eadem ca i a cōtrarios effectus.

vna, & indiuisibilis potentia receptiua, connotando diuersam formã, cur ergo non sufficiet eadem, & indiuisibilis potentia ad fundãdos hos alios duos respectus, videlicet informationis, & substentificationis, sicut dicitur eadem potentia naturalis, & violenta ex Sco. q.p. prol.L, & M. Præterea vel materia eadem prorsus potentia receptiua in quantum talis recipit formas materiales, vel prorsus alia potentia ex natura rei distincta à potentia receptiua inquantum tali, si alia potentia distincta, ergo frustra ponitur talis potentia receptiua in materia; probatur, quia implicat materiam recipere formas materiales, & illas non substentificare, cum ergo talis potentia receptiua, in quantum talis ponatur in materia in ordine ad formas materiales recipiendas, si in quantum talis non haberet substentificare, neq; pariter haberet recipere, quia vt dixi recipiens formas materiales, in quantum recipiens formalissimè est etiam in re substentificãs, cum non possit recipere formaliter formas materiales, quin substentificet; Nec valet dicere potentiam receptiuam,

Eadem potentia naturalis & violẽta.

vt talem formalissimè solum recipere, ideò illas recipit vt informatiuas, non verò vt substentificabiles, cum hoc pertineat ad potentiam substentificatiuam; Non valet inquam, quia dum dico potentiam substẽtificatiuam formæ materialis formalissimè dico potentiam receptiuam eiusdem formæ, cum implicet intelligere receptionem materialẽ alicuius formæ in subiecto, & secundum illam potentiam receptiuam non intelligere dependere ab illo sic recipiente, & dum dico potentiam substentificatiuam dico potentiam receptiuam inadæquatè, seù contractam ad talẽ formam; Conf. Deus ex Sco. 4. d. 12. q. p. R, potest supplere vices potentiæ substentificatiuæ, ergo si talis potentia distinguitur in materia a potentia receptiua, & informatiua, posset Deus facere formam materialem informare materiam, & recipi in illa sine substentificatione, & dependentia eiusdem formæ ad materiam; quia ipse Deus posset supplere effectum substentationis, & dependentię, cum sit effectus alterius potentiæ à potentia receptiua, & informatiua, quod videtur

Respondetur.

Eadem potentia recept. & substẽtific.

tur

tur impossibile, quia vt habet Sco. 3. d. p. q. p. art. p. cit. *accidens non habet subiectum pro causa, nisi pro causa materiali; & hoc est inquantum informat*, ergo si informatur ab illo necessariò dependet ab eodem, & quod dicitur de accidente, dicitur pariter de forma materiali, cum sit eadem prorsus paritas, imò posset Deus conseruare actum potentiæ substentificatiuæ non conseruando actum potentię informatiuæ maximè secundum ipsos aduersarios, cum sint actus inter se separabiles, & sic posset Deus conseruare accidens simul concurrente subiecto ad substentificationem sine tamen informatione ipsius subiecti, & ita creatura simul cum Deo verè, & Physicè conseruaret accidens sine informatione, cum ad actum potentiæ substentificatiuę non requiratur informatio, & vnio Physica ipsius formæ cum subiecto, & ita accidēs haberet pro causa secundum potentiam substentificatiuam subiectum, non tamen prò causa materiali, quod est con. Sco. 3. d. p. q. p. art. p. in fine modo cit. I, licet ergo possit reperiri in forma materiali respectus substentificationis sine respectu informationis, vt dictum est secunda par. controu. 3. conclus. 2. & respon. argum. con. dict. concl. con. Bauol. 3. dist. 5. q. p. §. *dico igitur*, & Radam 3. par. controu. 4. art. p. non potest tamen reperiri informatio formæ materialis sine substentificatione, & dependentia ad ipsum subiectum, quod tamen ipsi PP. supracit. negant, licet etenim informatio vt sic pręscindat à substentificatione, & dependentia, vel non dependentia, & non substentificatione, quatenus potest vnire dependens, & non dependens, informatio tamen, quæ vnit, & connectit essentialiter dependens, & substentificabile, non potest illud vnire sine substentificatione, & dependentia, quia informat inhærendo, & dependendo, vnde Deus nequit ponere formam materialem in materia per informationem denegando postea materiæ concursum substentificatiuum respectu eiusdem formæ, quia quod inest alicui per se, primò inest, & essentialius, quam illud quod solum inest per accidens, ex Sco. 3. d. 2. q. 2. G, sed accidenti respectus informationis inest omninò per accidēs

In form. prascindit à depend. & non depend.

Quod per se inest primo inest.

cum posit esse sine illo, si à Verbo Diuino assumeretur respectus verò substentificationis,& dependentiæ est respectus essentialiter posterioris ad essentialiter prius ex ipso Scot. d. p. q.p. *§. de p. art.* ergo omninò implicat accidens habere primum respectum, qui inest illi omninò per accidens, & non habere secundum, & implicat informare materiam, & non se habere ad illam,vt essentialiter posterius ad essentialiter prius, cum iste respectus sit essentialissimus ipsi accidenti.

Dico Secundo materiam æqualiter appetere omnes formas, nec magis intensè inclinari ad magis perfectas est Sco.4.d.50.q.6. A, & B, vbi dicit quod licet appetitus cuiuscumque Beati (cum sit naturalis) sit ad summam Beatitudinē, vt tamen quietetur non est necesśè, vt quilibet Beatus summè fruatur ad hoc vt quietetur, quia ad quietationem nō requiritur, vt appetitus naturalis totaliter quietetur, & satietur, & habeat secundum omnem perfectionem illud, ad quod naturaliter inclinatur, aliter quodcumq; graue in centro non existens violenter quiesceret;sufficit ergo vt habeat id, ad quod per merita se disposuit, cum non ita inclinetur ad summam Beatitudinem, quod etiam non inclinetur ad minimam Beatitudinem, & naturaliter sub illa quiescat est Lich.q.p. prol. *§. dubitatur in hoc*, licet problematicè incedat est tamen contr. Mast. & Bell. in Phy. disp. 2. q. 6. art. 2. Probatur in cuius potestate non est inclinari, nec sic, vel sic inclinari,sed quod naturaliter inclinatur, tale inclinari non est in sua potestate, cum per hoc distinguatur naturale à libero ex Sco.p. d. p. q.4. *§. si tenendo* ergo nec sic, vel sic inclinari, ergo cum inclinatio materiæ ad formas omnes sit naturalis,erit æqualis, & æquè intensa ad omnes formas,quia ex Sco.cit.& frequenter alibi, quod naturaliter operatur secūdum totum conatum, & vltimum suæ potentię operatur, nam sicut non est in sua potestate operatio neq; pariter modus, & intensio talis operationis, sicut ergo non est in potestate materiæ inclinatio ad formas, ita neq; tanta, vel tanta, Sco.n.4. d.49. q. 10.B,habet infrascripta verba, *in cuius potestate non est tendere in*

Materia æqualiter omnes formas.

Quid ad quietati.

in eius potestate non est remissè tendere 2. d. 3. q. 10. infra F, *causæ naturales agunt secundum vltimum sua potentia*, ergo cũ à materia naturaliter dimanet potentia ad omnes formas, debet dimanare in ea intensione maiori, qua potest; Nec valet dicere materiam magis intensè appetere perfectiorem formam, non quod illa maior, vel minor intensio sit in sua potestate, sed quia ab intrinsecò materia magis intensè inclinatur ad maiorem, quam ad minorem, & ideò illa maior inclinatio inest sibi à natura, veluti & inclinatio simpliciter; Non valet inquam, quia non potest stare ex Sco. cit. quod aliquid inclinetur naturaliter ad aliud, & quod non summè inclinetur, quia quod dimanat ab aliquo naturaliter, dimanat secũdum totum suum conatum, cum in dimanatione illius agat secundum vltimum potentiæ suæ, ergo siuè ad magis, siuè ad minus perfectum inclinetur materia, dum ad vtrumq; naturaliter inclinatur summè inclinatur. Præterea si inclinatio materiæ ad perfectiores formas esset magis intensa, ergo non eadem prorsus potentia reciperet formam A, v. g. & formã B, quia implicat quod eadem prorsus potentia numero sit magis, vel minus intensa etiam respectu diuersorum, cum per illa diuersa, quæ recipit materia non varietur intrinsecè potentia receptiua materiæ, imò cum formæ multę secundum gradum specificum sint alterius, & alterius perfectionis, cum vt sic sint sicut numeri ex Sc. p. d. 17. q. 3. §. *ad istam quæst.* oporteret necessariò ponere in materia tot potentias specie distinctas, quot sunt formæ in ipsa receptibiles, cum omnes illæ formæ sint alterius rationis, & vna sit essentialiter perfectior altera, quod tamen omnes negant, & etiam supracit. PP, non. n. videtur stare posse, quod eiusdem rei sint plures passiones, vel quod eadem passio sit magis, vel minus intensa respectu huius, vel illius.

Respõsio tollitur.

Contra primam conclusionẽ instatur quandocumq; aliquid in sua ratione formali cõsideratum importat imperfectionem, & aliud non, illa non sunt omninò inter se eadem ex natura rei, cum videatur implicantia idem omninò ex natura rei importare imperfectionem, & non imperfectionem, cum

hæc sint contradictoria, ad quæ saluanda requiritur ad minus distinctio ex natura rei in via Sco. sed potentia receptiua secundum suam formalitatem inspectam dicit imperfectionem, substentificatiua verò minimè, quapropter hæc potest à Deo suppleri, ergo &c. min. est Sco. 3. d.p.q.p.§. *dep: dico* ergo istæ potentiæ sunt inter se ex natura rei distinctæ, nec materia eadem prorsus potentia recipit formas, & illas substentificat.

Resp. ex Sco. cit. in 3. inf. A, neg. min. potentiam videlicet substentificatiuam non dicere imperfectionem, cum eadem sit ac potentia receptiua, & informabilis, maximè loquendo de potentia substentificatiua intrinseca, & propria ipsi substentificato, & quando dicit Sco. cit. quod talis potentia nullam imperfectionem ponit in eo, hoc est in subiecto, sed solum prioritatem naturalem, & substentationis respectu accidentis, loquitur ibi de habitudine, seu effectu potentiæ substentificatiuæ ad ipsum substentificans, hic .n. nullā dicit imperfectionem in substentificante, veluti altera habitudo .s. informantis ad informatum, hæc .n. habitudo necessariò includit imperfectionem in subiecto .s. potentialitatem, licet ergo istæ duæ habitudines sint omninò distinctæ, & separabiles, & vna supponat imperfectionem in potentia altera, non sequitur tamen propter hoc quod sit necesse ponere in subiecto duas potentias ex natura rei distinctas, aliter etiam in forma. Oporteret ponere duplicem potentiam in ordine ad subiectum, eò quia vt inquit Sco. p. d. 8. q. 4. §. *con istam solut.* X, forma in creatis habet aliquā imperfectionem, quia .s. est forma informans aliquid, & per consequens pars compositi, habet etiam aliquid, quod est perfectionis, quod cōsequitur eam secundum suam rationem formalem, & tale est quatenus forma est id, quo aliquid est tale, & hoc nullā dicit imperfectionem, & hoc modo in Diuinis conceditur forma seclusis alijs imperfectionibus, si ergo secundum aduersarios ex diuersis habitudinibus, & respectibus fundatis in aliquo, velimus multiplicare potentias oporteret etiam in forma ponere potentiam informatiuam, secun-

Argum. retūd. in Ad: e.s.

Forma perfect. & imperfect.

cundum quam importat imperfectionem, & potentiam secundum quam constituit aliquid tale, cum secundum illam non importet imperfectionem, quod tamen est falsum, quia eadem potentia, quam informat subiectum etiam illud tale constituit, aliter posset forma informare non constituendo tale, veluti posset informare subiectum, absque eo quod substentificetur ab ipso, vt dicunt ipsi Aduersarij, quod nos impugnauimus in probatione conclusionis, cum isti effectus in forma sint distincti, & separabiles veluti effectus, & habitudo informationis, & substentificationis in materia, quod patet, quia ex Sco. cit. infra X, in diuinis est effectus formae, quo aliquid est tale, cū Deus Bonitate sit Bonus, & Sapientia Sapiens, & tamen in Diuinis non est informatio, quapropter si ratio ipsorum probaret de duplici potentia materiae, probaret quoq; de duplici in forma potentia, quia sicut effectus illi ponuntur separabiles, & quilibet illorum sine altero ita effectus isti formae, vt ex dictis patet, quare (vt dixi) posset forma informare non dando tale esse, quod nemo concederet, potentiae .n. subiecti, & formae sunt correlatiua adaequatè, ideò tot in vno, quot in altero debent esse, cum vnum relatiuum solum vnico relatiuo correspondeat.

Contra quotiescumq; aliqua duo in suis conceptibus abstractissimis considerata non se includunt, in nullo se includunt, vt Sco. p. d.8. q.4. §. *ad quaest.* & nos diximus p.p. controu.6. concl. p. de existentia, an sit de quidditate Dei, sed potentia receptiua vt sic, & potētia substentificatiua, vt sic non se includunt formaliter, ergo neque in materia, probatur min. quia si se formaliter includerent, in quocumque esset vna, esset & altera, quia quicquid descendit secūdum suam rationem formalem descendit, si ergo ratio formalis huius, & illius esset eadem, vbicumque esset, vna esset, & altera, aliter dato opposito non essent eaedem formaliter, quod tamen patet esse falsum, quia in corpore respectu animae rationalis est potentia receptiua, non tamen est potentia substentificatiua, & loquimur in praesenti de potentia intrinseca,

ſeca, & propria ſubſtentificato, non de æquiualenti, ſeu de eius effectu.

Reſp. neg. min. ad probationẽ negatur pariter, quod in corpore non ſit potentia ſubſtentificatiua reſpectu animæ rationalis, accepta potẽtia pro ipſo principio ſubſtentificatiuo, benè verum eſt, quod in corpore non eſt ipſa ſubſtentificatio, quia ad hoc, vt talis habitudo fundetur in principio, & potentia informatiua, requiritur vt connotet formam materialem, & dependentem à ſubiecto, quod non eſt in propoſito, ſi tamen per impoſſibile ipſi corpori organizato infunderetur anima rationalis materialis nulla multiplicata in eo potentia à ſuſceptiua ipſius corporis, tunc illa eadem prorſus à potẽtia, qua recipit animam rationalem immaterialem fundaret reſpectum, & habitudinem ſubſtentificantis ad ſubſtentificatum reſpectu talis animæ rationalis materialis, veluti fundat talem habitudinem reſpectu aliarum formarum materialium, ſi in ipſo corpore reciperẽtur, quare eſt eadem prorſus potentia, quæ reducitur ad actum reſpectu alicuius ſecundum vnam habitudinem, & reſpectu alterius ſecundum aliam, vel ambas habitudines, quare non datur in ſubiecto vna potentia ad actum reducta; alia non reducta, ſed eſt eadem potentia ſecundum diuerſam, & diuerſam habitudinem fundatam reducta ſecundum vnam, & non reducta ſecundum aliam habitudin.m.

Incorpore potentia ſubſtentific.

Contr. ſi eſſet eadem ratio formalis potentiæ receptiuę, & potentię ſubſtentificatiuę, ergo ſicut ſecunda videlicet ſubſtentificatiua datur in Deo reſpectu naturæ humanæ, & reſpectu accidentis, ſi ab ipſo aſſumeretur, vt docet Sco, 3. d.p. q.p. *§. de primo dico* daretur pariter prima .ſ. receptiua, ſed hæc nullo modo poteſt admitti in Deo reſpectu alicuius, ergo eſt ſignum euidens huiuſmodi potentias ſecundum ſuas rationes formales in ſe conſideratas, & abſtractiſſimè ſumptas diſtingui, & conſequenter in quocumq; inferiori, cum ſuperiora deſcendant in inferioribus ſecundum ſuas rationes formales, nec ratio inferioris variat rationem formalem ſuperioris, ergo &c.

Reſpon. in Deo non dari potentiam ſubſtẽtificatiuam in-

intrinſecam, & propriam ſubſtentificato, ſed ſolum virtualiter, & eminēter, pro quanto ſcilicet poteſt producere effectum proprium, & attributum potentiæ ſubſtentificatiuæ, quia talis habitudo, & effectus nullam dicit imperfectionem, veluti dicit habitudo informantis ad informatum, quæ attribuitur potentiæ ſubſtentificatiuæ, vt ſupra dictum eſt.

Con. ſecundam concluſionem eſt auct. Scot. 4. d. 49. q. 10. B, vbi probat appetitum naturalem eſſe maiorem ad maiorem, & ad maiorem perfectionem auctoritate Ariſt. 1. met. ſi homines natura ſcire deſiderant, ergo maximam ſcientiam maximè deſiderant, ergo ſi materia naturaliter appetit formas, formam perfectiorem maximè deſiderat, & appetit, & ita non æqualiter omnes.

Reſp. ex Scot. p. d. p. q. p. N, Ariſtotelem ibi accipere appetitum pro quietatione extra, non pro appetitu naturali, & pro paſſione ipſius appetentis, hæc.n. eſt æqualis ad omnem perfectionem, licet non ita quietetur, ſub omni forma, quapropter dicit Sco. *quodcumq; receptiuum quietatur intra, aliquo finito recepto, ſed extra, ſiuè terminatiuè non oportet, quod finito quietetur, quia ad perfectius extra poteſt ordinari, quam poſſit in ſe recipere formaliter, quia finitum non recipit formam niſi finitam, tamen benè habet obiectum infinitum* pondera verba Scot.

Contra ex Ariſt. 2. top. in cauſis præciſis, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita ſecundum quid ad ſecundum quid, ſed materia præcisè appetit formam, quia eſt eius perfectio, ergo perfectiorem formam perfectiori appetitu appetit, ergo appetitus, qui eſt paſſio appetentis non eſt æqualis ad omnes formas, ſed ad perfectiores magis, cum perfectior forma ſit maior perfectio materiæ, & ita in ea maiorem, & intenſiorem producit, & cauſat appetitum.

Reſpon. formam non eſſe præcisè cauſam ipſius appetitus materiæ, cum talis appetitus ſit relatio, & relatio non cauſatur præcisè à termino, ſed potius à fundamēto, & fortè magis principaliter, quia fundamentum eſt cauſa realis, & in actu exiſtens, terminus verò cauſat, quando non eſt, loquendo de relatione aptitudinali qualis

Forma non præcisè appetitum cauſat.

eſt

est illa, est ergo forma solum causa præcisa appetitus pro quietatione, & sub ratione complacētiæ acceptus, ideò si est maior, & perfectior forma, est etiam causa maioris, & perfectioris quietationis, & ideò argumentum valet vniformiter, & secundum proportionem loquendo, & absolutè.

Cont: si appetitus naturalis materiæ non esset absolutè intensior, & perfectior in ordine ad perfectiorem formam, sed solum ad quietationem, absolutè verò, & vt appetitus esset æqualiter intensus in ordine ad omnes formas, ergo sequeretur ita quietari, sub vna forma, ac sub alia, sed hoc non est dicendum ergo, quia sic creatura posset perfectè quietari in alia creatura, & ita obiectum nostræ fœlicitatis, & fruitionis non esset solum Deus, & vbi est perfectissima ratio entis, quod est con. Sco.1.d.p.q.p. B, & 4.d.49. q. 10. patet consequentia, quia sub vtraque appetitus eius, (cum sit æqualis) satiatur, & quietatur, nā ad quietationem nihil aliud requiritur, nisi illud quod desideratur, & habito desiderato appetitus est satiatus, & maximè, quando æqualiter, & ita intensè desideratur vnum, veluti aliud, certè tunc non datur causa, cur sub vno quietetur, & non sub altero.

Resp. ex. Sco.1. d.p. q.p. N, & Lich. quæst.p. prologi §. *dubitatur in hoc* (licet alias responsiones adducat) negando consequentiam, licet enim ita intensè appetat vnum, sicut aliud, cum non sit in sua potestate appetere, non tamen sequitur, quod ita quiescat sub vno, veluti sub altero, quamuis .n. appetitus intra sit æqualis ad omnes, appetitus tamen extra non est æqualis, ad quietationem .n. non solum requiritur appetitus idē, sed quod quietās, & habitum sit idem, & habeat rationem summam quietantis, etenim licet visus ita æqualiter appetat visibile vt quatuor, sicut visibile vt 8. & perfectissimum, cum non sit in sua potestate appetere, non tamen ita quietatur in visibili vt quatuor, veluti in visibili perfectissimo, quia primum non habet rationem quietantis, veluti secundum, seu perfectissimum visibile.

Quid ad quietans.

Contra non videtur posse stare quomodo appetitus quietantis omninò indifferen-

ren-

renter se habeat ad aliqua duo, & ita intensè illa appetat, & postea vnum illorum respectu talis appetentis habeat rationem quietantis, & non alterum, quietans.n.accõmodatur quietanti, & habet satiare appetitum illius, qui appetitus cum sit æqualis,& ita intensè,& æqualiter indifferens ad ambo quodlibet illorum poterit æquè satiare, & quietare.

Respon. ex Scot. cit. in p. quod ad quietationem non solum requiritur, quod appetitus intensiuè sit satiatus, hoc .n. modo appetitus materiæ qualibet forma satiatur, sed etiam requiritur, vt satiatus sit extensiuè; idest quod non possit obiectum perfectius appetere, & ad obiectum perfectius inclinari, cum ad perfectam quietationem requiratur expletio, & intensiua, & extensiua, quæ non est nisi, vbi est perfectissima ratio obiecti potentiæ quietantis, quapropter, licet sit idem appetitus ad omnia intensiuè, non tamen idem extensiuè, quia quolibet habito, in quo non est perfectissima ratio sui obiecti ad aliud perfectius se extendit, & appetit, licet æquè intensè.

2 Expletio.

Ii CON-

CONTROVERSIA QVARTADECIMA.

An totum integrale distinguatur realiter à suis Partibus.

LOquēdo de toto essētiali Physico, nulla inter Scotistas extat difficultas, quod.s.non distinguatur realiter à suis partibus quomodocumque inspectis, quapropter numquam potui intelligere opinionē doctissimi Fabri theorem.21.cap.3.dicentis partes posse in duplici statu considerari, vel in primo signo naturæ, in quo intelliguntur, antequam intelligantur per generationem transfactæ in entitatem totius, & hoc modo (inquit ipse) realiter distinguuntur à toto, vel postquam intelliguntur per generationem transfactæ in totum, & hoc modo non distinguuntur, nūquam inquam capere potui huiusmodi transitum, nec mihi videtur possibilis, nam materia non potest amittere entitatem propriam, cum sit ingenerabilis, & incorruptibilis, similiter anima rationalis, illamq; seruat in toto, aliter cum solum sit totum, quādo intelligitur productum, & in esse per generationem, si tunc partes intelligerentur transfactæ in tertiam entitatem, tunc illa tertia entitas non esset entitas composita, sed simplex, quia tūc non includeret partes, cum illæ partes essent ipsa entitas totius, imò vel in illo primo signo intelliguntur causæ, vel solum in secundo signo, quando transeunt (secundum ipsum) in ter-

tertiam entitatem per ipsam generationem, si in primo signo intelliguntur causæ, ergo in secundo signo non possunt intelligi transactę in tertiam entitatem secundum Sco. 3. d. 2. q. 2. F, & d. 22. q. vn. per totum, aliter intelligerentur causare realiter, & physicè se ipsas, neque in secundo signo ob eandem rationem, nam semper sequitur causas physicas nihil causare, cum entitas totius sit eadem, ac entitates partium secundum ipsum, & idem non possit verè, & physicè causare se ipsum, neque totum causabunt, cum totum nihil aliud sit nisi partes transactę in ipsum, in hac ergo parte nulla mihi super est difficultas in Sco; quapropter omittam de toto essentiali tractare, & solum de integrali erit sermo, vbi maximæ extant difficultates, & hoc tam de toto homogeneo, quam etherogeneo, & pro maiori intelligentia.

Notandum est primo aliquod prædicatum dupliciter posse competere alicui, primo modo per partem, vel secundum partem, & non secundum totum, vt homo sanatur, quia torax sanatur, vt habet Arist. 5. Phy. tex. 1. sanari inest homini, quia toraci, qui est pars hominis, & hoc prædicatum sanari inest parti & toti, quod verò conuenit toti secundum totum, & non per partes, non conuenit partibus, vt risibile conuenit homini non partibus hominis, videlicet neque animæ neq; corpori, licet. n. anima sit proxima ratio, cur homo sit risibilis, & quod sit intelligens, risibile tamen primò inest toti, non parti, quamuis sit ratio inhærentiæ huius prædicati . s. *intelligere, & risibile* in homine, non tamen sequitur, quod hoc prædicatũ insit homini per animam, seù quia inest animæ, aliter inesset per partem, anima. n. dum est vnita corpori non dicitur propriè intelligere, vt dicit Lich. p. d. 19. q. 2. *§. ad primum* secundo modo prædicatum, quod cõuenit toti secundum totum etiam dupliciter se habet ad partes, vno modo ita inest toti, secundum quod totum, quod nulli parti inest, vt habere tres angulos, ita competit toti idest triangulo, vt nulli parti ipsius competat, similiter ridere, ita primò competit toti, vt nulli parti ipsius conueniat, & ita vniuersaliter in omnibus partibus

Prædicatũ inest.

Anima corpori vnita nõ dicitur intelligere.

bus subiecti etherogeneis inquit Scot. cit. & ratio huius est, quia natura totius, & subiecti est adæquata tali prædicato, quam adæquationem notat talis primitas, sicut patet ex definitione vniuersalis p. post. tex. 2. & natura illius totius in nulla parte saluatur, & ideò eius passio nulli parti conuenit; alio modo prædicatum conuenit toti secundum totum, cum hoc etiam, vt conueniat cuicunq; parti illius totius, vt esse primo calidum conuenit primò igni, & primo cuilibet parti ipsius, quia quælibet pars ignis est per se primò calida, & hoc, quia natura totius conseruatur in qualibet parte ipsius, & hoc verum est de quolibet toto homogeneo, ex quibus clarè deducitur Scot. sentire totum integrale, seù homogeneum, seu etherogeneum dicere entitatem distinctam à partibus, aliter frustra, & impertinenter ipse Scot. assignaret toti tam homogeneo, quam etherogeneo prædicatum sibi conueniens, vt contradistinctum à partibus.

Secundo Notandum est ex Sco. cit. in p. & 2. d. 2. q. 10. inf. I, vbi declarat propositionem Arist. 5 Phy. tex. p. & 2. videlicet *nullum corpus potest à se ipso moueri per se primo*, quia tunc quiesceret ad quietem partis, *non .n. primo mouetur, nisi motus inesset cuilibet parti eius, si .n. alicui parti non inesset motus, tunc toti primò non inesset, & ita est vniuersaliter in subiectis homogeneis, & passionibus eorum*, hæc Sco. in p. cit. quod postea declarās in secundo cit. dicit idem non posse moueri à se ipso per se primo duplici primitate simul, videlicet primitate adæquationis, & primitate causalitatis, eo quia quod inest alicui primò primitate adæquationis inest cuilibet parti eius, etenim hoc significat inesse alicui per se primò, ac primitate adæquationis ad differentiam illius, quod inest alicui per partem, siue quod inest solum parti, ideò si hoc prædicatum *moueri* remoueatur à parte remouetur pariter à toto, quod autem conuenit alicui per se primo primitate causalitatis præcisè, & si remoueatur à parte, vel ab alio quod non est ipsum, non tamen remouetur ab ipso, licet .n. risibile remoueatur à parte, vt ab anima, vel à corpore, non propter hoc remouetur ab homine, similiter licet

2. Primitas.

Quod à toto non à parte.

licet habere tres remoueatur à parte trianguli, non tamen remouetur à triangulo, ratio est, quia hoc prædicatum, videlicet *habere tres*, vel *risibile* est adæquatum naturæ totius trianguli, & hominis, adeò quod non reperiatur, nisi vbi est natura illius totius, quæ natura non reperitur in partibus, neq; pariter passio insequens talem naturam ita Sco. cit. in primo.

1 Dico Primo totum integrale tam homogeneum, quam etherogeneum realiter distingui à suis partibus: est Sco. locis cit. & 3. d. 22. q. vn. L, Lich. 2. d. 2. q. 10. in fine Tattarett. ibidem licet aliter à Mastrio citetur pro opposita sententia de toto homogeneo p. Phy. q. 2. dub. 2. Sgemm. p. Phy. digres. 3. q. 4. est tamen con. dictum Mast. & Bell. in Phy. disp. 5. q. 13. art. 2. Ant. And. 5. met. q. 18. Probatur ex Sco. 3. d. 2. q. 2. infra C, vbi probat totum essentiale realiter distingui à partibus simul vnitis, & diuisim, & pro tertia ratione vtitur ratione probante de toto integrali hoc modo ex Arist. 7. met. tex. 6. in fine *manet A, & B, & non manet AB, & idem realiter non potest manere, & non manere, ergo est aliud realiter, ab A, & B, igitur, cum sic in omnibus compositis per se ratione partium non repugnet vt illæ maneant, & totum non maneat, aliqua erit entitas propria ipsius totius alia ab entitatibus partium*, ex quibus verbis manifestè deducitur non esse ad mentem Sco. responsionem datam à Mastrio cit. respondendo ad argum. vbi dicit ad primum de, Ba, solum probare totum integrale non dicere præcisè partes, sed aliquod vltra partes, & vltra entitatem A, & B, nempè vnionem, eò quia Sco. assumit, Ba, *totum integrale* ad probandam distinctionem realem totius essentialis, & tamen ibi Sco. non solum intendit probare totum essentiale vltra entitates partium importare solã ipsam vnionem, sed aliquid aliud realiter distinctum à partibus, & ab vnione, ergo si ratio Sco. habet probare, exemplum ab ipso assumptum de, Ba, debet probare non importare solum partes, & vnionem, verum etiam aliquid aliud realiter distinctum ab illis, aliter non rectè Sco. probaret distinctionem realem totius essentialis ex distinctione totius integralis, si pa-

Nõ Scoticè Mastr.

si paritas non valeret quoad inferendam tertiam entitatem distinctam à partibus, & ab vnione, cum hoc sit id, quod quæritur in conclusione, etenim de vnione omnes concedunt ipsam realiter distingui à partibus vnitis, & partes remanere non manente vnione, & difficultas solum est de tertia entitate, & Sco. ibi intendit hanc tertiam entitatem realiter distinctam probare, & assumit exemplum de, Ba, ergo intendit probare, Ba, vltra vnionem partium, & vnionem importare etiam tertiam entitatem realiter distinctam, imò in quinta ratione probat totum essentiale realiter distingui à partibus vnitis, quia ipsi competit passio per se primò, quæ non competit partibus, vt risibilitas homini, sed etiam toti integrali passio distincta cõpetit, vt ipse habet 2. d. 2. q. 10. K, & L, vbi habet hæc verba, *dico hoc totale graue inquantum est tale homogeneum, ex partibus similibus, & partes istæ sunt priores aliquo modo ipso toto, ita quod destructis ipsis in ratione partium non manet totum, ita dico, quod non est inconueniens quod eis insint suæ passiones, & motiones partiales, & quodãmodo prius, quam motio totalis conueniens ipsi toti, quia, & motio totalis componitur ex partium motionibus partialibus, sicut, & totum graue, ex partibus grauis*, si ergo Sco. concedit motionem partialem distinctam à motionibus competentibus partibus disiunctis competere ipsi toti integrali, debet pariter concedere entitatem totius realiter distinctam ab entitate partium, & ab ipsarum vnione, quia ipsi vnioni partium non competit propria passio distincta composita ex motionibus partialibus ipsius grauis, sicut, nec ipsa vnio est totum graue ex partibus grauis conflatum, cum potius sit, id quo fit ipsum totum graue, & partibus ipsius grauis, & tamen Sco. ibi loquitur de motione totali competenti illi, quod est ex partibus grauis, & ex motionibus particularibus, ex quibus non constat vnio, sed totum graue, & totum mobile, cum non dentur particularia à quibus non possit abstrahi conceptus per se obiectiuus vniuocè dictus de illis, si ergo dantur plures motiones partiales competentes partibus grauis poterit ab illis abstrahi mobilitas,

tas, vel motio totalis, & vniuocè dicta de illis, cui mobilitati est assignanda propria entitas, cui per se primo cōpetat, quæ non possunt esse illæ partes vnitæ solum, cum vt sic reduplicatè tentæ nihil per se vnum importent, & tamen passio soli per se vnitati competit, non verò vnitati per accidens, veluti sunt partes vnitæ, quatenus vnitæ, hoc .n. modo possent aduersarij respondere rationi Sco; qua probat totum essentiale realiter distingui à partibus, quatenus illi competit per se passio, vt homini per se risibilitas; possent inquam dicere, quod hæc passio competit partibus non quomodocumq; sumptis, sed solum vnitis dato, quod partibus vnitis posset per se cōpetere passio distincta à passione competente illis partibus seiunctim sumptis, dicit n. Sco. 1. d. 19. q. 2. infra A, in p. not. quod sicut totus ignis est per se primò calidus, ita pars ignis est per se primò calida, quia est totum homogeneum, & natura ipsius totius homogenei conseruatur in qualibet parte ipsius, quod non est ita de toto etherogeneo, si ergo passio competens toti etherogeneo non competit partibus ipsius, quia eius natura non conseruatur in illis, veluti natura totius homogenei, est signum euidens naturam totius non importare solam vnionem partium, quia huiusmodi vnio etiam reperitur in partibus totius etherogenei, veluti in partibus totius homogenei, cum tam istæ, quam illæ partes sint æquè vnitæ, loquitur ergo de tertia natura, & entitate, vt videre est ex verbis antecedentibus, quæ sunt ista *dico, quod possumus loqui de moueri deorsum in communi, vel de hoc moueri, quod conuenit huic toti graui, vel de parte huius moueri, quod conuenit partibus grauis, & dico quod sicut totum graue, & pars huius sunt homogenea in grauitate, ita moueri totale, quod est passio totalis totius grauis, & moueri partiale, quod est passio partis sunt moueri eiusdem rationis, & sicut moueri deorsum naturaliter in cōmuni inest primo primitate causalitatis præcisè graui in communi, ita hoc moueri totale inest huic graui totali simili primitate, & hoc moueri partiale, quod est pars huius moueri totalis inest partibus grauis simili primitate*, hæc Sco. 2. d. 2. q. 10. cit. si ergo passio competens toti

Natura totius homogenei in qualib. eius parte.

toti integrali inest sibi primitate causalitatis præcisè, veluti passio competens partibus ipsius grauis, debet necessariò totum graue dicere entitatē realiter distinctam à partibus, quæ entitas sit causa huius moueri totale, quia hoc sonat competere alicui aliquid primò primitate causalitatis, vt dictum est 2. not. & loquitur vniformiter de moueri partiale competens partibus, ac de moueri totali competens toti, ergo sicut illud moueri partiale supponit in partibus vnitatem, & entitatem distinctam, & non solum vnionem ipsarum inter se, ita moueri totale debet supponere in toto distinctionem realē à partibus, & ab vnione, aliter paritas à Sco. assumpta non valebit.

Dico secundo Quantitatem discretam, veluti est numerus esse veram quantitatem, & esse vnum per se, est Scot. cit. & 3. d. 22. q. vn. L, vbi dicit quinarium non esse præcisè quinque vnitates, sed quod resultat ex quinq; vnitatibus, est tamen con. Mast. & Bell. in Log. disp. 7. q. 7. art. p. & ita serio affirmantes quantitatem discretam non esse veram quantitatem, nec esse vnum per se, quod dicant etiam si Sco. & Arist. apertè oppositum suæ opinioni affirmarent, & Sco. & Arist. in hoc dimitterent, ob clara argumenta in oppositum, vnde Respondent ad aucto. Sco. de numero quinario iam adductam, & ad aucto. Arist. 5. met. tex. 19. dicentis numerum senarium non esse bis tria, sed semel sex, solum intelligi debere, numerum non esse præcisè vnum per accidens, veluti aceruus lapidum, quia supra vnitates, & partes numeri superaddit vnitatem ordinis, qua vnitate caret aceruus lapidum, non tamen voluit insinuare numerum dicere vnitatem per se distinctam ab vnitatibus partium; quæ responsio immediatè opponitur ipsi Scot. præced. concl. cit. & etiam modo, vult. n. Sco. modo cit. probare hominem esse entitatem distinctam à partibus, & habet sequentia verba ad hoc probandum, *si. n. homo nihil esset nisi partes vnitæ, sibi homo non esset vnum nisi aggregatione, sicut nec quinarius est vnitates quinq; sed est illud totum, quod resultat ex quinque vnitatibus, aliter si esset illæ vnitates esset vnum sicut aceruus*, ergo ad hoc, vt aliquid non

Num. vnitatē propriā.

non sit vnum solum aggregatione, veluti aceruus lapidum, requiritur necessariò vt dicat quid distinctum à partibus, si ergo numerus (vt etiam ipsi concedunt) non est præcisè vnum velut aceruus, debet necessariò dicere entitatem realiter distinctam à partibus, & non solum vnitatem ordinis, aliter etiam huiusmodi vnitas ordinis sufficeret ad vnitatem hominis, iuxta probationem Scot. adductam, si eius consequentia solum probaret vnitatem ordinis; præterquamquod Sco. (vt sonant eius verba) vniformiter loquitur de numero quinario, ac de homine, ergo sicut intendit probare ibi hominem importare entitatem realiter distinctam à partibus, & nõ solum vnitatem ordinis, pariter, & numerum, insuper assignatur obiectum Aritmeticæ, & tamen constat illud quod assignatur pro obiecto alicuius scientiæ debere esse vnum per se ex Arist. 6. met. tex. 2. & dicere cum ipsis in logica Aritmeticam considerare proportiones fundatas in numeris, non verò vnitatem ipsius numeri, & cum scientia suam sumat vnitatem ab obiecto, & cuicumque habitui

Obiectũ scientiæ vnum.

Resp. Mast. affertur.

sit necessariò assignandum vnicum obiectum, quod non posset in proposito, quia proportiones, & proportionabilitates numeri sunt multę, dicunt supradicti Auctores Aritmeticam non esse vnicum habitum, sed multos aliquo modo congregatos, quod quam alienum sit à veritate, etiam ipsi aduertunt dando postea aliam respon. dicendo videlicet Aritmeticam considerare numerum, quatenus dicit vnum per se conceptibilem in actu signato, veluti etiam ens per accidens, hoc modo est per se cognoscibile, qui conceptus cum non sit quid reale, & consequenter, neq; Aritmetica erit propriè realis, quæ responsio non minus, quam prima distat à veritate, nam omnes ponunt Aritmeticam inter scientias reales, & Arist. ipse. Præterea Sco. 1. p. d. 3. q. 2. §. 2. *non asserendo*, probando vniuocationem entis, dicit quotiescunque. n. ad prolationem alicuius videmus intellectum vniri, non verò distrahi circa plura dicendum est illud importare per se vnitatem conceptibilem distinctam ab illis, in quæ posset intellectus distrahi, sed dum dicimus numerum quinarium, vel mille-

narium, &c. experimur intellectum nostrum non distrahi circa illos quinque, vel mille vnitates intelligendas, sed potius in vnum vniri, & omninò cessare ad intellectionem illarum vnitatum, quas propter pluralitatem, & sæpè ob maximam distantiam inter se interiectam, est quasi impossibile, vt dictæ vnitates distinctè perspiciantur, & intelligantur, nam vt dicit Sco. 3. d. 14. q. 2. §. *sed si ista via*, & frequenter alibi O, *attentio circa plura obiecta est minus perfecta*, est ergo impossibile ita distinctè, & adequatè intellectum creatum intelligere mille, vel quinq; mille vnitates, ferrendo in singulas illarum, fertur ergo solum in numerum millenarium, vel bis millenarium, vt in quid distinctum ab his mille, vel bis millibus vnitatibus, numerum illum componentibus; si .n. numerus quinarius esset quinque vnitates ergo numeri non essent inter se differentes specie, sed solum differrent secundum magis, & minus, quod est con. Scot. p. d. 17. q. 3. §. *ad istam quæst. concedo*, vbi expressè dicit species esse veluti numeros, quatenus quælibet differentia specifica addita alteri differentiæ specificæ constituit aliam speciem, ita numerus additus numero alium numerum specie distinctum constituit, vt dictu n. controu. 11. an substantia suscipiat magis &c. not. 2. Insuper de ipso toto integrali, & de ipsa quantitate discreta aliqua passio est per se demonstrabilis, vt habere tres angulos est per se demonstrabile de triangulo, ergo debet dari necessariò aliquod subiectum, cui illa passio per se insit, & de quo per se demonstretur, cum hæc sit ratio principalis Sco. 3. d. 2. q. 2. §. *quantum ad primum* in fine, qua probat totum essentiale realiter distingui à partibus, quia scilicet habet per se propriam passionem. Nec valet dicere illam passionem competere non alicui tertiæ entitati, sed illis partibus vnitis, eò quia vnius passionis debet esse vnicum subiectum, non plura, præterquamquod, cum illæ partes possint ipsis manentibus in esse disiungi, & separari, tunc passio distingueretur realiter ab illis, quia tunc sic manentes non haberent tres angulos, & tamen implicat dari subiectum sine propria passione; Nec sufficit dicere talem

Numeri spec e d fferunt.

Resp. rcita tollitur.

lem paſsionem habere .ſ.tres angulos competere illis partibus non abſolutè, ſed quatenus ſunt ſub tali, & tali figura, vel vnione, nam ſic paſsio non competeret per ſe in ſecundo modo ſubiecto, ſed omninò per accidens, eo quia, quod ineſt alicui ratione alicuius per accidens ſibi illi ineſt per accidens, ſi ergo habere tres competeret partibus illis ratione vnionis, & figuræ, quæ vnio, & figura inſunt illis partibus omninò per accidens, pariter habere tres ineſſet illis omninò per accidens.

Contra primam concluſionem: ſi totum integrale diceret tertiam entitatem diſtinctam à partibus, ergo magis ponderarent duæ, vel tres libræ, dum ſunt vnitæ, ac dum ſunt ſeiunctæ, ſed hoc eſt contra experientiam, ergo, probatur ſequela maioris, nam dum ſunt vnitæ ex illis reſultaret illa tertia entitas totius, quę cum ſit diſtincta à partibus grauis etiam illa habet grauitare, & ita ſi ſeiunctæ eſſent duę librę, vnitæ ſimul erunt tres, & ita aſcendendo, & magis ponderabunt, cum illis duabus libris addatur illa tertia entitas.

Reſpon. Tattar. non magis ponderare, quia illa tertia libra, quæ additur ex coniunctione ipſarum, illas duas libras includit, & in hoc ſenſu (inquit ipſe) non eſſe inconueniens pondus duarum librarū ęquari ponderi trium librarum, quando tertia includit illas duas priores, ſic etiam ablato ab illo ponderoſo pondere vnius libræ, adhuc eiuſdem ponderis remanebit, quia illa tertia libra includeb t illas duas priores libras.

Resp. Tattar.

Contr. etiam tertia entitas totius eſſentialis includit ſuas partes, veluti totum eſſentialiter includit partes ſuas, quia tamen totum eſſentiale ponitur entitas realiter diſtincta a partibus, ob talem incluſionem non ſequitur, quin proprias habeat operationes, & paſſiones, ergo à pari licet illa tertia libra addita duabus eſſentialiter, vt totum includat primas duas veluti ſuas partes, non tamen ſequitur, cum ſit ab illis realiter diſtincta, quin addita illis non magis ponderēt, nam videtur implicare addere grauitatem, vel diminuere, & illud cui additur, non magis grauitare, & à quo auferetur non minus ponderare, ſi ergo ex duabus partibus grauis

Supradicta resp. reijcitur.

uis resultat grauitas tertia, veluti in alijs totis, certè magis ponderabunt duæ libræ vnitæ, quam seiunctæ, & separatæ: Nec valet dicere (veluti dicitur de quantitate, & corporeitate totius essentialis) entitatē nempè illam resultantem dici g auem extrinsecè tantum, & denominatiuè .f. per grauitatem partium, veluti corpus tertia entitate dicitur quantum, & corpus, forma corporeitatis, & quantitate pro altera parte, quam essentialiter includit, vt partem sui; Non valet inquam, quia sicut illa tertia entitas grauis est realiter distincta a partibus suis secundum nos, debet pariter habere propriam grauitatem distinctam, cum illa tertia entitas ex Sco. 3. d.2. q.2. infra C, cit. debeat habere propriam passionem, & passio sit realiter identificata cum eo, cuius est passio, passio autem grauis est grauitare accepto grauitare pro potentia antecedente actum grauitandi, ergo non poterit grauitare grauitatione partium, quia passio totius non est passio totius, & è contra; vnde

Resp.ta cita reijcitur.

Quæ passio grauis.

Resp. primò hoc argum. etiam torquere contrarios Sco. admittentes distinctionem realem inter totum essentiale, & partes eius, eò quia illa tertia entitas, vt cōtradistinguitur à partibus, dū mouetur deorsum v. gr. si est entitas alicuius grauis, vel sursum, si est entitas alicuius leuis, etiam ipsa naturaliter mouetur, cum natura (maximè secundum Mastrium in Phy. disp.6. q.2. art.1.) dicatur etiā de entitate, & quidditate totius, non solum enim partes lapidis naturaliter mouentur, & naturaliter quiescunt in centro, verum etiam ipse totus lapis pro tertia entitate, si ergo illa tertia entitas habet proprium motum naturalem, & propriam quietem, debet pariter habere proprium principium talis motus, & quietis, principium autem completiuum motus deorsum est ipsa grauitas, vt ipse Mast. lib. de Cælo disp. 3. num. 19. cum forma substantialis sit solum principium remotum, & radicale, vide quæso quo modo etiam ipsi teneantur huic argumento, ob cuius apparentiam forsitan, & Scotum, & Scotistas antiquos reliquerunt; vnde

Argum. in aduer. retunditur.

Respon. ergo ex Sco. 2. d. 2. q. 10. in fine vbi concedit toti integrali conuenire propriam

priam motionem totalem per se primo primitate causalitatis; quę motio licet conueniat ipsi toti primitate causalitatis vt dixi, tamen si huiusmodi motio remouetur à parte, remouebitur etiam à toto, licet sit contra illud axioma, quod inest alicui toti primò primitate causalitatis, si remouetur à parte, non propter hoc remouetur à toto, & huius reddit rationem Sco. dicens, *dico, quod hoc totale graue inquantum est homogeneum est ex partibus similibus, & partes istę sunt priores aliquo modo ipso toto, itaq; destructis istis in ratione partium non manet totum, ita dico, quod non est inconueniens, quod eis insint suæ passiones, vt motiones partiales, & quodammodo prius, quam motio totalis conueniat ipsi toti, quia, & motio totalis ex partium motionibus partialibus, sicut totum graue ex partibus grauis, & tunc nego propositionem assumptam, quod conuenit alicui primo &c.* cum ergo (vt explicant Lich. & Tattar. hoc in loco) cum ergo entitas totius non sit præcisa, & adæquata causa illius motionis totalis ex sua ratione formali, sed quia integratur ex pluribus partibus, ita quod quælibet pars

Resp. Sco.

concurrat, vt causa partialis ad illam passionem, integrãdam ex pluribus, ideò si remouetur à parte remouetur pariter à toto: hæc doctrina tollit vim supradicti argumenti, cum ergo illa grauitatio, & ponderatio sit quoddam integratum ex pluribus grauitatibus particularibus, nec sola entitas totius secundum rationem suam formalem sit causa præcisa, & adęquata talis grauitationis, sed solum quatenus integratur ex pluribus partibus, ita quod partes etiam concurrant ad tale grauitare, hinc fit quod additum partibus non magis grauitat, nec ablatũ minus, quod non est ita de alijs grauitatibus, quarum vna nihil sit alterius.

Contra dictum est modo retundendo argumentum in totum essentiale, & confutando responsionem Tattareti, quod cuiuscumq; entitatis realiter distinctę ab alia debet assignari propria passio sibi realiter identificata, & consequenter proprium principium adæquatum, & totale illius passionis, ad cuius productionem nihil habeat concurrere, quod non sit ipsum principium, ergo si illa tertia entitas grauis est

rea-

realiter distincta à partibus debet habere propriam grauitatem, & passionem, seu motionem, ad cuius productionem sola illa tertia entitas, & adæquatè ex sua ratione formali concurrat, & non partes, ergo &c. aliter non esset eius propria passio, quia passio adæquatur illi, cuius est passio, & solum ab illo causatur, quia à quo causatur cum eo identificatur.

Resp. ex Sco. 2. d. 2. q. 10. in fine, & Lich. ibidem cuicumq; entitati assignari propriam passionem, quapropter etiam illi tertiæ entitati eius passio assignatur, sed negatur, quod à sola illa tertia entitate causetur, quia hoc solum verum est de illa passione, quæ non supponit aliam passionem priorem, nec resultat ex pluribus passionibus particularibus, vt contingit de risibilitate, quia .n. risibilitas non supponit aliam risibilitatem priorem, nec resultat ex pluribus risibilitatibus particularibus, ideò præcisè, & adæquatè risibilitas à sola quidditate hominis causatur, etsi remoueatur ab eo, quod non est homo, non propter hoc remouetur ab ipso homine, quod non est ita de isto moueri, vel grauitare totali, dum .n. dicimus graue pedale est causa præcisa motus localis, ipsum graue pedale sic integratur ex suis partibus homogeneis, quod quælibet pars concurrit partialiter ad ipsum moueri, & ipse motus, qui conuenit primo pedali integratur ex motibus partialibus causatis ex motibus partialibus, & ideò non sequitur, quod si moueri competat primo graui pedali, quod adhuc sibi posset competere si remouetur à partibus, in forma ergo illius totius conseruatur eadem natura, quæ conseruatur in forma partis, vt dictum est in p. concl. cum Sco. 1. d. 19. q. 2. inf. A, quia sunt entitates homogeneæ pariter, & passiones partium, & totius sunt homogeneæ.

Q od p. toti si remou. ab ipso non a part. quomodo.

Secundo arguunt si totum integrale diceret entitatem realiter à partibus distinctã, sequeretur materiam esse generabilem, & corruptibilem terminatiuè, sed hoc est contra omnes, ergo, probatur sequela maioris ex Scot. 2. d. 12. q. 2. materia est diuisibilis in partes entitatiuas seclusa quantitate, si .n. est receptiua formarum extensarum oportet, quod habeat partes,

Materia diuisibilis entit.

ali-

aliter omnes partes formę in vna parte indiuisibili materiæ reciperentur, cum forma recepta non possit dare esse ipsi susceptiuo, vt dictum est controu. 11. not. 2. an substantia suscipiat magis, &c. dum ergo materia diuideretur in suas partes totum ex illis partibus vnitis corrumperetur, & ita illa tertia entitas materiæ corrumperetur, & si illę partes denuò reunirentur, denuò illud totum generaretur, & sic facilis esset naturalis reditio eiusdem indiuidui, quam licet Sco. conc. 4. d. 43. q. 3. posse .s. idem aliquādo naturaliter redire per successionem temporis, non tamen tanta facilitate, quanta potest contingere in reunione partium alicuius totius, videlicet aquæ, materiæ, &c.

Reditio naturalis.

Resp. nullum esse inconueniens illam tertiam entitatem ex partibus materiæ resultatā corrumpi, & iterum ex reunione partium reproduci, in tantum .n. dicimus materiam esse ingenerabilem, & incorruptibilem, quia non habet subiectum, de quo generetur, cum ipsa sit primum subiectnm cuiuscumque generationis, cum ergo illa tertia entitas habeat, ex quo resultet, non est necesse negare, quin ipsa possit generari, & cum dicitur Scot. non tanta facilitate admittere reparationem naturalem eiusdem, loquitur Sco. ibi de reparatione totius essentialis, vel alterius, cuius partes non ita facilè reuniantur, veluti reuniuntur partes totius integralis.

Materia generabilis quo modo.

Contra cum illa tertia entitas materiæ resultans ex partibus eiusdem constet ex partibus homogeneis, & eiusdem rationis, erit totum homogeneum, & eiusdem rationis cum ipsis partibus, veluti dictum est soluēdo argumentum con. p. concl. de igne, & partibus ignis cum Scot. p. d. 19. q. 2. infra A, ergo si in ipsa tota materia, veluti in partibus ipsius saluatur ratio, & quidditas materiæ eadem, quæ saluatur in partibus, si materia in partibus est omninò incorruptibilis terminatiuè, pariter, & in tota illa natura, seu tertia entitate debet esse sic incorruptibilis, quia implicat, quod idem secundum rationem suam formalem sit incorruptibile, in vno, & corruptibile in altero, ergo &c.

Resp. etiam aduers. teneri ad respons. huius argum. de in-

Argum. in adver. retund.

indiuisibilibus ipsius materię, certum.n.est, & ipse Mast.& Bell. in Phy. disp. 9. q.2. art. 5. admittunt in diuisione alicuius continui duo de nouo generari indiuisibilia, tam formæ, quàm materiæ cum indiuisibilia formę subiectentur in indiuisibilibus materię, si partes diuisæ iterum reuniantur illa indiuisibilia terminantia de nouo deperduntur, ergo si ipsi haud habent pro inconuenienti, quod duo indiuisibilia materiæ terminantia de nouo generentur, & corrumpantur, quia habēt vnde generentur, cur quæsò non idem erit de illa tertia entitate? Vnde dicimus non repugnare quidditati materiæ, vnde quidditas materiæ corrumpi terminatiuè, sed hoc sibi competit, quatenus est prima entitas, seù quia eius quidditas seruatur in prima omninò quidditate, quod non est ita de illa tertia entitate, quæ non est omninò prima, cum sit resultata, ex quo habes de vino consecrato, & de quolibet alio accidente à subiecto separato in separatione partium, vel in vnione illarum fieri aliam entitatem distinctam. ex vi præcedentis miraculi sine subiecto existentem, neque hoc mirabile videri debet rationem, & non sensum insequenti.

Resp.

Materia quidditatiuè nō incorrupib.

Contra secundam concl. instant ratione Scot. ab ipsis reputata insolubilis in p. d.2. q. 4. NN, quinq; assignantur à Sco. ibi gradus vnitatis, quę sunt infrascriptæ, *prima est vnitas aggregationis 2. vnitas ordinis, quæ aliquid supra vnitatem aggregationis addit, 3. est vnitas per accidens, vbi vltra ordinem est informatio, licet accidentalis vnius ab altero, eorumq; sic sunt, 4. est vnitas per se compositi ex principijs essentialibus per se actu, & per se potentia, 5. est vnitas simplicitatis, quæ est vera identitas, quicquid .n. est ibi est realiter idem cuilibet, non tantum est vnum illi vnitate vnionis, sicut in alijs modis, ita ad hoc vltra omnes est identitas formalis*, sed numero non potest tribui, nisi vnitas prima, vel ad summum secunda .s. vnitas ordinis, quæ non importat aliquod per se vnum, quod possit poni per se, & directè in prædicamento aliter etiam Respublica, & Exercitus, vbi talis est ordinis vnitas poneretur in prædicamento, & vnum per se esset.

Quotuplex vnitas.

Resp. numerum esse vnum vnitate posita in quarto gradu,

du, non tamen ad modum compositi essentialis, quod est ex per se actu, & ex per se potentia, non enim vna pars continui, neque vna vnitas numeri est per se actus, nec per se informat aliam partem, vel aliam vnitatem, veluti forma pars compositi informat per suam entitatem materiam, quæ est pars potentialis, & receptiua formę, sed solum extrinsecè, pro quanto videlicet vnitas vna extrinsecè terminat incompletionem, & potentialitatem alterius vnitatis, prima .n. vnitas vagè sumpta non huius, vel illius est per se in potentia, vt terminetur à secunda vnitate, & sic deinceps, quare si argumentum probaret etiam cõtra continuam, & permanentē quantitatē probaret, eo quia vna quantitatis permanētis pars nō informat per se, & per exhibitionem proprię entitatis aliam partem ad modum formæ substantialis, imò vna pars permanentis quantitatis non videtur esse ita in potentia, veluti est vnitas inferior respectu vnitatis superioris, vnde si ad faciendum vnum per se requiratur informatio, & per se potentia informabilis, & actus per se informans, neque quantitas permanens esset vnum per se, quod tamen ipsi simul cum Arist. negant.

Retund. argum.

Contra nulla ex illis vnitatibus, quæ sunt in numero videlicet quinario, potest assignari, quæ sit per se in potentia, vt possit terminari ab alia vnitate, ergo nullo modo neq; intrinsecè, neq; extrinsecè vna est in potentia ad aliam, probatur antecedens, nam quælibet illarum vnitatum indifferenter poterat fieri prima, & qualibet indifferenter sublata æquè tollitur numerus quinarius, ergo nulla est per se in potentia ad aliam.

Resp. verum esse accipiendo illas vnitates, quatenus sunt vnitates huius, vel illius indiuidui, hoc .n. modo nullum ordinem, nec potentialitatem seruant inter se, si tamen accipiātur vt sunt partes numeri quinarij, hoc modo prima vnitas vagè sumpta est essentialiter, & per se in potentia ad secundam, & secunda ad tertiam, & sic deinceps.

Vnitates quomodo ordinem.

Contr. si illa prima vnitas vagè sumpta esset ita per se in potentia ad secundam, vt ex illis duabus tertia vna vnitas fieret distincta, necessa-

riò deberet dari subiectum, in quo subiectaretur, cum sit accidens, vel ergo in illis duabus vnitatibus illam tertiam componentibus subiectaretur, & ita idem accidens esset naturaliter subiectatum in diuersis subiectis quantumcumq; distantibus, quod nec etiã rationali animæ competit, aliud tertium ab illis subiectum assignari non potest, ergo &c.

Resp. ex Barg. p. d.24. q. vnic. vbi concedit idem accidens discretum posse esse naturaliter in pluribus subiectis quantumcumq; distantibus, est ergo illa tertia vnitas in numero quinario resultato ex illis vnitatibus, & numerus quinarius est in illis quinq; vnitatibus.

Idem accidens in pluribus subiectis naturaliter.

Contr. ergo hoc stante numerus quinarius esset numerus senarius, & senarius esset septenarius probatur sequela, quia numerus quinarius secundũ nos vltra illas quinque vnitates dicit aliam tertiam vnitatem ab illis distinctam, & sic quinarius euaderet senarius, addendo .n. illis quinq; vnitatibus aliam vnitatẽ, sex postea sunt vnitates, & addendo sex vnitatibus septimã, & sic de alijs, ergo &c.

Resp. ita esse connumerando in numero quinario, & vnitates componentes, & vnitatem resultantem, & ita dicas de alijs numeris, quia tamen communiter in numeratione solum enumerãtur partes componentes, & non entitates resultatæ, hinc est, quod numerus quinarius solum dicitur quinarius, & senarius senarius, & si de alijs.

CON-

CONTROVERSIA QVINTADECIMA.

An actus sit causa partialis habitus, an solum causetur ab ipsa potentia.

Clarum est ex Sco.p. d.17.q. 2. *§.tertio modo attribuendo*, & *§.ad argumenta con.3. opinionem*, habitum esse causam partialem actus, licet minus principalem, vt ipse Sco. cit. H, & I, quod clarè patet, quia quando duæ causæ partiales concurrunt ad aliquem effectum, illa censetur principalior, quæ per se sola potest in talem effectum, quam illa, quæ non potest nisi cum alia, vt patet de Deo, & Creatura, quia .n. Deus potest effectum creaturæ se solo producere, creatura verò minimè, sed solum cum Deo ideò Deus dicitur causa principalior, & quia etiam est illimitatior, cum ad plures effectus cócurrat, modo potentia potest se sola sine habitu in aliquem actum, licet non ita perfectum, & intensum habitus tamen sine potentia nullo modo potest in actum, & hoc patet de primo actu, qui est solum à potentia, præterea illa causa est perfectior altera in ordine ad aliquem effectum, quæ saltim remotè est causa alterius concausæ, sed potentia in ordine ad habitum est huiusmodi, quia ipsa potentia saltim mediante ipso actu est causa ipsius habitus, ex frequentatis .n. actibus generatur, & producitur in potentia habitus, habitus tamen nullo modo est causa ipsius potentiæ, ergo ambo concurrentes ad actum cen-

Quę causa principalior.

ſetur potentia principalior cauſa non habitus, eſt igitur ſola difficultas de actibus, an .ſ. ipſi ſint cauſæ ipſius habitus, an potius ſolum cauſetur ab ipſa potentia, & ſolum actus ſint quaſi effectus præuij, & antecedentes ad ipſum habitum, neque intelligimus in præſenti, quod actus ſit cauſa habitus, veluti cauſatio, & actio de genere actionis eſt cauſa ſui termini, hic enim ſupponimus cum Scot. quol. 13. F, & EE, actum, & operationem potentiæ non eſſe actionem de genere actionis, & vniuocè, ſed ſolum æquiuocè, & grãmaticaliter, cum potius formaliter, & quidditatiuè loquẽdo ſit forma abſoluta, ſed ſolum quærimus, an actus ſit forma virtualiter, & productiuè continens habitum, experientia .n. conſtat habitum eſſe cauſam actus, eo quia vt inquit Sco. p. d. 17. q. 2. §. *tenendo tertiam viam* eandem potentiam habituatam eodem conatu cõcurrentem perfectiorem elicere actum potentia non habituata, quæ maior perfectio non poteſt habitui, vt ſolum principio paſſiuo, & inclinanti attribui, quia in priori inſtanti naturæ, in quo elicitur, & priuſquam recipiatur in potentia eſſet in tali potentia habituata æqualis ratio principij actiui in eliciẽdo, & ita perfecta operatio eliceretur, & cum intelligatur recipi id, quod elicitur ſi non perfectior actus eliceretur, neq; perfectior reciperetur in potentia, itaque ſolum reſtat determinare de actu reſpectu habitus; pro quo &c.

Habitus cauſa actus.

Notandum eſt primo ex Scot. 2. d. 3. q. 10. §. *ad quæſtionem igitur* habitum non diſtingui eſſentialiter à qualitate *eadem .n. eſſentia abſoluta in genere qualitatis poteſt eſſe habitus, & diſpoſitio*, inquit Sco. cit. eadem enim qualitas habet rationem habitus ſi permanentis rationem habeat, ſi verò non eſt permanẽs qualitas habet rationem diſpoſitionis, quapropter neque habitus prædicatur per ſe de qualitate, eo quia huiuſmodi permanentia accidit qualitati, quod autem accidit alicui non per ſe prædicatur de illo, tum etiam quia qualitas permanens vt ſic non eſt vnum per ſe, cum permanentia, vt dixi accidat qualitati, neq; qualitas prædicatur per ſe de habitu, cum habitus includat permanentiam, & quatenus illam inclu-

Habitus, & qualitas non eſſentialiter diſt.

Permanentia accidit qualit.

Habitus non est vnũ per se.

cludit non est vnum per se, ideo neq; prædicatur de alio per se; neque aliud de ipso, quia quod non est per se vnum, neq; per se de alio dicitur neq; aliud de se ipso ex Sco. 3. d. 22. q. vni. §. *sed quid logicè* distinguitur tamen habitus essentialiter, & specificè à specie intelligibili, quia species intelligibilis naturaliter præcedit actum cognoscendi maximè loquendo de obiecto non præsente per essentiam, sed solum per ipsam speciem; habitus autem respectu illius obiecti naturaliter sequitur illa, ex quibus generatur .s. actum, *idem autem essentialiter non sequitur naturaliter, & præcedit naturaliter, quia non est circulus in essentialiter ordinatis, neque in causis, neque in causatis, tum quia habitus potest esse intensior, cuius species intelligibilis est remissior, & è contra* si .n. in intellectu imperfectiori species intelligibilis imperfecta reciperetur, si tamen ille intellectus imperfectior frequenter consideret obiectum intelligibile, cuius habet speciem, perfectiorem in se ipso producet habitum, quam habens intellectum perfectiorem, non tamen ita frequenter obiectum considerans, tunc habẽs imperfectiorem, & remissiorem speciem, haberet tamen perfectiorem habitum, & è contra, dum intellectus perfectior ita frequenter, vel frequentius considerat obiectum cuius æqualem habet speciẽ, vel etiam non ita perfectam cum intellectu imperfectiori perfectiorem, & intensiorem habebit habitum stante specie imperfectiori, & minus intensa, vel saltim æquè intensa; Qualitas ergo fixa, & firmata distinguitur ab habitu, veluti inferius à superiori, quia omnis qualitas firmata, & fixa est habitus, non è contra, nam licet species intelligibilis in Angelis sit fixa, & firmata, non est tamen habitus scientialis, sed omninò ab illo distincta.

Habitus à speciè intelligibili essẽtialiter.

Species intẽsior remissior habitus, è contra.

Quomodo qualitas ab habitu.

Secundo notandum est ex Scot. 2. d. 3. q. 10. §. *ad argumenta pro prima opinione*, ad secundum, vbi dicit, quod in naturaliter inclinatis, & in summè determinatis non generatur, neq; ex frequentatis actibus producitur habitus distinctus ab ipsa specie, vt patet in graui per quodcumque descendere non generatur in ipso habitus facilitans ad descensum, *neque generatur in violenter motis per quoties-*

In determinatis nō generatur habitus.

tiescunq; tale moueri aliqua ratio, vel habitus facilitans, vel habilitans ad talem motum violentum, sicut patet de lapide moto sursum, sed generatur in potentijs de se indeterminatis ad actum, per actum frequenter elicitum, non autem est imperfectionis aliquem intellectum creatū esse summè habilitatum ad intellectionem, quod si aliquis est talis erit Angelicus, & ita in illo sicut in summè habilitato ad actum non poterit generari habilitas aliqua, quæ dicatur habitus illo modo, aut si caret tali habitu, quæ sit habilitas quædam ad considerandum hoc intelligibile, & intellectus eius erit capax, tunc dico, quod non est inconueniens, quod possit in ipso generare talem habitum, hæc Scot. quæ verba sunt sanè intelligenda, ne sibi contradicat, etenim habitus non solum ponitur ad habilitandam, vel disponendam potentiam, vt promptius, & facilius operetur, verū etiam, vt perfectius, & intensius operetur, & hęc est ratio, cur Sco. in p. d. 17. q. 2. §. *tenendo tertiam viam,* dicat potētiam eodem conatu operantem perfectius operari, quam potentia non habilitata, dummodò sint eiusdem rationis, & perfectionis, & 3. d. 33. q. vn. B, I, & K, concedit in intellectu, & in Angelis virtutes morales ex continuo dictamine, quo suus intellectus dictaret illis, mihi volendum esse actum continentiæ, & ex tali dictamine, & volitione, qua vellet mihi continentiam, vel abstinentiam generare in se ipso habitum virtutis moralis abstinentiæ, vel continentiæ, inquit .n. Scot. cit. inf. I, *omnem voluntatem non necessariò carentem perfectione conueniente voluntati, conuenit habere quamcumque perfectionem voluntatis, velle autem bonum circa agibile, non solum sibi, sed etiam alteri, & hoc non tantum in ordine ad bonum Diuinum, sed in quantum est bonum proprium est quædam perfectio voluntatis, & voluntas Angeli non est necessariò imperfecta, igitur potest sibi competere habitus, quo velit mihi bonum,* si ergo est perfectio in potentia habere habitum non est denegandus in ipso intellectu Angelico, cum neq; ipse intellectus Angelicus sit necessariò imperfectus, vnde communiter ab omnibus in Beatis lumen gloriæ, licet eorum intellectus sint summè habilitati, & naturaliter inclinati, & hoc ad intensius, & perfectius

Ad quid habitus.

In Angelis virtut. morales.

Deum

Ad quid lumen gloriæ.

Dēū videndum; vnde quando Scot. negat in intellectu Angelico habitum solum ex hac parte negat, quatenus s. non habet disponere, & habilitare, vt patet ex ipsis verbis Scot. allatis, vt explicat Lich. 2. d. 3. q. 10. §. *nunc soluendæ sunt*, quia habilitare, & disponere dicit imperfectionem in potentia, quia dicit retardationem, & non perfectam expeditionem circa propriam operationem, quæ imperfectiones debent remoueri ab Angelo, cum ibi nulla sit retardatio, & impedimentum, ita videtur dicere Sco. in 3. cit. infr. I.

Habilit. & disp. dicit imperfect.

Tertio notandum est ex Sco. 4. d. 49. q. p. inf. FF, & GG, actum esse simpliciter perfectiorē ipso habitu, tum in ratione perfectionis finalis, quia immediatius attingit obiectū finale, tum in ratione perfectionis formalis, nā tanta perfectio non posset conuenire tali habitui in summò, quāta conuenit actui tali in summo, vnde Sco. cit. inf. GG, dicit nullum esse inconueniens causam partialem esse minus perfectam ipso effectu, maximè quando est causa partialis minus principalis, licet semper causa totalis, & æquiuoca, vel magis principalis sit simpliciter perfectior suo effectu, & propter hoc concedit habitum esse causam minus principalem ipsius actus, idem habet 1. d. 17. q. 2. §. *ad argum. quæ facta sunt con. tertiam opinionem*, & 4. d. 12. q. 3. inf. I, cum illam perfectionem, qua effectus excedit causam partialem possit recipere ab alia causa partiali, quapropter si ambæ causæ partiales essent ignobiliores, & imperfectiores simpliciter effectu illa perfectio essentialis, qua effectus excederet causam à neutra posset haberi, hinc saltim causa partialis minus principalis necessariò debet esse essentialiter perfectior, vt patet in exemplo ibi adducto à Sco. d. 12. cit. de albedine, eiusq; intellectione, quę licet sit essentialiter perfectior ipsa albedine, nullum tamen sequitur inconueniens, quia illam perfectionem essentialem, qua intellectio excedit albedinem recipit ab alia concausa partiali, videlicet intellectu, vnde concludit ibi Sco. effectum non posse excedere in perfectione causam totalem, quia hoc dato effectus posset diuidi in duo s. in illud, quo excedit causam, & in illud, quo

Actus perfectior habitu.

Effectus pfectior causa partiali.

Vna causa sēper simpliciter perfect.

quo æquatur causæ, primum dicatur A, & secundum B, vel illud A, secundum quod effectus excedit causam, vel erit à se ipso, vel à nullo, vel à causa, non à causa, quia causa non habet illud, neque illud continet, cum secūdum illud illam excedat, & sit secundum B, tantum adæquatus illi causæ, & nulla causa, vltra effectum sibi adæquatum potest aliquid excellentius, & perfectius agere, aliter esset adæquatum secundum primum, & non adæquatum, adæquatum vt supponitur, non adæquatum, quia adhuc posset in excellentius, non à se ipso vt constat, quia nemo producit se ipsum, non à nullo, ergo effectus non potest excedere causam totalem, vel ambas partiales in perfectione his, &c.

Nulla causa vltra proprium, & adæquat.

Dico Primo habitum totaliter generari, & produci ab actu, vt à causa totali non verò à potentia, nisi remotę, pro quanto .f. quia ipsa potentia producit actum, qui postea actus est causa totalis ipsius habitus, habitus verò est causa partialis, licet minus principalis ipsius actus, vt constat ex Sco. cit. in introduct. quæst. hæc conclus. est Sco. cit. & p. d.12.q. vn. G, & d.13.q.vn. H, vbi probat spirationem Spiritus Sancti necessariò supponere distinctionem principij generationis aliter non esset formaliter libera, neque spiratio, vnde habet hæc verba, *quicquid generat ipsa volitio generat naturaliter, vnde habitus appetitiui virtute actuum appetitus, ita generantur naturaliter ex eis, sicut habitus intellectiui generantur naturaliter ex intellectionibus, & alio etiam apparet, quia tunc formaliter posset quis gaudere, & tristari liberè, in quantum gaudium, & tristitia sunt passiones consequentes velle, & nolle, quia illæ, quæ sunt immediatæ causæ istarum passionum ponerentur formaliter liberè, consequens tamen de passionibus videtur satis manifestum inconueniens, quia non videtur in potestate voluntatis videre, nisi quia in potestate illius est velle illud, ad quod sequitur gaudium, & ita nec tristari, quia in potestate eius est nolle illud, ad quod sequitur tristari, & ideò tristans de aduentu alicuius rei nociuæ, siuè displicibilis, si vult amouere tristitiam oportet, quod desinat à nolle illud, quod noluit*, est P. Vulpes tom.3. 2.part. disp.104. art. 6. PP. Mast. & Bell. lib. de ani-

Actus nō potentia habitum causat.

anima disp.3. q.3. num.22. est tamen con. Fabrum p. disp.21. q.7. cap.p. num.8. confutantem Caiet. & Mollin. negantes actionem immanentem non habere terminum productum, sed benè transeuntem, vt dicit Arist. 9. met. tex.16.& p. Eth.cap. 9. quia (inquit Sco.) multæ intellectiones causant habitum, vbi inquit Faber talem habitum causarià potentia, non ab actu, Probatur à Sco. nunc cit. si potentia simul cũ actu proximè generaret, & produceret habitum, ergo causa libera posset producere primum effectum, videlicet actum non producendo secundum nempè habitum, ex hoc .n. quod causa concurrit ad vnum effectum non sequitur, quod necessariò habeat concurrere ad secundum, dummodò est causa libera respectu cuiuscumque effectus, & ita posset voluntas eliciens actum iustitiæ quantuncumq; eliciat, posset tamen in se ipsa non producere habitum, quod tamen patet esse falsum experientia, quia voluntas ex frequentatis actibus magis habilitatur, sicut quælibet alia potentia, & hoc dicit Sco. collatione 6. §. *ad quæst.* Nec valet dicere habitum habere necessariam connexionem cum actu, adeò quod producto actu ab ipsa potentia, & voluntate necessariò etiam postea habet producere habitum; Non valet inquam, quia vt dictum est cum Sco. 2. d.3. q.10. inf.K, in potentijs summè habilitatis, & determinatis, non generatur ex frequentatis actibus habitus, neque pariter si habitus est in summò, tunc ex actibus sequentibus non generatur, nec intenditur habitus, cum sit in summo, ergo actus, & habitus non habent inter se istam necessariam connexionem, adeò quod vnus non possit produci non producto secundo à potentia libera, ergo &c.

Dico 2. quemlibet actum aliquid habitus causare, licet actus imperfectior, & remissior sit ipso habitu, vtraque pars est Sco.p. d.17.q.3.RR, & 7. d.36. E, & 4. d.16. q.p. B. prima pars Probatur quilibet actus est eiusdem rationis cum sequentibus, ergo si primus actus non causaret habitum, neq; sequentes, cum non sit maior ratio de primo, ac de sequentibus; Nec valet dicere primum actum solum disponere potentiam,

Quilibet actus habitum.

qua postea disposita actus sequentes producunt habitum. Non valet inquam, quia in præsenti loquimur de potentia disposita, & capaci ad recipiendum habitum, ergo si actus ratione, qua actus est productiuus habitus, & primus est eiusdẽ rationis cum sequentibus, si sequentes producunt habitum, pariter, & primus habet producere aliquid habitus, præterea dum potentia est indisposita non potest disponi, & ab ea expelli indispositiones contrariæ, nisi ab ipso actu disponente producatur aliquod contrarium dispositionibus præexistentibus, vt patet de ligno, quod disponitur ab igne expellendo ab ipso frigus, & humiditatem, & hoc per introductionem siccitatis, & frigiditatis illis indispositionibus præxistentibus contrariarum, ergo si primus actus disponit potentiam, illam non potest disponere, nisi per productionem alicuius in tali potẽtia, actus autem nihil aliud producere potest nisi habitum, vel aliquid habitus, ergo &c.

Secunda Pars est contra D. Thomam p.2.q.52. art. 3. & Suarez disp.44. met. & Vasquez p.2. disp.80. cap.p. Probatur ex Sco.cit. M, actus decimus intensus v.g. vt vnum auget habitum, licet habitus præexistens fuerit intensior ipso actu, quia supponitur modo, quod actus sit effectus intensioris causæ, ergo actus licet sit remissior, & imperfectior ipso habitu, adhuc tamen auget habitum, probatur antecedens, eliciat quis existens in charitate vt octo actum charitatis imperfectum, & solum intensum, vt vnum tunc ratione talis actus meritorij eliciti secundum inclinationem charitatis, habitus charitatis debet augeri, cum ille tali actu aliquid mereatur, & tamen supponitur habitum charitatis esse intensiorem ipso actu. Nec valet dicere cum Suarez cit. illud habitum non esse intensiorem actu subsequente, eò quia licet illi actus antecedentes fuerint intensiores, vt supponitur, non potuere tamen ob indispositionem potentię habitum sibi ipsis æqualem producere.

Actus licet remiss. habitum.

Non valet inquam, quia non in præsenti supponimus habitum esse intensiorem actu illo subsequente, quomodocumq; fuerit productus per actus antecedentes, cui ha-

habitui si addatur subsequẽs actus solum intẽsus vt vnum, necessariò habet illum habitum intendere, & augere, quia existens in charitate per actum meritorium liberè elicitum, quomodocumq; intẽsum, aliquid mœretur, & non nisi augumentum charitatis, ergo &c. Præterquamquod supponitur potentiam esse dispositam, cum indispositio potentiæ ad habitum non sit indifferentia ipsius potentiæ, quæ indifferentia cum sit passiua, in disparata, non contraria, & sit debitè approximata, nullum adest impedimentum, quin producatur habitus ea intensione, in qua potest produci, & ita actus antecedentes produxerunt habitum sibi æqualem, eò vel maximè, quia actus respectu habitus se habet, vt causa æquiuoca, vt habetur ex Sco. p. d. 17. q. 2. §. *ad argum. quæ facta sunt con. tertiam opin.* causa autem æquiuoca, non solum potest in sibi simile, verum etiam in perfectius, & intensius, cum semper sit essentialiter perfectior suo effectu, vt patet de lucido vt vnum addito lucido, vt vnum, vel vt duo adhuc tamen auget lumen, quia lux est causa æquiuoca luminis, ita de actu dicendum est respectu habitus.

Dico tertio amorẽ actualem in Diuinis esse productiuum, vel quasi productiuum amoris habitualis essentialis, non per se subsistẽtis, pariter, & intelligere actuale esse per se productiuum habitus sciẽtialis essentialis non per se subsistentis; hæc concl. est Sco. p. d. 10. q. vn. §. *ad quæst. dico* est tamen con. Tattar. eodem in loco mihi pa. 2-6. vbi dicitur, quod actus sunt in duplici differentia, quidam dicunt perfectionem simpliciter, & isti sunt attribuendi Deo, quidam nõ dicunt perfectionem simpliciter, sed supplentes imperfectionem, & tales non debent attribui Deo, & quia actus nostri non manent, sed transeunt, ideò sunt productiui in nobis habitus, per quos remanet in nobis præsentia obiecti, non autem sic se habent actus in Deo, quæ doctrina, quam falsa sit ex dictis 2. not. cum Sco. 2. d. 3. q. 10. §. *ad argum. pro p. opin.* constat, vbi probauimus habitum, de quo in præsenti esse omninò distinctum ab ipsa specie obiectum rappræsentante, omninò .n. falsum est obiectum esse presens intellectui per huiusmo-

di habitum, de quo in præsenti est sermo; Lich. p. d. 10. q. vn. §. *respondeo ad rationes Ocham*, primo negat absolutè tales habitus in Deo, & postea in tertia respon. conc. posse dari. Probatur concl. ex Sco. in p. cit. *in quocumque est principium aliquod, quod ex ratione sua est principium producendi, si est in eo sine imperfectione, & non intelligitur præhabere aliquod productum, sibi simpliciter adæquatum* est in illo principium producendi, sed actus amandi, & actus intelligendi sunt ex se productiui amoris habitualis, & habitus scientialis, ergo etiam in Deo; Nec valet dicere hoc tantum verum esse in nobis, non in Deo, cum subiectum ibi sit incapax habitus, vel vbi habitus non est superfluus veluti in Deo; Non valet inquam, nam eadem facilitate posset dicere contrarius rationi ibi à Scot. adductæ, qua intendit probare intellectum, & voluntatem in Deo esse potentias productiuas, posset inquam negare intellectum, & voluntatem ex natura sua esse productiuas, sed solum voluntatem, vt in nobis, & tamen Sco. ibi ex hoc, quod voluntas in nobis est productiua probat, quod ex natura sua, & vt etiam in Deo esse productiuam, vbi est sine imperfectione, insuper Sco. p. d. 8. q. 4. I, probat omnem perfectionem simpliciter esse formaliter in Deo ex natura rei, & ante operationem intellectus, *aliter Deus non esset simpliciter perfectum, quia non esset quo maius excogitari non posset, cogitaretur n. maius si esset sic, & non sic perfectum, tum quia aliqua perfectio simpliciter in nulla esset perfectè, non enim est aliqua perfectio in creatura perfectè, quia ibi est forma*, quæ rationes sicut probant de attributis, quæ necessariò debent ex natura rei poni in Deo, probant etiam de istis habitibus, si enim non esset Deus ex natura rei P[illegible]nus, Sapiēs, &c. non esset simpliciter perfectum, quia posset excogitari aliquod, quod esset formaliter, & ex natura rei Bonus, Sapiens, &c. & non solum virtualiter, ita si non esset habitualiter sciens, & amās, sed solum actualiter, posset excogitari aliquid perfectius, quod. s. esset actualiter, & habitualiter sciens, & amans, imò §. *con. istam solut.* dicit formam in creaturis habere *aliquid imperfectionis, quia. s. est forma informans aliquid, &* pars

Omnis perfectio in Deo.

Forma in creat. imperfect.

pars compositi, aliquid etiam habet, quod est perfectionis, sed consequitur eam secūdum suam rationem formalem essentialem, seu formaliter, scilicet quod ipsa sit, quo aliquid est tale, & secundum hanc rationem solum ponitur in Diuinis, non verò secundum primam rationem; hoc omninò idem dicendum est de supradictis habitibus, huiusmodi .n. habitus habent denominare tale, & secundum istam rationem dicunt perfectionem simpliciter, ideò secundum hanc rationem non debent denegari in Deo, aliter deberet denegari quilibet alius habitus, videlicet Prudentię, Iustitię, Misericordiæ, Temperantiæ, qui tamen ponuntur in Deo, vt patet ex Sco. 4.d.46. q.p. E, qui habitus iustitiæ, *quasi naturaliter inclinat ad reddendum Diuinæ Bonitati, vel Voluntati, quod eam condecet*, & litt. M, ponit habitum temperantiæ in Deo secundum formalitatem virtutis, & q. 2. A, & B, ponit misericordiam, qui habitus secundum aliquid dicunt imperfectionem, & secundum aliquid perfectionem, & secundum hoc ponuntur in Deo, ergo par ratio erit de istis habitibus; præterea illa

Habit. iustit. & miseric. in Deo.

ratio formalis habitus scientialis, & ratio formalis habitus amoris essentialis, vt sic præcisè inspectę dicunt perfectionem simpliciter, ergo non debemus negare, quin dentur in aliquo in esse summò, & infinito, quod nequit esse nisi ponantur in Deo, vt clarè Sco.p.d.8.q.4.I, cit. *& sic perfectio simpliciter in aliquo esset formaliter per participationem, & non formaliter in eo à quo participaret eam, imò perfectio talis in participante non esset per participationem illius perfectionis in causa, quia nihil est, à quo sit participatio existentis, nisi existens, quæ omnia videntur absurda*: vt ergo habitus Sapientiæ, Bonitatis, & cuiuscumq; alterius attributi, vt sit in nobis formaliter per participationem debet esse in Deo ex natura rei, cū participatio alicuius supponat illud ex natura rei, quod participatur in eo, à quo participatur, vt dicit Sco. modo cit. pariter probat, quod ad hoc, vt in nobis sit habitus scientialis, & habitus amoris essentialis per participationem, cum sit quid participatum, debent necessariò huiusmodi habitus ex natura rei reperiri in Deo, & ante quamlibet operationem intel-

tellectus, ergo &c.

Contra primam concl. arguitur ex Scot. 4. d. p. q. p. II, præcipuè contra secundam partem probando. s. habitum non esse causam (licet minus principalem) actus si Posterius à toto genere non potest esse principium prioris à toto genere, eo quia qualem ordinem seruat genus ad genus, talem ordinem seruat quodlibet illius generis ad quodlibet alterius generis, & hæc est ratio fundamentalis, qua Sco. 4. d. 12. q. 3. per totum probat accidens, neq; vt causam partialem posse producere substantiam, loquendo semper de ordine essentiali, & aptitudinali, licet ordo accidentalis queat variari, sed habitus est omninò alterius ordinis, & rationis ab actu ex Sco. superius cit. & est essentialiter posterior ipso actu, nam habitus à toto genere habet produci ab actu, ex frequentatis .n. actibus generatur habitus, vt dictum est concl. 3. ergo habitus non poterit, esse causa partialis ipsius actus, licet minus principalis.

Resp. ex Sco. p. d. 17. q. 3. SS, non valere parit tem de substantia, & accidentibus, quia ordo prioris, & posterioris essentialiter sequitur rationem generis, ideò qualis est ordo generis ad genus, talis est cuiuslibet ad quodlibet indiuiduū illius generis, quia talis ordo sequitur naturam illius communis, quatenus supponit pro quolibet indiuiduo, quia substantia (vt dictum est controu. 11. An substantia suscipiat &c.) non suscipit magis, & minus, & ad modum accidentis ex Arist. 5. Phy. tex. nono, & 10. non tamen ita de genere accidentium, ideò licet quidditas actuū sit simpliciter prior natura, & quidditate ipsius habitus, vt sic inspecta, non tamen vt supponit pro omni gradu, & omni actu in summo, & ideò gradus actuum, qui non requiruntur ad conseruationem ipsius naturæ actus, & similiter gradus, qui non requiruntur ad conseruationem naturæ, & quidditatis habitus, non habent inter se ordinem prioris, & posterioris essentialem, sed solum accidentalem, qua propter possunt se inuicem producere, non potest tamen habitus producere indiuiduum actus, sed solum idem indiuiduum intendere, & perficere, licet res è contra se habeat, quia potest actus pro-

Ordo essentialis rationem generis.

du-

ducere, & de facto producit indiuiduum habitus.

Contr. ex Scot. p. d. 17. q. 3. §. *ad istam q. conc.* & §. *sexto propter tertiam opin.* gradus accidentis sunt omnes eiusdē rationis, & homogenei, ergo si habitus non potest producere indiuiduum actus propter essentialem ordinem prioris, & posterioris, quem seruant inter ipsos, neq; poterit pariter producere aliquem gradum ipsius actus, probatur consequentia ex Sco. 4. d. p q. p. inf. H, vbi habet hæc verba, *videtur enim repugnantia, quod in agendo per se dependeat ab aliquo eiusdem rationis cum termino, quem producit*, probat. n. ibi Sco. quod cùm forma dependeat in esse à materia non possit producere aliquid eiusdem rationis cum materia, ergo cum habitus secundum suam essentiam dependeat in esse ab actu implicat, quod ipse habitus producat aliquid, quod sit eiusdem rationis cum ipso actu, & ita non poterit intendere ipsum, nec perfectius indiuiduum producere.

Gradus homogenei.

Resp. ex Sco. 4. d. 12. q. 3. inf. R, gradus illos actus, licet in se sint eiusdem rationis in ordine tamen ad naturam actus, gradus illi, quos sibi determinat actus ad sui conseruationem possunt dici in ordine ad substantiam actus alterius rationis ab illis gradibus, quos sibi non determinat, ideò illi gradus, quos actus, & habitus sibi non determinat, ideò illi gradus, quos actus, & habitus sibi nō determinant ad sui naturam conseruandam habent inter se illum ordinem essentialem prioritatis, & posterioritatis, quem non habent illi gradus, quos sibimetipsis non determinant, hinc indiuiduum actus secundum illos gradus, quos sibi determinat solum potest esse à potentia, & non ab habitu, hoc .n. modo non sunt sibi inuicem causę, & indiuiduum actus solum producetur à potentia, etiam dato, quod in ipsa potentia esset habitus, quia vt dictum est 2. not. habitus, vel ponitur ad determinandam potentiam, vel ad intensius agendum, non ad simpliciter agēdum, aliter esset potentia.

Contr. ex Sco. 2. d. 3. q. 10. inf. F, *idem autem essentialiter non sequitur naturaliter, & pręcedit naturaliter, quia non est circulus in essentialiter ordinatis, nec in causis, nec in causatis*, hoc stante sic arguitur ille gradus in actu, qui est produ-

ducibilis ab habitu habet essentialem ordinem posterioris ad ipsum habitum saltim aptitudinalem, quatenus potest esse effectus eiusdem habitus, & quia talis gradus in actu potest etiam causare aliquem gradum in habitu, quia dictũ est 2. concl. quemlibet actum intendere habitum, ergo inter gradus actus, & inter gradus habitus dabitur iste circulus prioris, & posterioris, & idem poterit esse essentialiter prius, & essentialiter posterius, prius inquantum potest esse causa, posterius inquantum potest esse causatum.

Resp. ex dictis in prima resp. neg. .s. inter istos gradus actus, & habitus dari ordinem essentialem prioris, & posterioris, licet possint se inuicem causare, quia ordo essentialis, & naturaliter prioris, & naturaliter posterioris insequitur naturam generis, vel speciei, non gradum maiorem, vel minorem, iste ergo est solum ordo prioris, & posterioris accidentalis, idem .n. in eodem genere causæ, (licet respectu diuersorum) potest esse causa, & effectus, vt patet, ex vaporibus .n. terræ generatur aqua in genere causæ materialis, & ex aqua in eodem genere generantur vapores, non illi ex quibus generata fuit illa aqua, sed alij, sic in proposito: Cætera argumenta probantia p. par. concl. actum videlicet causare habitum probant nostram tertiã concl. in Deo .s. dari habitum scientialem, & amorem habitualem, in lapide verò, & in naturaliter determinatis actus non producunt habitum, vt dictum est in secundo notabili cum Sco. ibi cit. qui habitus in nobis, vel datur ad determinandam potentiam, vel ad intensius agendum, cum non detur habitus inclinans, nec adiuuans ad motum sursum, vel deorsum, & propter hoc non admittuntur habitus in grauibus, & leuibus.

Idẽ causa, & effectus.

Secundo arguunt probando habitum esse causam magis principalem; actus magis assimilatur habitui, quam potentiæ, ergo habitus, non potentia est causa principalis actus, antecedens est clarum, quia potentia est illimitatior, probatur consequentia est proprium causæ assimilare sibi effectum, ergo illa causa, quæ sibi magis assimilat effectũ est magis principalis.

Resp.

Resp. ex Sco.p. d.3. q.8.F, verum esse de agente vniuoco, non æquiuoco, qualis est potentia, & habitus respectu actus, causæ .n. æquiuocæ est assimilare sibi effectum non formaliter, sed tantum virtualiter, aliter non esset alterius speciei.

Causa æquiuoca virtualiter.

Contr. quod magis attingit formam, qua aliquid alteri assimilatur, illud magis assimilat assimilatũ, sed causa magis principalis principalius attingit formam, qua effectus alteri assimilatur, ergo causa magis principalis magis assimilat effectum, ergo cum agens naturale semper intendat producere sibi simile, causa magis principalis magis sibi assimilabit effectum formaliter, & non virtualiter solum.

Resp. ex Sco. cit. verum esse causam magis principalem magis assimilare effectum, cum magis attingat effectum, & formam, qua effectus assimilatur, sed non semper sibi, sed illi, cui effectus est assimilabilis; Deus .n. magis producendo hominem assimilat illum alteri homini, quam faciet alter homo sibimetipsi, non tamen sequitur, quod Deus magis sibi illum assimilet, cum hoc implicet.

Causa nõ semper sibi effectũ.

Contra secunda concl. instatur si habitus vt 4. & inclinans ad actum vt 4. posset augeri à quolibet actu, ita quod addito sibi actu vt 2. fiat habitus vt 6. ergo poterit effectus intensior esse sua causa, & effectus æquiuocè productus poterit in quacunque perfectione, & intensione produci à minima causa in illo genere, imò nulla causa æquiuoca habebit effectum sibi proportionatum, cum possit quemlibet effectum intensum producere, & cum sit causa naturalis, & agens naturale secundum totum suum conatum agat effectum ità intensum, producet semper, quod tamen constat experientia esse falsum, eò quia, quo remissior est actus, eo remissior est habitus ab ipso productus.

Resp. neg. conseq. ergo effectus erit intẽsior sua causa, & poterit produci à qualibet causa, etenim actus ille vt duo non producit totum habitum, & vt 6. sed solum vnum gradum, vel duos, cæteri .n. gradus fuerunt producti ab alijs gradibus antecedentibus, qui si omnes simul cum isto actu, vt duo vnirentur facerent actum intensio-

rem ipso habitu, vel saltim æquè intensum.

Contr. sicut ille gradus vt duo produxit in habitu quintum gradum, vel sextum, ita poterit cæteros alios gradus producere, quia omnes sunt eiusdem rationis, vt Sco. 4. d. 12. q. 3. inf. R, & ita actus vt duo poterit producere habitum, vt 5. vt 6. &c. sed hoc videtur impossibile ergo &c.

Idem actus habitum, vt, 6.

Resp. si ille idem actus vt duo replicaretur à Deo, non habeo pro inconuenienti, quod tunc habitus vt 5. vel vt 6. producatur ab actu vt 2. cum non requiratur maior virtus, actus .n. semper habet aliquid producere in potentia, neq; est inconueniens, id quod nõ potest fieri in vna vice fieri ab eodem pluribus vicibus, & Dũ Sco. 4. d. 21. q. p. F, dicit Deum non augere gratiam pro quocumque actu meritorio, loquitur ibi Sco. dubitatiuè, posuit .n. illam particulam *credo*, & topicè, ait Barg. p. d. 17. de augmẽto charitatis.

Pro quocumque acti merit gratia augetur.

Contr. vltimam concl. dictum est 2. not. habitum poni in potentia, vel propter habilitationem ipsius potentiæ, si non est summè determinata, vel si est summè determinata, ponitur ad intensius operandum, sed in intellectu, & voluntate Diuina, cum sit summè determinatus, non est ponendus habitus ad habilitationem, neque ad intensius operandum, quia, vt inquit Sco. p. d. 17. q. 2. *§. alio modo posset dici*, in fine, sola voluntas Diuina circumscripto omni habitu, potest habere actũ infinitum, & negat talem voluntatem infinitam esse receptiuam alicuius habitus, quia ipsi non deficit aliqua perfectio possibilis voluntati.

Resp. ex Sco. 4. d. 46. q. p. E, I, & M, habitum in Diuina voluntate non inclinare, sed quasi inclinare dicit .n. ipse litt. E, loquendo de Diuina Iustitia, *quia cum iustitia propriè sit rectitudo voluntatis quasi habituatæ, & per consequens quasi naturaliter inclinãs ad alterum, vel ad se quasi ad alterum, & voluntas Diuina non habet rectitudinem inclinantem ad aliquid, nisi ad suam bonitatem*, & ratio est, quia cum Diuinus intellectus prçostendat Diuinæ voluntati esse sibi nolendum omne, quod non dedecet Diuinam voluntatem, quæ voluntas cum non possit discordare à Diuino intellectu liberè sibi con-

Habitus in Deo quasi inclinat.

Voluntas Diuina liberè intellectui.

conformatur, vt ipse Sco. R, quare in rigore habitus isti non ponuntur neq; in Diuino intellectu, neq; in Diuina voluntate ob supradicta munia, videlicet, neq; ad determinandam potentiam, neq; ad intensius operandum, sed quia Deo (vt dict. est in probat. concl. cum Scot. ibi cit.) nulla est denegãda perfectio simpliciter, habet.g.actus illa duo munera in creatura solũ, nõ in Deo, & ita intelligit Scot. modo in p.cit.dũ negat in volũtate infinita habitum.

Contr. ex Sco. 4. d. 6. q. 10. *§. ad quæst. potest dici*, in fine habet, quod habitus infusus distinguitur ab acquisito, eo quia infusus non dat formaliter operari, neq; disponit ad formaliter operandum, vt experientia constat de peccatore nouiter conuerso, qui adhuc sentit difficultatem in benè operãdo; acquisitus verò dat faciliter, & delectabiliter operari, ergo si isti habitus acquisiti dantur in potentijs Diu. debent ibi inclinare, & habilitare cũ naturaliter habilitent, & inclinent.

Habitus infusus non inclinat.

Resp. vt modo dictum est neg. huiusmodi habitus in Diuinis (licet sint quasi acquisiti per vnicum actum) inclinare, & habilitare, cum reperiant potentias summè dispositas, & inclinatas, neq; ibi ponuntur ob hunc finem, vt supradictũ est, sed solum, quia sũt perfectiones simpliciter, quę perfectiones nõ sũt denegandę illis Diu. potẽtijs.

Contr. ergo hoc stante darentur in Deo duo amores essentiales, videlicet habitualis, & actualis, duoque actus sciendi essentiales, videlicet scire actuale, & habituale, quæ videntur absurda, quia, & Sco. & omnes Sco. cum eo solum agnoscunt in Diuino intellectu duos actus ex natura rei distinctos, scilicet actum essentialem, & notionalem, pariter, & in Diuina voluntate .s. actum spirandi, & amorem essentialem, numquam facta mentione de huiusmodi habitu scientiali, & amore habituali.

Resp. ita esse vt dictum est in probatione concl. & licet Sco. solum fecerit mentionem de primis duobus .s. essentiali, seu actuali, & notionali, hoc fecit, quia solum de illis duobus con. aduers. Thomist. erat particularis altercatio, alij verò habituales, compræhensi erant indistin. attributorum, cum sit eadem ratio, & paritas, vt dictum est in probat. concl.

CONTROVERSIA SEXTADECIMA.

An Natura dicatur de Principio passiuo tantum.

Naturam dici de materia, forma, & quidditate cuiuscumque rei, siue compositæ, siuè simplicis, siue substantialis, siuè accidentalis, colligitur ex Scot. 2. d. 18. q. vn. C, & 3. d. 2. q. 2. C, eò quia quælibet res tàm substantialis, quam accidentalis, tam simplex, quam composita habet suas proprietates naturaliter dimanantes à sua quidditate, & essentia, & actus illarum passionum sunt conformes, & naturales illis inclinationibus, vt dum aliquid naturaliter mouetur, vel quiescit, non solum materia, & forma, verum etiam tota quidditas, seu tertia entitas naturaliter quiescit, vel mouetur, vnde datur aliquid quod est tantum natura, & aliquod, quod est tantum habens naturam, & dantur aliqua, quæ sunt natura, & habentia naturam respectu diuersorum, natura tantum est natura vt sic præcisè inspecta, quæ dicitur vniuocè de materia, forma, & tertia quidditate, habens naturam est compositum, quod respectu alterius non potest habere rationem naturæ, illud verò quod est natura, & simul habens naturam est materia, & forma, tam partis quam totius, quæ inquantum includunt quidditatiuè naturam in communi dicũtur habentia naturam, inquantum verò componunt compositum, & respectu illius sunt principia

Nat. de omni quidd. t.

Natura, & naturam habens quo modo.

pia

pia quibus, dicuntur natura, neque hoc videtur inconueniens, vt colligitur ex Sco.4. d.12.q.3. AA, BB, Sco.n.ibi respon. Boetio dicenti, quod in omnibus citra Deum differunt, *quo est, & quod est* dicit quod est verum de *quo est*, & de *quod est* in essendo, & causando, in his.n. *quod est* distinguitur à *quo est* partiali, non tamen tali, neq; in quolibet creato differunt, quod agit, & quo agit, vt patet de anima, quæ est idem cum suis potentijs, imò *quo* totale, seu forma totius non distinguitur à *quod* realiter, & *illa non est illud realiter, quod si fortè sit ab illo, aliud tantum est aliud in modo intelligendi*, quæ verba Scot. videntur pati aliquam difficultatem, eò quia Sco. ipse 2. d.p.q.p. A, probat con. Henricum Verbum, & Spiritum Sanctum non posse esse rationes formales agendi ipsi Patri, quia inquit Scot. Filius, & Spiritus Sanctus nõ agerent, neq; crearent, *quia communiter formalis ratio agẽdi non agit illa actione, respectu cuius dicitur formalis ratio agẽdi*, ergo in via Scot. *quod*, & *quo* distinguuntur, neq; possunt coincidere, adeò quod idem sit *quo*, & *quod*, aliter sua con. Hẽricum ratio nil probaret, & hoc constat esse verum, quia ratio agendi dat virtutem agendi ipsi *quod*, & illud iuxta virtutem principij, *quo* agit, videtur autem implicantia, quod omninò idem sit sibimet ratio agẽdi, & à semetipso recipiat virtutem agendi, cui.n.esset ratio sic agendi, si idem esset *quo*, & *quod*; vnde Bargius docet p.d. 3.q. 7. in princip. quod anima coniuncta corpori est principium *quod*, & *quo* licet non vltima denominatione, vt verò separata est principium *quod* tantum, intellectus verò, tam coniunctus, quam separatus, semper est principium *quo* con. Lich. eodem in loco affirmantem intellectũ nostrum separatum esse posse principium *quod*, licet postea oppositum doceat 2. d.p. q.p. pag. p. exponentem rationem Scot. con. Henricum, vbi affirmat esse impossibile idem sub eadem ratione esse principium *quo*, & *quod* respectu eiusdem ob rationes formales principij *quo*, & principij *quod*, & dicit, quod intellectus, qui formaliter distinguitur ab anima, erit principium *quo* & anima erit principium *quod*, & posito, quod anima sit immediatum principium intellectionis,

Quo, & quod in quibus differũt.

Diff. in Sco. circa quo, & quod.

ne, adhuc non sequitur, quod idem sub eadem ratione formali sit principium *quo*, & *quod* respectu eiusdem, quia adhuc in anima producente aliquam intellectionem distinguo principium *quo*, & *quod*, nam principium *quo* est natura ipsius animæ, vt præscindit ab ipsa hæcceitate, & principium *quod* est ipsa anima hecceizata, ex quo patet, quid sit dicendum de forma totius, & ipso toto, quæ non distinguuntur, nisi secundum modum intelligendi ex Scot. cit. & 3. d.2. q.2. infr. E, forma.n. & quidditas est principium *quo*, ipsa verò natura connotans hæcceitatem, & singularitatem est principium *quod*, & habens naturam; restat igitur difficultas inter Scot. tantum de principio passiuo, & actiuo, an scilicet natura de vtroq; dicatur, an solum de pasſiuo; pro introductione, &c.

Principium quo, & quod diuersa ratione.

Notandum est primo ex Sco. q.p. prologi §. *ad quæst.* & 4. d.43. q.4. §. *intelligendum*, naturale æquiuocè sumi, quia diuersis opponitur, primo .n. modo naturale sumitur vt opponitur super naturali, 2. modo vt opponitur libero, vel voluntario, 3. modo vt opponitur violento: si naturale sumatur, vt opponitur super naturali, vel libero, naturale potest attendi, & sumi penes principium actiuum, eo quia naturale hoc modo dicitur illud, quod necessitate naturali agit, liberum verò, quod se ipsum determinat ad agendum, hocq; modo intellexit Arist. 2. Phy. tex. 49. diuidens naturam contra agens à proposito, & 9. met. cap.2. & 4. de potentijs actiuis irrationabilibus, & actiuis rationabilibus, siuè liberis, vt verò supernaturali opponitur illud dicitur naturale, quod naturalem ordinem dicit ad passum, siuè quod potest naturaliter imprimere formã in passo, & illud dicitur supernaturale, quod solum imprimitur ab agente supernaturali, & de naturali in hoc sensu non est præsentis negotij, sed solum de naturali, vt opponitur violento, tale .n. naturale solum dicitur à principio passiuo, quia videlicet recipit formam, quæ si est contra inclinationem ipsius passi dicitur receptio violenta, si iuxta inclinationem eiusdẽ passi dicitur naturalis, si neq; contra, neque iuxta, cum passum sit indifferens dicitur neutra, quia ne-

Quot modis naturale.

Vnde naturalitas.

que

que passum ad istã formam inclinatur, neq; ad oppositam, vnde dicit, quod naturale, & violentum non sunt contraria immediata, sed inter illa datur medium, vt superficies, quæ neq; inclinatur ad albedinem, neq; ad oppositum .s. nigredinem, & sic naturale, vt pertinet ad principium actiuum dupliciter habetur, naturale, vt pertinet ad principium actiuum naturale, vt .s. opponitur libero, & naturale vt opponitur supernaturali, ita pariter vt pertinet ad principium passiuum dupliciter habetur, vt .s. opponitur neutro, & vt opponitur violento, hinc Sco. lit. B, concludit, quod si agens inducat formam in passo contra eius inclinationem, & consequenter ipsum passum violentet, tamen talis violentia non attenditur penes principium actiuum per se, sed solum ratio violentiæ, habetur ex habitudine passi ad formam, *quia passo, & forma manentibus in sua ratione puta, quod forma sit receptibilis, tamen contra inclinationem passi, quocumq; varietur agens, passum violenter recipiet*, quod non posset euenire si ratio principij actiui per se concurreret ad rationẽ naturalitatis, seù quod idem est si natura diceretur per se de principio actiuo quod .n. per se concurrit ad aliquid illo permutato illud idem non habetur, quia concurreret per se, & per accidens, per se vt supponitur, per accidens, quia ipso permutato, & variato adhuc tale esset, tamen talis permutatio supponitur accidentalis in ordine ad talem naturalitatem, imò forma non solum in fieri dicitur naturaliter vel violenter induci, sed etiam in facto esse, quomodo amplius forma non dicit habitudinem ad principium actiuum, sed solum ad passiuum, & tamen æquè illa forma dicitur naturaliter inesse subiecto, veluti dicebatur in fieri, & quando erat habitudo ad principium actiuum.

Natura-le, & vio-lentũ nõ cõtraria immed.

Secundo not. ex Sco. q.p. prolog. L, & 4. d.43.q.4.B, cit. violentum in passo essentialiter dicitur respectu formæ receptæ, non respectu agentis, vnde Sco. ibi explicans illud Arist. 3. Eth. cap. 3. *violentum est cuius respectum est extra non conferente vim passo, intellige vim .i. violentiam, non conferente non negatiuè, sed contrariè, quod est dictu violentum est, quod est totaliter*

liter à principio extrinseco, quod est cōtra inclinationem passi, ita Sco. 4. d. 29. q. p. §. *dcp. dico*, & 4. d. 43. cit. B, vbi expresſè habet, quod ratio violenti ſolum ſumitur ex comparatione paſſi ad formam, non verò per comparationem ad agens, quia agens ſolum ponitur in definitione violenti, vt cauſa extrinſeca, non tamquam in ſe complens, neq; tanquam per ſe conſtituens rationem violēti, cum ratio violenti ſolum compleatur *per illud paſſo vim non conferente*, ita .n. lapis ſurſum violenter quieſcit ceſſante continua actione detinentis ipſum, ac ipſa poſita, & hoc, quia ſola illa detentio paſſiua recipitur in lapide contra eiuſdem lapidis inclinationem, quod non eſſet ſi violentia lapidis, & illius motus ſurſum per ſe penderet ab actione detinentis, ſolo .n. poſito reſpectu paſſi ad formam circūſcripto quocumq; alio reſpectu remanet in lapide ratio violentiæ, vel naturalitatis in ſuo perfectiſſimo eſse, ſignum euidens non dependere per ſe à ratione principij actiui, quod non ita contingit, ſi variaretur habitudo paſſi ad formam, quia illa per ſe concurrit, ideò illa ſola variata variatur naturalitas, vel violentia poſito quocumq; alio, quapropter licet in naturis dimanent naturaliter duæ habitudines, videlicet paſsiua, qua ſubiectum eſt ſic, & ſic determinatum ad ſic, & ſic patiendum, & altera actiua, qua ex ſua natura, & determinatione eſt ſic, & ſic determinatum ad agēdum, veluti in igne eſt ratio actiua ad ignendum, in aqua virtus ad frigefaciendum, ratio tamen violentiæ, vel naturalitatis non attenditur in ordine ad illas virtutes actiuas, ſed ſolum paſsiuas, licet oppoſitum doceant Maſt. & Bell. in Phy. diſp. 6. q. p. art. p. ignis .n. non ignendo nullam violentiam ſentit, niſi pro quanto non operatur iuxta ſuam inclinationem, & propenſionem paſsiuam, vt patet, æqualiter .n. ignis habet virtutem actiuam naturalem mouendi ſe ſurſum, ac habeat virtutem ignendi, & tamen motus ſurſum non dicitur ipſi igni naturalis, quatenus eſt a tali virtute actiua, nam dato (vt Sco. d. in 4. cit.) quod non ſe moueat, ſed ſolum ab extrinſeco, adhuc tamen ille motus ſurſum eſſet æquè naturalis

Violenti ratio vnde.

2. habitudo in naturis.

oi-

eidem igni, ac quando se ipsum mouet, vt patet dum quiescit, tunc .n. cessat habitudo ad agens, & tamen non cessat aliqua naturalitas, imò tunc est perfecta naturalitas, nam ideò naturaliter mouetur, vt naturaliter quiescat, ita quod naturalitas in fieri, est propter naturalitatem in esse quieto, sic idem sequitur de ignire, cum ignis æqualiter se habeat ad ignire, ac ad motum sursum, ex quo patet falsũ esse id, quod dicunt Mast. & Bell. cit. quod scilicet ignis non ignendo violentiam patiatur; his notatis &c.

Naturalitas in fieri ob naturalitatem in esse quieto.

Dico Primo Naturam absolutè sumptam, & secundum veritatem, dici de principio tantum passiuo est Sco. cit. Tatta. 2. Phy. q. p. Sghem. digress. 8. q. 4. Fab. theorem. 93. & aliorum, est tamen con. Lich. q. p. prolog. *§. sed in ista litt. occurrunt dua*, licet vtramq; partem iudicet probabilem, nostramque probabiliorem, Barg. p. d. 13. q. vn. *§. ad argum. principalia*, vbi dicit, quod productio Diuina dicitur naturalis à principio passiuo, vbi est, vbi verò non est dicitur à principio actiuo naturaliter inclinato; sic tamen dicitur naturalis, vt opponitur libero, non violento. Bassol. 2. d. 18. q. vn. art. p. ad quintum. Mast. & Bell. cit. Probatur Natura est principium, & causa mouendi, & quiescendi in eo, in quo est per se, & non secundum est, sed nihil est principium mouendi naturaliter alicui, nisi insit illi, quod mouetur per se, subsummo, sed nihil est in eo, quod mouetur per se, nisi principium passiuum, quia ratio actiui inest solum per accidens, cum possit à Deo suppleri, ergo cum natura solum dicatur de eo, quod inest per se in illo, quod mouetur, solum dicetur de principio passiuo. Nec valet dicere principium actiuum per accidẽs se habere in eo, quod mouetur, quoad actualiter moueri, seu quoad exercitium, non verò quoad radicale, & quoad principium formale aptitudinale, sicut in homine inest sibi per accidens, quod actualiter videat, non tamen quod sibi insit principium innatum ridendi, ita in proposito non minus intrinsecè inest naturæ capacitas, & propensio naturalis ad recipiendam formam sibi connaturalem, ac sibi insit ratio actiua, seu illa potentia actiua aptitudinalis

Natura de principio passiuo tantum.

Resp. tacita tollitur.

ad producendam in se ipsa illam formam, quia vtraque dimanat à principijs intrinsecis eiusdem naturæ: Non valet inquam, quia licet verum sit, vt optimè docet Sco. in 4. cit. & 2. d. 18. q. vn. E, ab illa quidditate æqualiter dimanare, & a principijs intrinsecis eiusdem propensionem illam naturalem passiuam, & potentiam illā actiuam, qua determinatè sic, vel sic agit, non tamen sequitur, quod naturalitas, vel violentia æqualiter penes vtramq; attendatur, vt patet ex 2. not. cum Sco. ibi, sed solum, quod naturalitas, quæ opponitur supernaturalitati, vel libero per se attēdatur penes illum principium actiuum, naturalitas verò, quæ opponitur violento per se solum attendatur penes principium passiuum, vt ibi dictum est cum Scot.

2 Naturalitas.

Conf. datur duplex per se naturalitas opposita per se duplici contrario, videlicet naturalitas per se opposita, & contradistincta contra liberum, seù voluntarium, & naturalitas per se opposita, seu contradistincta à violento, ergo pariter debet dari duplex principium per se, à quo per se attendatur hæc duplex naturalitas, videlicet principium actiuum naturale, & principium passiuum naturale, sicut enim sunt duæ naturalitates per se omninò distinctæ, ita requirūnt per se duo principia, ex dictis enim patet, quod naturalitas contradistincta, & opposita violento non potest sumi à principio actiuo, quia ista datur circumscripto principio actiuo, similiter, quod naturalitas opposita, & contradistincta a libero, vel supernaturali patet, quod non possit sumi a principio passiuo, quia etiam dicitur de principio naturali transeunte, ignis .n. calefaciendo, vel comburendo naturaliter per se calefacit, & comburit, vt ly *naturaliter* opponitur libero, & supernaturali, & tamen ibi potest non esse principium passiuum naturale, sed omninò indifferens, insuper si per impossibile aliquis produceret in subiecto formam aliquam volūtate tamquam principio in tali productione esset naturalitas, vt opponitur violento, si talis forma reciperetur iuxta inclinationem subiecti, vel violentia, vt opponitur naturalitati, si forma esset contra inclinationem eiusdem subiecti, &

ta-

tamen in productione talis formæ non esset naturalitas, vt opponitur libero, quia illa forma (ex supposito) esset liberè producta, & voluntate tamquam principio, ecce quomodo istæ naturalitates necessariò pendent ex diuersis principijs, in casu .n. esset naturalitas, quæ solum respicit principium passiuum, non naturalitas, quæ solum respicit actiuum, sunt .n. omninò inter se separabiles, si .n. ignis in subiecto indifferenti induceret formam, esset ibi naturalitas solum opposita libero, & supernaturali, non naturalitas opposita violento, quia potius esset ibi neutralitas, quam naturalitas, ita Sco. 2. d. 18. q. vn. D, ponendo differentiam inter artificialia, & naturalia penes principium actiuum, quia naturalia habent principium actiuum determinatum, non artificialia, seù agentia à proposito, quia possunt sic, vel sic agere, non penes principium passiuum, quia naturalia habent tale principium passiuum, artificialia verò, & agentia à proposito minimè.

Dico secundo naturam etiam secundum Arist. mentem solum de passiuo principio dici; est Sco. cit. con. aliquos Sco. ponentes rationem principij actiui per se concurrere, & requiri ad motum naturalem, quia licet secundum veritatem posit Deus supplere quamlibet causam efficientem, non tamen secũdum Philosophum ponentem essentialem ordinem inter primam, & secundam causam. Probatur autem concl. ex Sco. 2. d. 2. q. 10. inf. F, vbi hæc habet verba, *tamen propter vnum verbũ Philosophi addo vltra, quod motus iste non est naturalis in se, ex hoc, quod habet principium actiuum in se, sed solum ex hoc, quod mobile habet principium intrinsecum passiuum naturaliter inclinãs ad motum, quod patet per definitionem naturæ 2. Phy. tex. 3. quia est principium motus eius in quo est per se, & non per accidens, nihil enim est principium naturaliter mouendi alicui, nisi in quantum est per se, & primo in eo quod mouetur, non est autem per se, & primo in aliquo quod mouetur, nisi in quantum est passiuum, ergo non est aliquid natura, vel principium naturale alicuius, nisi quia est principium passiuum in moto*, & tamen Scot. intendit ibi remouere naturam à ratione principij acti-

actiui, hoc q; in via Philosophi, vt patet ex verbis supra allatis, idem habet 2.d.18.q.vn. A, *naturalis .n. mutatio est quando passum mutatur, sicut aptum natum est mutari à quocumq; agente fiat, sicut dicitur 2.Phy. tex.3. & 8. tex.32. sed numquam passum est sic aptum propter principium actiuum intrinsecum inexistens sibi, sed solum propter principiũ passiuum, natura vt est principium motus, vel mutationis naturalis, est principium intrinsecum, sed natura est huiusmodi ratione principij passiui, & non quia est principium actiuum, ergo: probatur min. ex Arist. 2. Physs. tex. 3. qui vult, quod accidit infirmo, qui mouetur ad sanitatem, quod sit medicus, vel quod habeat illam artem, quæ est principium actiuum intrinsecum*, certè probationes cõclusionis huius manifestissimæ sunt ex Sco. vt patet ex verbis ipsius, & licet Arist. posuerit essentiale ordinem inter causam primam, & secundam, non propter hoc tamen voluit asserere naturam dici per se de actiuo principio loquendo de natura, vt opponitur violento, sed solum vt opponitur libero, & agenti à proposito, vt docet optimè Sco. 2. d. 18. cit. B.

Con. primam concl. non minus est naturale igni stupę approximato, & aquæ reducere se ad pristinam frigiditatem, quam sit graui sursum detineri, & loquimur in pręsenti de naturali, vt violento opponitur, non vt opponitur libero, & supernaturali, sed ista conueniunt igni, & aquæ, vt actiua sunt, ergo sicut dum graue detinetur sursum per subtractionem diuini concursus dicitur violentiam pati, quatenus .s. spoliatur, & priuatur actu secundo conformi suæ naturæ, ita pariter dum ignis, & aqua priuantur, & detinentur à tali exercitio prouenięte à suo principio intrinseco, & sibimetipsis connaturali patiuntur violentiam saltim negatiuã, & ita operando .s. ignis ignendo, & aqua reducendo se ad pristinam frigiditatem, pro vt sic agunt naturaliter, vt opponitur violentiæ saltim negatiuæ operantur, & ita natura dicetur de principio actiuo, cum etiam ratione illius sit in ipsis rebus violentia, & naturalitas, quę attenditur penes idem.

Resp. ex Sco. 2. d. 2. q. 10. E, & infr. F, vbi idem argumentum conficit in forma, & ipse respondens hęc habet in-

infrascripta verba, *quia ideò aliquid mouetur naturaliter, quia mouetur sicut aptum natum est ipsum moueri, ita etiam est in proposito, ita quod licet hic, sicut & in multis alijs principium actiuum sit principium mouendi, non propter illud principium actiuum mouetur naturaliter, sed propter principium passiuum propter quod sic mouetur, & hoc est, quod subdit Philosophus postquam dixit, quod actus lenis est esse alicubi, & sursum dicit ipse, quaeritur quare mouentur in ipsorum loca, & respondet causa est, quia apta nata sunt ibi esse, & signanter dicit in ipsorum loca, hoc est naturaliter mouentur in loca illa, qua apta nata sunt ibi esse .i. habent naturalem inclinationem ad illud vbi, & hoc modo postea subdit, quod habent principium tantum patiendi, & non faciendi, scilicet respectu motus in quantum naturalis est*, vide quaeso quomodo Scot. secundum mentem Arist. loquens dicit apertè motum illum aquae reducendo se ad pristinam frigiditatem actiuè non esse naturalem ipsi, vt actiuè se habenti, sed omninò hoc sibi accidere, quia si reduceretur ab alio agente, adhuc talis reductio esset omninò, & aequaliter connaturalis aquae, quia receptiuo alicuius formae naturalis accidit sibi quod ab hoc, vel ab illo agente forma inducatur in ipso, vt clarissimè Scot. modo cit. E, & etiam sibi accidit, quod à semetipso illam inducat, quapropter falsum est violentiam posse attendi penes principium actiuum, & ideò ignem non agendo praecisè, vt actiuum non pati violentiam, neq; etiam negatiuam.

Contr. ideò violentiam sentit, & patitur, naturaliter inclinatum passiuè ad recipiendum aliquam perfectionem, quia priuatur aliquo, ad quod naturaliter, & ab intrinseco inclinatur, veluti ad suam perfectionem passiuā, & passiuè perficientem, ergo violentiam patietur, & sentiet ignis, vel aqua non ignēdo, & non reducendo se ad pristinam frigiditatem, patet haec consequentia, quia ignis, & aqua priuantur actione prouenientе ab aliquo principio sibimetipsis intrinseco, & naturaliter actiuè determinato ad talem actionem, veluti propensio illa passiua est naturaliter determinata ad talem perfectionem recipiendam, imò habet sentire maiorem violentiam potentia

Potentia actiua perfect. pass. imperfect.

tia actiua, quam pasiua, eo quia potētia actiua dicit perfectionem, non verò potentia passiua, quæ ex sua ratione formali dicit imperfectionem, ideò dum potentia actiua sua actione naturali priuatur, maiori perfectione priuatur, quam pasiua, dum priuatur à receptione formæ.

Resp. ex Sco. modo cit. in 2. d. 2. q. 10. inf. F, vbi dicit Arist. signanter dixisse leuia moueri naturaliter ad propria loca, & reddit rationem, quia apta nata sunt ibi esse, ex quo deducitur, quod ideò spoliatum, & priuatum aliqua perfectione propria dicitur pati violentiam, non quia ex tali priuatione causetur in ipso violentia aliqua, sed, quia naturaliter est aptum natum esse sub illa, & solum quiescit sub illa, sic à pari de igne, & aqua ideò dicitur naturaliter se mouere ad frigiditatem, & ignis ad combustionem, quia naturaliter, & aqua, & ignis apta nata sunt esse sub illis formis.

Contr. quotiescumque aliquod priuatur aliqua perfectione, ad quam naturaliter inclinatur dicitur violentiam pati, sed dum ignis est approximatus stupæ, & priuatur sua actione, priuatur perfectione, ad quam naturaliter est inclinatus, ignire .n. est maxima perfectio in ipso igne, & ignis est ad ipsam ordinatus actiuè se habendo, ergo si priuatur tali actione, vt actiuè se habens, violētiam patitur, quia vt sic priuatur perfectione sibi naturaliter, & vt tale competente, ita de aqua dicendum est, & dum dixit Sco. cit. in 2. quod accidit naturali, vt moueat se ad proprium locum, & quod habeat formam ab hoc, vel ab illo agente, loquitur Sco. de forma, & perfectione illa, quatenus respicit principium pasiuum, & quatenus est perfectio illius, hoc .n. modo accidit principio pasiuo, quod sibi inducatur ab hoc, vel ab illo agente sua forma naturalis, non verò de perfectione illa, quatenus est perfectio principij actiui, intrinseci ipsius mobilis naturalis, certè si ego vellem defendere hanc partem de principio actiuo non ad inuenirem meliorem distinctionem, & magis Sco. conformem, hac modo supradicta.

Accidit agen. q moueat se quomodo.

Resp. ex Sco. 2. d. 2. q. 10. E, & inf. F, cum vt ex dictis in

in probat. p. concl. quotiescumq; aliquid priuatur &c. violentiam patitur accepta violentia, pro eo quod est contra inclinationem passiuam ipsius mobilis neg. quod .s. omne carens aliqua perfectione sic violentiam patiatur, accepta violentia pro eo quod contrariatur, & opponitur agenti à proposito, & libero conc. quod naturaliter determinatum ad agendum, si impediatur ab actione quodāmodo dicatur violentiam pati, hoc modo .s. quia non agit, quando vellet agere, sicut agens liberum, quod impediri non potest, cum sit liberum, vt inquit Sco.4. d.29.q.p. B, ideò dicitur violentiam pati oppositam agenti libero; sicut .n. datur 2. naturalitas .s. opposita violento, quæ solum attenditur penes principium passiuum, & naturalitas opposita libero, & agenti à proposito, & hæc attenditur penes principium actiuum, ita pariter dari potest duplex violentia: vna, quæ opponitur naturalitati, quæ attenditur penes principium passiuum, & hæc est quando mobile recipit formam contra suam inclinationem, altera, quæ opponitur naturalitati, quæ attenditur penes principium actiuum, estque quando principium determinatum ad agēdum ab aliquo indeterminato, vel libero detinetur, & suspenditur ab actione, tunc dicitur pati violentiam, quia cum sit naturaliter determinatum ad agere impeditur, ne agat, quādo autem in præsenti loquimur de natura, quod solum dicatur de principio passiuo, loquimur de natura in ordine ad proprias formas, quas naturaliter in se recipit, respectu quarum licet actiuè se habeat, non tamen dicitur naturaliter illas recipere, quatenus actiuè se habet, & in se ipsa illas causat, neque motus ad illas, vel quies sub illis dicitur naturalis, quatenus actiuè illas respicit, sed solum, quia recipiuntur conformiter, & iuxta inclinationem passiuam ipsius mobilis, hinc dicit Arist.2. Phy. tex. 3. natura est principium, & causa mouendi, & quiescendi in eo, in quo est per se primò, & non secundum accidens, ratio autem actiui nō reperitur per se in eo, quod mouetur, sed per accidens tantum, & propter hoc nos in præsenti loquimur solum de natura, quæ attenditur penes prin-

Quæ naturalitas principiū actiuum, & quæ penes passiuū.

2. Violētia.

principium passiuum, & hoc etiam innuere voluit Arist. 2. Phy. tex. 13. vbi dicit formam esse magis naturam, quam sit materia, & reddens rationem huius dicit, quia beneficio formæ natura generat sibi simile, loquitur inquam ibi Arist. de natura, quæ opponitur libero, & indeterminato, quo modo forma dicitur magis natura, quã materia, quia forma est magis determinata, quam materia, cum ipsa sit indifferens ad omnes formas, & hæc natura, vt dixi, sumitur à principio actiuo, non passiuo, & licet forma det etiam inclinationem passiuam determinatam ipsi mobili, & hac etiam ratione dicatur magis natura, quam materia, & si non sit tam passiua veluti est materia.

Forma magis natura materia.

Contr. & probo, quod ratio actiui in eo, quod per se mouetur, non se habeat per accidens, sed omninò per se, magisq; per se, quam ratio principij passiui, & consequenter lqouendo de natura, quatenus est in eo, quod mouetur in ordine ad proprias operationes, etiam dicatur de principio actiuo sic, quod nutritur, & augumentatur per se mouetur, & tamen augumentatio, & nutritio sunt operationes per se essentialiter dependentes à principio actiuo, vnde si potẽtia nutritiua, & augumentatiua non concurrerẽt per se actiuè se habendo ad generationem, & augumentationem carnis, talis augumentatio, & nutritio, non esset per se nutritio, & augumentatio, sed solum iuxta positio carnis ad carnem, vt docet Sco. 2. d. 8. q. vn. F, vbi dicit, quod si Angelus assumeret corpus non posset in illo exercere opera vitalia veluti sunt augumentatio, & nutritio, sed vera mixtio, si ipse Angelus illi corpori assumpto aliquid aliud adderet, ergo &c.

Resp. ex Sco. cit. ibi inf. C, nutritionem, & augumentationem per se dependere, & essentialiter à principio actiuo ratione, qua sunt motus naturales, quibus mobile illud mouetur neg. quia si à solo Deo talis caro, quæ per nutritionem habetur carni præexistenti adderetur, adhuc tale mobile naturaliter moueretur ratione, qua sunt operationes vitales cõc. quæ non recipiuntur, vt Sco. ibi dicit, *nisi in composito ex organo saltim perfectè mixto, & ex*

ani-

anima, in quantum habet potentiam perfectiuam, & hoc non est verum de omni operatione vitali, nam intellectio, & volitio (saltim secundum candidiores Scot.) non essentialiter dependet à suo principio actiuo, sed omninò per accidens principium actiuum se habet, quapropter si intellectio, & volitio producerentur in intellectu, & voluntate à Solo Deo, adhuc intellectus, & voluntas vitaliter operarentur, quia operatio vitalis consistit in tendentia in obiectum, non verò in producere, neque in recipere operationem vitalem, Deus.n.intelligit, & vult & tamen non recipit, nec verè producit; dicit tamen Sco. cit. ibi; quod dantur aliquæ operationes, quæ consistunt in verè agere, veluti operationes vegetatiuæ, & hæ possunt consistere in productione sola, & essentialiter dependere a principio actiuo, quæ sunt actiones de genere actionis, & per terminum illarum potentia non operatur vitaliter, veluti per intellectionem, & volitionem, quæ sunt operationes, & termini producti per actus dicendi, & volendi, quæ sunt veræ actiones de genere actionis.

Quid vitaliter operari.

CONTROVERSIA DECIMASEPTIMA.

An cessante actuali dependentia effectus creati ad propriam causam, restet in ipso alia relatio, qua actualiter referatur ad causam.

Qvia cum respectu creaturæ habentis esse à Deo, vt à quo habet esse possunt concurrere plures respectus, vt docet Sco. quol. 11. §. *de secundo art.* videlicet ad non esse immediatè præcedens, qui respectus cum non sit ad terminum positiuum, non dicitur simpliciter realis, alius ad idem esse, vt præhabitum, vel ad idem, vt cum alio priori coexistens, qui respectus neque dicitur simpliciter realis, quia est eiusdem ad se ipsum, respectu cuius non datur respectus realis, saltim respectus causæ; quia enim idem aliquando immediatè succedit suo non esse, & opposito contradictorio, sicut est in instanti generationis, in quo res accipit esse, aliquando non succedit immediatè non esse, sed potius sibimetipsi, vt prius habito, cum fieri, & conseruari creaturæ in ordine ad primã causam sit quoddam continuum fieri, & propter hoc in ipsa fundantur supradicti respectus, & licet creatura solum in primo instanti, in quo incipit esse dicatur creari, & fieri, quia tunc solum connotat respectum ad non esse immediatè præcedens, importatum à creatione

Cũ resp. depend. plures resp.

Eiusdem ad se nõ est resp.

ne

Quid creatio.

ne, ſemper tamen reſtat idẽ formaliter reſpectus dependentiæ ipſius creaturæ ad Deum, licet non ſemper ſit verum dicere creatura creatur, vel producitur in eſſe, quia creari vltra dependentiam ipſius creaturę ad Deũ, connotat alium reſpectum, qui eſt ſolum pro illo inſtanti, hoc tamen non euenit de effectibus creaturarum, qui ſolum dependent ab illis in eſſe, & non in conſeruari, & ſolum eſt verum dicere pro illo inſtanti effectus accipit eſſe à ſua cauſa, hinc oritur difficlutas inter Scotiſtas, an effectus creatus vltra relationem actualis dependentiæ, & actualis productionis, quam habet ad ſuam cauſam in fieri, adhuc tali relatione ceſſante fundet ad ipſam cauſam aliam relationem realem, mediante qua ipſe effectus, quaſi per modum habitus dicatur ab illa cauſa dependens, an potius in ipſo effectu remaneat ſola ſimplex denominatio extrinſeca, qua dicatur fuiſſe productus, vnde pro veritatis &c.

Notandum eſt primo ex Scot.4.d.13.q.p.G,&4.d.43.q.5.infr.I, & nos diximus controu.13.an Potentia receptiua, & ſubſtentificatiua in materia diſtinguantur not. actionem, & paſsionem abſtrahere à motu, & mutatione, & vt ſic abſtractæ aliquid aliud à ſola ratione relationis imbibere, videlicet relationem actionis, & paſsionis, cum iſti reſpectus ſint omninò inter ſe realiter diſtincti, vt clariſsimè habet Scot. ibi, licet oppoſitum dicat Pont. in Log. diſp. 15. de relatione num 64. dicens inter producens,& productum non dari aliquam relationem diſtinctam ab ipſa actione productiua,& paſſione ipſi actioni in producto correſpondente, nam licet ſubiectum nõ præcedat tempore formam, ſed ſolum natura, poteſt tamen illam formam ab agente naturali recipere inquit Sco.4.d.43.cit. I,& in primo inſtanti materia ſolum habebit reſpectum producti ad Deum producẽtem, qui reſpectus eſt intrinſecus adueniens, hoc eſt neceſſariò ſequens ad extrema, in ſecundo inſtanti naturæ habebit alium reſpectum ad Deum, vt ad inducentem formam in ipſa, qui reſpectus eſt extrinſecus adueniẽs, & accidit omninò materiæ, nam poterat Deus perpetuò conſeruare materiam ſine om-

Quid formaliter actio, & paſsio.

omni forma, & consequẽter sine tali respectu, qui respectus inducentis, vel imprimentis ad inductum, vel impressum adhuc est sine respectu mutationis, cum supponatur priuationem non præcessisse in subiecto, vel in materia introductionem illius formæ inductæ, vel impressæ, quæ tamen priuatio debet in materia tempore præcedere, ad hoc vt subiectum dicatur mutari, cum ergo agens creatum ex Scot. 4. d. 13. cit. F, dicat respectum ad terminum productum siue totalem, qui dicitur totum productum, siuè partialem, qui dicitur forma inducta, vel educta, & ad subiectum illius formę, quod est passum, seu transmutatum, & isti respectus sunt omninò inter se realiter distincti, quia primi .s. producẽtis ad productum, vel educẽtis ad eductum sunt intrinsecus aduenientes, secundi verò .s. imprimentis ad impressum, vel inducentis ad inductum, seu subiecti ad formam sunt extrinsecus aduenientes; habent pariter terminos distinctos, quia respectus producentis ad productum respicit ipsum terminum productum, qui terminus essentialiter dependet, & accipit esse á sua causa, *& hoc simpliciter, secundum suum esse sicut simpliciter accipit esse, respectus autem transmutabilis, ad transmutabilem non est simpliciter dependentis secundum esse, transmutabile enim secundum suum esse simpliciter concurrit vt concausa, nec accipit simpliciter esse ab ipso, sed tantum accipit esse secundum formam, quæ inducitur, respectus etiam producti, & inducti patet quod sint alij, & si vterq; sit dependentis à producente, quia illud primo dependet, quod à primo accipit esse, & hoc est productum, illud secundario, vel per accidens dependet, quod secundario accipit esse, & hoc est inductum, vel eductum*, hæc Scot. cit. in 4. quibus verbis manifestat clarè huiusmodi respectus .s. productionis, inductionis, actionis, & mutationis esse inter se distinctos realiter, primò enim aliquid producitur, postea inducitur, & accidit ipsi quod inducatur, vel educatur, cum forma quælibet possit à solo Deo produci, & postea in materia induci, productio verò est omninò essentialis, & intrinseca ipsi producto, vel formaliter, vel æquiualenter, si à solo Deo esset producibilis.

Quid ad mutat.

Sc-

Secũdo not. eſt ex Sc. quol. 4. §. *dico tamen* in producente, ſiue in relatione productionis poſſe iſta conſiderari videlicet producens naturaliter, producens ſimile in natura, & producens incõmunicabiliter exiſtens, & patet quod ſecundus modus eſt determinatior primo, quia generans ſimile in natura in minus ſe habet, quam generans naturaliter abſolutè, & tertius modus eſt determinatior ſecundo, quia in minus ſe habet generans incommunicabiliter exiſtens, quam generans ſimile in natura, & tamen omnia iſta de pluribus prædicantur, quia generans incõmunicabiliter exiſtens prædicatur de hoc generãte incommunicabiliter exiſtente, & ſic de alijs, quæ ſunt magis vniuerſalia, & hæc differentia ſupradicta competit generanti, ſeù relationi generationis ſecundum indifferentiam, alio tamen modo poteſt conſiderari huiuſmodi relatio ſecundum poſſibilitatẽ, vel actualitatem, ſeu completionem, & determinationem, ſicut. n. generans poteſt conſiderari, vel vt generatiuum, ſeu vt habens aptitudinem ad generandum, vt potens generare, & vt actu generans, ita relatio generationis poteſt conſiderari, pro vt importat relationem aptitudinis ad generandum, ſecundo modo pro vt importat relationem proximæ potentiæ ad generandum, tertio modo, quatenus importat actualem relationem generationis, & dependentiæ ipſius effectus à cauſa, & omnia iſta in creaturis ex natura rei, & præter opus intellectus diſtinguuntur inter ſe, generatiuum .n. diſtinguitur à potẽte generare, quia primum dicit aptitudinem præciſè inſpectam, ſecundum ideſt potens generare dicit potentiam proximam, potens generare differt ab actu generante, & actu generans differt ab illo, qui genuit, & qui genuit differt ab illo, qui habet genitum ſibi coexiſtens: in Diuinis tamen omnia iſta ſunt omninò idem, quia generatio in Diuinis eſt ſub ratione perfectiſsima, & actualiſsima, vt Sco. quol. cit. G, H, R, & S, imperfectionis .n. eſt in generatione, quod ſemper non ſit in ſumma actualitate communicationis naturæ, ideò in aptitudine, & potentia imperfectionis eſt ſeparare potentiam ab

Generãs, & gene rat. q ot modis.

ab actu, & in actu imperfectionis est non habere semper secum correlatiuum existens, seu genitum, & ideò in creaturis admittuntur generationes, vel productiones, sub istis imperfectionibus, in Diuinis autem minimè, ideò semper generatio Diuina est coniuncta, cum actu semper habet genitum sibi coexistẽs, & in actualissima ratione generationis; his &c.

Dico Primo respectum productionis, eductionis, realiter distingui à respectu actionis, & transmutationis, concl. est Sco. cit. in 4. d. 13. q p. G, & d. 43. q. 5. inf. H, & Mastrij tom. p. met. d. 6. q. p. art. 5. num. 47. est tamen con. Pontium in log. disp. 17. q. 3. Probatur nam primi duo respectus .s. eductionis, & productionis sunt intrinsecus aduenientes sequentes naturam extremorum absolutè præcipuè respectus producti ad producẽs, respectus verò educti ad educens non sequitur absolutè naturam extremorum, nam quælibet forma potest immediatè à Deo produci, & tunc in tali casu fundaret respectum producti, non tamen educti, quia licet iste respectus sit intrinsecus aduenie ns, non habet tamen pro termino formam inspectam secundum suum esse absolutum, hoc .n. modo solum est terminus productionis in sua formalitate, & vniuersalitate inspecta, sed formam naturaliter productam, seu in subiecto, seu ex subiecto eductam, hoc .n. modo posito termino, secluso quocumq; alio eductio resultat, & in forma, & in materia, quia implicat intelligere formam naturaliter produci, & non educi de subiecto, vel induci in subiecto, respectus autem actionis, vel transmutationis sunt respectus extrinsecus aduenientes, *quia benè possibile est*, inquit Sco. 4. d. 13. cit. G, *actiuum, & passiuum esse etiam approximata, & tamen non habere istum respectum, quod agens sit illud, à quo transmutatur, nec illud ab ipso transmutaretur, vtpotè si est aliquod impediens actionem, ergo actio cum sit respectus extrinsecus aduenĩes, vt prius est deductum, erit habitudo agentis ad passum transmutatum*, si ergo respectus actionis, vel transmutationis potest à Deo impediri, ne resultet positis omnibus præ requisitis ad eiusdem relationis resultantiam, relatio verò productionis, vel edu-

Resp. educti quomodo formam.

eductionis minimè sequitur, quod isti respectus realiter inter se distinguantur, & sint alte ius rationis, præterquam quod per respectum actionis, & transmutationis agens respicit, & refertur ad subiectum, per respectum verò eductionis, vel productionis refertur ad terminum productum, vel eductum, qui cum sint termini omninò diuersi, & distincti, consequenter debent esse diuersæ, & distinctæ relationes, quia eadem relatio non potest plures terminos præcipuè adæquatos respicere, vt omnes Scot. affirmant, insuper de facto dari potest respectus actionis, passionis, & productionis, & tamen non dari respectus transmutationis, si in materia simul cum sua productione produceretur forma sibi coeua, tunc in tali casu daretur actio, & pasio, non transmutatio, quia in ipsa materia priuatio talis formæ non præcesisset tempore ipsam formam, quæ tamen præcesio priuationis ad transmutationem requiritur ex Scot. cit. in 4. d. 43. q. 3. infr. H, & I, cum transmutari, seu mutari sit aliter se habere nunc, quam prius, & ly *aliter* secundum Sco. nunc cit. supponit transitũ ab opposito ad oppositum, *quia aliter, & aliter præsupponunt entitatem*, vt dixit Arist. 5. met. tex. 17. ex quo manet confutata resp. Pontij cit. dicentis, quod sicut datur duplex productio, vna de prædicamento actionis, quę tamdiù manet, quamdiù manet res illa in fieri, & quamdiù actualiter res illa, quæ fit dependet à sua causa, altera, quæ est de prædicamento ad aliquid, & præsupponit priorem, & ista tamdiù manet, quamdiù manent extrema, siuè res actualiter dependeat in esse, siue non, ita (inquit ipse) causa educens, vel inducens duplicem dicit eductionem, vel inductionem, vnam quæ tamdiù manet, quamdiù res est in fieri, aut quamdiù actu dependet ab educente, vel inducente, alteram, quæ ad illam sequitur, & manet quamdiù res educta, vel inducta existit in rerum natura, siuè illa res dependeat à sua causa, siuè non, ex quibus relationibus prior eductio est extrinsecus adueniens, posterior verò intrinsecus, & de ista posteriori loquitur Scot. modo cit. quæ si detur, hoc probandum est eisdem prorsus rationibus, quibus probatur

Eadem relatio non plures terminos.

Quid trasmut.

Resp. Pontij reprobata.

tur dari filiationem, & Paternitatem in Patre, & Filio cessante actuali dependentia vt infra, tollitur inquam, & reprobatur responsio hæc, quia Scot. ipse cit. dicit quod potest dari actio, & passio sine vlla transmutatione, vel mutatione, vt in casu suprapositio, quod materia simul creetur cum forma, quod tamen esse non posset, si actio, & passio non distinguerētur realiter à mutatione, vel transmutatione, sic.n.in nullo casu possent separari; quod verò dicit de duplici eductione, vel inductione, & quod prima eductio est respectus extrinsecus aduenlens, secunda verò intrinsecus est manifestè contra Scot. modo cit. vbi loquitur de eductione actuali, & actione actuali, & dicit primam esse intrinsecus aduenientem, secundam verò .i. actionem actualem esse extrinsecus aduenientem *ex hoc, confirmatur per Philosophum 5. met. qui definit potentiam actiuam esse principium transmutandi aliud inquantum aliud, sicut autem potentia actiua est principium transmutandi, ita actio, quæ est actus potentiæ actiuæ erit transmutatio alterius.i.passi inquãtum alterdtum est, duo autem alij respectus.s. productionis, vel inductionis, seù eductionis, & hoc, siue actiuè, siuè passiuè, pertinebunt ad genus relationis propriè dictæ, quæ sunt intrinsecus aduenientes,* ita Scot. in 4. d. 13. q.p. infr. G, modo certissimum est Scot. ibi loqui vniformiter de actione, & transmutatione, ac de eductione, & inductione, & tamen actio, & transmutatio solum in fieri consistũt, cum solum res dicatur fieri, & transmutari pro illo instanti pro quo dependet, & fit, & cum hoc tamen dixit primum respectum .s. actionis, & transmutationis esse extrinsecus aduenientem, secundum verò .s. inductionem, vel eductionem esse intrinsecus aduenientem, idem repetit 4. d. 43. q. 5. infr. N. Conf. ex Sco. p. d. 8. q. 4. *§. ad quæst. resp.* quotiescumq; aliqua secundũ suas formalitates considerata vnum non includit formaliter alterum in nullo se formaliter includunt, & hæc est potissima ratio Scot. qua probat distinctionem actualem attributorum in Diuinis, sed respectus actionis, transmutationis, eductionis, & inductionis in suis abstractissimis rationibus consideratis non se mutuò formaliter includunt, imò sunt

om-

omninò separabilis, ergo huiusmodi rationes in quocunque inferiori conseruabunt, maior est Scot. cit. min. probatur si per impossibile agēs creatum ex subiecto aliquo educeret formam in se ipsa existentem, & postea reuniret illam subiecto, in productione illius formæ esset respectus productionis, & eductionis, quia fieret dependenter à materia, vt supponitur, & tamen pro illo tunc non esset respectus actionis, passionis, inductionis, & transmutationis, cum pro illo instanti agens non agat, neque inducat formam in materia, sed solum huiusmodi respectus aduenirent, dum agens reuniret illam formam materiæ, ergo respectus actionis, transmutationis &c. non est idem cum respectu eductionis, tunc enim illam reuniendo ipsi subiecto verè dicitur in illud agere, & verè illud transmutari, & pati illam formam recipiendo, & ab illa informato, cum priuatio eiusdem formæ præcesserit (ex suppositione) tempore introductionem formę, & tamen agens tunc non diceretur educere, neq; producere illā formam, sed solum inducere, si ergo supradicti respectus sunt inter se separabiles signum euidens est secūdum formalitates suas non se formaliter includere, hinc Sco. 4. d. 13. sup. G, cit. dicit respectum educti, & inducti esse alium, & alium, quia respectus eductionis respicit formam, seù terminum productum, quatenus accipit esse simpliciter, inductio verò respicit ipsam formam, quatenus recipit esse secundum quid, seù vnitum.

Dico secundo in producto trāsacta productione actuali, & dependentia, quam effectus in fieri à sua causa, remanere in dicto producto aliam relationem actualem permanentem, & intrinsecus aduenientem, vt in natura intellectuali, vel sensitiua filiationem, & in causa Paternitatem, tenendo filiationem esse habitudinem producti naturaliter ad naturaliter producens similis in natura intellectuali, vel sensitiua, d. qua Sco. 3. d. 8. q. vn. §. *ad quæst. ergo*, & non solam extrinsecā denominationem concl. est Sco. cit. & quol. 4. §. *com. ista arguitur*, & §. *ex istis patet in* Lich. eodem quol. §. *sequitur* 3. *art.* & §. *isto art.* & Tattar. eodem in loco est tamen con. Pontium cit. Mast.

Relatio permanens in effectu.

tom.p. mat.disp.6.q.p.art.5. num.47. & in log. disp.8.q. 10. art.2. Probatur ex ipso Sco.3. cit. inf. D, si filiatio non prædicaret aliquid reale de præsenti de ipso filio, sed solum de præterito, adeò quod esse filium nihil aliud dicat nisi fuisse genitum, ita quod filius dicatur ille siue in re, siue in intellectu, qui aliquãdo fuit genitus, sequeretur filium non posse non esse filium, etiam dato, quod Deus annihilet existentiam, siue Filij, siue Patris, & adhuc æqualiter Sanctus Ioannes diceretur Filius Zebedei, quia quod fuit nõ potest non fuisse, neq; plus realitatis diceret filiatio de filio existente, quam nõ existente, & Pater ita, & æquali modo esset Pater primi Filij, ipso primo Filio mortuo, ac sic Pater secundi, ipso viuente, quod tamen Sco. habet pro inconuenienti 3. d.8.q. vn. inf. B, vbi in Patre respectu plurium filiorum ponit plures paternitates, quia destructo vno filio adhuc remanet Pater respectu secũdi filij; idem repetit litt. F, vbi dicit, quod licet in Patre sint plures Paternitates, non tamen sequitur, quod sint plures Patres, quia ad multiplicationem concretorum, non solum requiritur multiplicatio formarum, verum etiam suppositorum, quæ omnia facile euitaret Sco. si non poneret in causa, & in effectu aliam relationem ab illa, quæ fuit in actuali dependentia, & in fieri, quę relatio se habet per modum permanentis, & per modum habitus, similiter in 4. d.43.q.p. in fine quæst. vbi quærit an idem naturaliter possit reparari loquẽdo tam de absoluto, quam de respectiuo, & habet infrascripta verba, *& cum arguitur, quod illa vnio fuit interrupta, dico, quod interruptum potest redire idem numero, & non tantum absolutum, sed respectus si extrema eius redeant eadem numero, credo. n. Beatam Virginem habuisse eandem relationem ad Filium post passionem, quam habuit ante Christi passionem, & tamen fuit interrupta, & in morte Christi propter destructionem termini, & in morte Mariæ propter destructionem fundamenti*, & licet Sco. dubitatiuè in hoc loco loquatur vt patet per verbum illud *credo*, dubitatio non est de esse filiationis, quasi quod absolutè non affirmet maternitatem in Matre non dicere, vel prædicare aliquid rea-

Esse filiũ dicit aliquid.

Idem naturaliter reparatur.

Maternitas eadẽ redit.

reale, vt patet ex verbis ipsius, sed solum dubitatio est an talis relatio realis, vel Maternitas redierit eadem numero cum illa, quæ prius inerat Beatæ Virgini ante mortem Christi, cum non sit de ratione totius, vel alicuius termini, vt ponatur in esse eadem prorsus productione, vt habet ipse Sco. modo cit. & 2. d. 20. q. 2. B, vbi affirmat idem numero indiuiduum potuisse seiunctim produci a duabus causis totalibus, nec sibi determinare causam necessariò.

Idem seiunctim à duabus causis.

Dico tertio, quod ista actio, qua causa dicitur, vel denominatur causare, seu producere (quæ causatio, vel relatio est simpliciter necessaria ad hoc vt effectus, vel causa tales denominentur, cū effectus, & causa sua præcisa entitate etiam cum connotatione effectus non possit sine tali relatione appellari, & denominari causa, & effectus effectus, quia denominatio realis non datur sine forma denominante, entitas autem absoluta causæ, & entitas effectus etiam cum connotatione ad non esse immediatè præcedens possunt esse non existente tali denominatione, dato quod effectus, qui modo productus est ab A, fuisset productus à B) non est media inter entitate causæ, & entitatem effectus, sed potius subsequitur ad entitatem absolutam causæ, & ad entitatem absolutam effectus, hæc concl. est Sco. p. d. 35. q. vn. L, vbi dicit, quod *non potest esse aliqua relatio in causa naturaliter, antequam absolutum sit ad quod debet esse ista relatio, & ita intelligo quod in primò instanti est A, sub ratione absoluti, in secundo est B, sub ratione absoluti habens esse pro A, in tertio B, refertur ad A, sub ratione absoluti si est relatio non mutua, vel A, & B, referuntur relationibus mutuis,* & tamen clarum est Sco. ibi loqui de relatione causæ, nam quærit ibi, quomodo creaturæ producantur per intellectum in esse possibili, idem repetit p. d. 43. q. p. C, loquens de respectu in sequente potentiam actiuam, dicit, quod non est aliquis respectus prior ex parte causę, quam ex parte causati, sed ipsum causatu est ab ipsa causa sub ratione absoluti, & ipsum causatum sub ratione absoluti, & postea in tertio signo sequitur respectus in causato ad causam, & in 4. signo respectus causæ ad causatum.

Ad causã relat.

Relat. sub. e. quam.

Resp. causæ, & effect. simul nat. quomodo.

quod tamen debet sanè intelligi, nò quod respectu primò sit in effectu, quam in causa, cum illi respectus causæ, & effectus sint simul natura, imò hoc dato, quod .s. sit prior respectus in effectu, quam in causa generatio passiua in Diuinis esset prior (saltim origine) ipsa generatione actiua, dicitur ergo respectus in effectu prior quia est vniuersalior, nam in omni effectu resultat talis relatio effectus, non tamen in omni causa resultat relatio causæ, vt patet in Deo in ordine ad creaturas, ita explicat Lich. ex quibus, manet confutata resp. Pont. nu. 42. tenentis oppositum de relatione constituente terminum, veluti est relatio actionis, vel productionis, per quas in esse ponitur terminus, & cum huiusmodi relationes necessariò prærequirantur ad sui productionem, & vt in esse ponatur debent illum terminum præcedere inquit Pontius, patet inquam esse falsam, & con. Sco. nam omnis relatio depēdet à fundamento, & termino, cumq; actio, & passio sint simul natura, si actio præcederet terminum pariter, & passio, & ita passio, quæ educitur de potentia sui subiecti, & termini præcederet ipsum terminum, hoc idē docuit Sco. 2. d.p. q.2. infr. D, dum dicit, *cum igitur dicis, quod quia causa dat esse, ideò effectus recipit esse, & non è conuerso, dico, quod si intendas per ly, quia reduplicationē relationis in causa, vel aliquam realitatem nouam in causa, siuè relatiuam siuè absolutam propositio est falsa si autem intelligas reduplicare actum primum causæ, quæ præcedit naturaliter causatum, illo modo propositio est vera, absolutum.n. in causa naturaliter præcedit causatum*, clarissimè ergo Sco. dicit quamlibet relationem creatam subsequi ad terminum, quia nulla relatio creata est constitutiua termini secundum esse simpliciter sui, quia secundum tale esse à termino dependet, sed solum secundum esse accidentale, & secundum quid, videlicet secundum esse relatiuum, quod non est ita de relatione Diuina in ordine ad Diuinas personas, quarum esse simpliciter, & essentiale ipsarum, (vt ita dicam) est à relationibus Diuinis, neq; relationes ipsæ ab ipsis terminis dependent.

Resp. Pont. reijcitur.

Relatio termini secundū esse accidentale.

Dico quarto inter Primā, & secundam Personam Diuinam

uinam vnam solam dari relationem productionis, & generationis actiuæ concl. est Sco. quol. 4. §. *de tertio art.* vbi dicit *vnica, & sola est vnius ab vno perfecta origo, & hoc intelligendo originem actiuam vnicam à Parte originantis, & vnicam passiuam à parte originat, licet hæc & illa sint quodammodo duæ* probatur relatio originis inter primam, & secundam Personam dicit perfectam relationem originis secundæ personæ à prima, ergo est solum vnica originatio, antecedens est clarum, nam relatio in Diuinis; licet non dicat perfectionem, non dicit tamen imperfectionem ex Sco. quol. 5. quia in Diuinis ex natura rei non ponitur, neq; admittitur aliquid dicen imperfectionem, probatur consequentia; illa non est perfecta originatio vnius ab alio, quæ circumscripta nihilominus ipsum esset originatū, sed si inter primam, & secundam Personam non esset vnica sola originatio, sed duæ originationes actiuæ, vna illarum circumscripta, & nullo posito gerente vices illius, adhuc originatū esset originatum per illam aliam originationem, ergo illa non esset perfecta originatio, eò quia illa non censetur perfecta originatio alicuius, qua circumscripta, & nullo posito gerente vices illius, adhuc originatum esset originatum, & ita qualibet illarum circumscripta originatum esset, & ita per nullam per se originaretur. Nec valet dicere vnam non posse circumscribi manente altera, eò quia, vt inquit Sco. cum quælibet illarum supponatur perfecta, & adæquata, & sufficiens ad ponendum originatum in esse; aliter si non esset perfecta, & quælibet totalis, & adæquata, quælibet esset imperfecta, & inadæquata; quod non admittitur in Diuinis, quia sic originatio diceret imperfectionem, cum ergo quælibet sit adæquata, & totalis non implicat vnam circumscribi manente altera, insuper implicat idem duabus originationibus; & adæquatis poni in esse, quia per vtramq; originatum totum esse, quod potest recipere ab originante haberet, & adæquatè, & ita totum suum esse adæquatè, & totaliter haberet per A, pariter, & adæquatè idem esse haberet per B, & ita neutra originatio per se esset, sed ab ambabus per accidens, nam cir-

cum-

Vnic. relat. originis p. au 2.

Origi- natū non duabus originat.

cumscripto per possibile, vel impossibile, quod ab A, non recipiat esse per se, adhuc cum originatum totum suum esse adęquatè recipiat à B, ipsum originatum esset, & si non sit per se originatum ab A, & ita A, non esset per se originans, & dans esse ipsi originato, ita dicendum de B, circumscriptò quod originatum non dependeat per se à B, adhuc esset ab A, quia per se originatur, & adæquatè ab illo, & ita B, non esset per se originans, quapropter originatum à neutro per se originaretur, quæ est ratio fundamentalis, qua probat eundem effectum esse non posse à pluribus causis totalibus coniunctim.

Contr. Primam concl. instat Pont. cit. sic implicat intelligere relationem de genere actionis, & actionem transmutatiuam, & non intelligere aliquid in subiecto per illam actionem transmutato, & per eandem actionem inductum, vel eductum, ergo actio, qua aliquid transmutatur, nō distinguitur realiter ab actione, qua aliquid educitur, vel inducitur in subiecto transmutato, sed si aliquo modo distinguuntur, debent solum ratione distingui non realiter, ergo &c.

Resp. ex Sco. cit. implicare intelligere aliquod subiectum transmutari, & non intelligere aliquid in eodem subiecto produci, seu induci, vel ex ipso educi, quasi quod illi respectus sint omninò idem realiter neg. ob essentialem inclusionem vnius respectus in altero conc. licet .n. productio, vel eductio dari possit sine transmutatione, si forma v.g. quæ producitur, vel educitur, extra subiectum educeretur, vel produceretur, non potest tamen dari transmutatio, quin detur eductio, seu productio, vel vt melius, quin detur terminus eductionis, vel productionis, cum non possit transmutans aliquid transmutare, nisi per terminum productionis, vel eductionis, per actionem .n. transmutatiuam inquantum transmutatiuam nihil producitur in transmutato, quia ipsa actio transmutatiua (vt docet Scot. 4. d. 43. q. 5. inf. H, cit.) respicit potius subiectum transmutatum per ipsam actionem transmutatiuam, quam terminum productum; eductio verò respicit terminum productum, & inductio respicit terminum non productum, & accipientem

Transmut. non sine educt. nomo-eo.

Actio trāsmut. nihil produc.

tem esse simpliciter, sed secundum quid tantum, & vt in materia inductum, quapropter dicit respectum inducentis ad inductum, ideò non est inconueniens aliquando relationem extrinsecus aduenientem, qualis est actio, & passio, necessariò, & indispensabiliter resultare, vt eueniret in casu posito dato .s. quod forma sit educta, vel producta in subiecto, tunc.n. in tali casu necessariò resultat passio, & actio, quia ponitur aliquid aliud à fundamento, & termino ipsarum relationum extrinsecus aduenientium, vt docet Lich. quol. 11. *in solut. ad instantias con.4.dictum*; poneretur enim forma in materia, & non solum materia, & forma, quæ sunt termini præcisè relationis extrinsecus aduenientis.

Relat. ext. aduen. necessariò.

Contr. ex Scot. quol. 13. *§. ad ista* habet actionem aliquando diuidi, vt æquiuocum in sua æquiuocata, quo sensu etiam operatio dicitur actio grãmaticaliter, & hoc modo actio non habet terminum per ipsam productum, aliquando verò vt superius in sua inferiora, seu vt vniuocum in sua vniuocata, & hoc modo actio est verè productiua termini, & est actio de genere actionis.g.si ad actionẽ de genere actionis requiritur, vt per ipsam terminus producatur, quapropter Scot. cit. infra BB, dicit *omnis autẽ actio de genere actionis, vel est productiua termini, vel eductiua, vel inductiua* dicitque ibi, quod cum potentia actiua (secundum Philosophum 5. met. tex. 13.) sit potentia transmutandi aliud inquantum aliud, & passio sit transmutatio ab altero, inquãtum altero, actio, & passio non sunt operationes, quia operatio non habet terminum, sed benè transmutatio, tam actiua, quam passiua, quæ est semper ad terminum accipientem esse per ipsam, ergò si per actionem de genere actionis, & per transmutationem necessariò producatur terminus, & inter producens, & productum non sit, nisi vnus terminus accipiens esse, non potest pariter esse, nisi vnica relatio productiua, vt modo dicebamus cõcl. vlt. cum Scot. quol. 4. *§. de tertio art.* quia vnius originati, seu producti vnica est sola originatio, & productio adæquata.

Quid ad act.

Resp. omnem actionem, vel transmutationem esse eductiuam, vel productiuam

ter-

termini, loquendo de actione, & transmutatione, quatenus sunt distinctæ relationes ab ipsa productione presuppositiuè conc. formaliter neg. agens enim non potest trāsmutare, & agere in passum nisi præsupponat terminum productum (vt docet Lich. quol. 17. *§. de tertio principali*) quia tamen actio, (vt docet Sco.4. d.13.q.p.H) multoties etiam sumitur vt coincidit cum productione, & vt est relacio de relationis genere, de ipso hoc modo loquendo potest concedi, quod habeat formaliter terminum productū, vel eductum.

Contr. actio de actionis genere formaliter de illa loquendo non est ipsa relatio de genere relationis, adeò quod agens per ipsam non refertur præcisè ad passum in ratione præcisè relatiui, & correlatiui, vt simile refertur ad sibi simile, sed solum in ratione talis relatiui, scilicet in ratione agentis, sed implicat aliquid referri ad aliud in ratione agentis, & illud in ratione passi, quin tale agens aliquid in tali passo producat, ergo agens secundum rationē agentis producit, vel saltem inducit terminum in ipso passo, & ita actio secundum suam formalitatem non distinguetur ab inductione, vel eductione.

Resp. ex Sco. quol. 13. cit. & ex 4. d. 13. pariter cit. actionem secundum rationem formalem actionis semper in passo debere aliquid supponere eductū, vel productum inducere, cum implicet aliquod aliud transmutare, nisi aliquid inducendo, vel producendo, secundum quod alterum se habeat, vnde dicit Sco.4. d.13. q.p. inf. R, quod inferius, veluti est generare in ordine relatiuorum non est præcisè superius, quia est superius cum aliqua differentia addita, sicut homo non est tantum animal, sed rationale animal, ita dico, quod generare non est relatio absolutè, sed talis relatio, idest relatio productiua, negamus tamen actionem non distingui realiter ab ipsa eductione, vel inductione, eo quia, vt docet Scot. 4. d. 43. q. 5. infr. H., inductio formaliter respicit vt proprium, & formalem terminum sui ipsum terminum inductum, quia est respectus inducentis ad inductum, actio verò non respicit terminum inductum, sed potius ipsum passum per ipsum terminum inductū alterum se

Infer. nō est præcis superius.

Quid inductio formaliter.

se habens, ideò proprium correlatiuum, seu terminus proprius actionis, secundum quod actio est ipsum passum alteratum, & terminus inductionis, secundum quod inductio est ipse terminus, quo alteratum alterum se habet; itaque cum habeant diuersos terminos, licet sint inter se necessariò connexæ, & non possit dari actio de genere actionis, quin simul detur inductio, non tamen sequitur quod sint eædem relationes realiter.

Actio, & induct. cõnexæ.

Contra secũdam Conclusionem arguitur si præter generationem actualem, & dependentiam, quam habet effectus ad causam esset danda alia relatio realiter distincta, videlicet in Filio Filiatio, & in Patre Paternitas, quæ relationes importent per se entitates reales, & non potius simplices denominationes desumptas ex dependentia iam præterita eiusdem effectus à causa, quæro; vel tales relationes fundarentur absolutè in entitatibus A, & B, idest causæ, & effectus, vel in illa actuali dependentia ipsius B, ab A, non primum, quia hoc modo posito A, & B, in esse in A, esset relatio Paternitatis, & in B, relatio Filiationis, etiam dato, quod B, fuerit immediatè productus a Deo non concurrente ipso A, hæc sequela patet, quia positis extremis alicuius relationis intrinsecus aduenientis necessariò, & indispensabiliter resultat talis relatio, vt docet Sco. 4. d. 13. q. p. G, & d. 43. q. 5. H, cum hæc sit differentia relationis intrinsecus aduenientis a relatione extrinsecus aduenientе, non secundum, quia cum illa dependentia actualis effectus a causa iam transierit, non potest esse fundamentũ, neq; conditio necessaria ad fundandam relationem realem permanentem, ens enim reale non præexigit ad sui esse id, quod non est.

Resp. ex Sco. quol. 4. §. *ex istis patet* generationem actiuam esse quodammodo priorem in creaturis ipsa Paternitate, quod dictum Sco. sanè est intelligendũ (inquit Lich. eodem quol. §. *in isto articulo*) quia in eodem instanti, quo genitum habet esse, est Filius, si est naturaliter genitus, & si est similis in natura intellectuali, vel Sensitiua, & Generans est Pater, Generatio ergo actualis, seu dependentia non dicitur prior Paternitate, quasi quod in eo-

dem proſſus inſtanti, in quo genitum cōcipitur genitum, non concipiatur etiam Filius, & generans Pater, ſed quia relatio filiationis, & Paternitatis non reſultat in genito, niſi poſito, & completo toto termino generationis, quapropter dicitur Paternitatem, & Filiationem ſupponere generationem actualem, ſeu dependentiam effectus à cauſa, vt præuiam diſpoſitionem, quæ generatio actualis non fundatur in natura abſolutè, hoc enim modo manentibus illis entitatibus maneret generatio actualis, ſed ſolum in natura, quatenus actualiter depēdet in eſſe à ſua cauſa, Paternitas verò, & Filiatio fundantur in tali natura ſic per generationem actualem habita, cum ergo pro illo inſtanti genitum dicatur verè generari, & generans verè generare, & ſolum pro illo inſtāti dicatur, oportet neceſſariò ponere in illis formas, quibus ita verè, & independenter ab intellectu dicantur, cum denominatio in ſubiecto prouenire non poſſit, niſi ab aliqua forma, ſimiliter tranſacta generatione actuali A, dicitur verè genuiſſe, ſeu Pater dicitur verè Pater, & Filius verè Filius, ergo pariter in illis debet remanere aliqua forma realis, ratione cuius ita dicantur.

Diff. in Sco.

Generatio ſupra quid fundetur.

Supra quid Paternit. & Filiatio.

Contr. ideò in inſtanti generationis in entitate abſoluta A, reſultat relatio actualis productionis, vel generationis ex Sco. 2. d. p. q. 2. infr. D, cit. & p. d. 3. q. vn. & d. 43. q. vn. vt 3. concl. dictum eſt, quia abſolutum B, dependet, & recipit eſſe ab ipſo abſoluto A, ſed trāſacta actuali generatione, ſeù dependentia actuali pro illo generationis inſtanti, durante entitas abſoluta B, non amplius dependet ab entitate abſoluta A, ergo non eſt neceſſe, vt inter illas entitates reſultet aliqua relatio per modum permanentis, ideò enim inter Deum, & creaturam datur relatio actualis, & habitualis dependentiæ, quia eſſe creaturæ eſt in actuali depēdentia, & in continuo fieri, & conſeruari à Deo, quod nō eſt ita de eſſe vnius creaturæ reſpectu alterius, vt docet Sc. quol. 12. *§. de ſecundo art.* F, ergo &c.

Reſp. ex Sco. quol. 4. cit. & 3. d. 8. q. vn. cit. neg. conſequentiam, nam aliter, & alio modo reſultat in A, cauſa relatio actualis productionis,

nis, ac resultet in ipso A, relatio productionis per modum permanentis, seu relatio Paternitatis, & in B, relatio Filiationis, nam relatio actualis generationis fundatur in tali natura A, solum pro illo instanti, & quatenus dat esse ipsi B, Paternitas verò, & Filiatio fundatur in illa natura, & entitate absoluta quatenus B, tali, & tali modo recepit esse ab ipso A, ita quod supponit (modo supra declarato in prima responsione) actualem dependētiam ipsius B, ab entitate ipsius A.

Contr. illa relatio prodnctionis per modum permanentis resnltans in illis entitatibus transacta generatione actuali, videlicet Filiatio, & Paternitas (si darentur) est relatio de genere productionis, & in genere dependentiæ, cum in nullo alio genere relationum poni possit, ergo cum transacta generatione actuali inter A, & B, nulla sit prorsus dependentia, neq; pariter erit necesse ponere inter illas duas entitates huiusmodi relationes dependētiæ Paternitatis scilicet, & Filiationis ergo &c.

Resp. ex Sco. 3. d. 8. q. vn. inf. D, & E, Filiationem, & Paternitatem resultare in entitatibus A, & B, non quatenus actualiter in illis supponunt manere dependentiam vnius entitatis ab alia, sed solum quatenus supponunt vnam entitatem huiusmodi actualem dependentiam ad alteram entitatē habuisse, vt intelligatur quod, B, sicut in fieri aliter se habuit ad A, à quo accepit esse, quam ad D, ad quod nullam habuit depēdentiam, ita pariter, & in esse permanenti debet aliter, & aliter se habere ad ipsum A, à quo dicitur accepisse esse, quam se habeat ad D, respectu cuius nullam fundauit relationem in fieri, etenim fieri rei debet vniformiter loquēdo ipsi esse permanenti eiusdem rei correspondere, nec potest, dici filius per simplicem denominationē derelictam ex actuali generatione, & dependentia, quia hoc modo, etiam B, non existente, & ab intellectu concepto æquè B, inlelligeretur Filius ipsius, A, ac quando est actualiter existens, & A, æquè intelligeretur Pater, cum B, vt sic conceptum, ita verè fuerit ab A, genitum, ac fuerit quādo erat existens, imò non posset (etiam spectata Dei omnipotentia, res alio mo-

dem prorsus instanti, in quo genitum cōcipitur genitum, non concipiatur etiam Filius, & generans Pater, sed quia relatio filiationis, & Paternitatis non resultat in genito, nisi posito, & completo toto termino generationis, quapropter dicitur Paternitatem, & Filiationem supponere generationem actualem, seu dependentiam effectus à causa, vt præuiam dispositionem, quæ generatio actualis non fundatur in natura absolutè, hoc enim modo manentibus illis entitatibus maneret generatio actualis, sed solum in natura, quatenus actualiter depēdet in esse à sua causa, Paternitas verò, & Filiatio fundantur in tali natura sic per generationem actualem habita, cum ergo pro illo instanti genitum dicatur verè generari, & generans verè generare, & solum pro illo instāti dicatur, oportet necessariò ponere in illis formas, quibus ita verè, & independenter ab intellectu dicantur, cum denominatio in subiecto prouenire non possit, nisi ab aliqua forma, similiter transacta generatione actuali A, dicitur verè genuisse, seu Pater dicitur verè Pater, & Filius verè Filius, ergo pariter in illis debet remanere aliqua forma realis, ratione cuius ita dicantur.

Diff. in Sco.

Generatio supra quid fundetur.

Supra quid Paternit. & Filiatio.

Contr. ideò in instanti generationis in entitate absoluta A, resultat relatio actualis productionis, vel generationis ex Sco. 2. d. p. q. 2. infr. D, cit. & p. d. 3. q. vn. & d. 43. q. vn. vt 3. concl. dictum est, quia absolutum B, dependet, & recipit esse ab ipso absoluto A, sed trāsacta actuali generatione, seu dependentia actuali pro illo generationis instanti durante entitas absoluta B, non amplius dependet ab entitate absoluta A, ergo non est necesse, vt inter illas entitates resultet aliqua relatio per modum permanentis, ideò enim inter Deum, & creaturam datur relatio actualis, & habitualis dependentiæ, quia esse creaturæ est in actuali depēdentia, & in continuo fieri, & conseruari à Deo, quod nō est ita de esse vnius creaturæ respectu alterius, vt docet Sc. quol. 12. *§. de secundo art.* F, ergo &c.

Resp. ex Sco. quol. 4. cit. & 3. d. 8. q. vn. cit., neg. consequentiam, nam aliter, & alio modo resultat in A, causa relatio actualis productionis,

nis,

nis, ac resultet in ipso A, relatio productionis per modum permanentis, seu relatio Paternitatis, & in B, relatio Filiationis, nam relatio actualis generationis fundatur in tali natura A, solum pro illo instanti, & quatenus dat esse ipsi B, Paternitas verò, & Filiatio fundatur in illa natura, & entitate absoluta quatenus B, tali, & tali modo recepit esse ab ipso A, ita quod supponit (modo supra declarato in prima responsione) actualem dependētiam ipsius B, ab entitate ipsius A.

Contr. illa relatio productionis per modum permanentis resultans in illis entitatibus transacta generatione actuali, videlicet Filiatio, & Paternitas (si darentur) est relatio de genere productionis, & in genere dependentiæ, cum in nullo alio genere relationum poni possit, ergo cum transacta generatione actuali inter A, & B, nulla sit prorsus dependentia, neq; pariter erit necesse ponere inter illas duas entitates huiusmodi relationes dependētiæ Paternitatis scilicet, & Filiationis ergo &c.

Resp. ex Sco. 3. d. 8. q. vn. inf. D, & E, Filiationem, & Paternitatem resultare in entitatibus A, & B, non quatenus actualiter in illis supponunt manere dependentiam vnius entitatis ab alia, sed solum quatenus supponunt vnam entitatem huiusmodi actualem dependentiam ad alteram entitatē habuisse, vt intelligatur quod, B, sicut in fieri aliter se habuit ad A, à quo accepit esse, quam ad D, ad quod nullam habuit depēdentiam, ita pariter, & in esse permanenti debet aliter, & aliter se habere ad ipsum A, à quo dicitur accepisse esse, quam se habeat ad D, respectu cuius nullam fundauit relationem in fieri, etenim fieri rei debet vniformiter loquēdo ipsi esse permanenti eiusdem rei correspondere, nec potest, dici filius per simplicem denominationē derelictam ex actuali generatione, & dependentia, quia hoc modo, etiam B, non existente, & ab intellectu concepto æquè B, intelligeretur Filius ipsius, A, ac quando est actualiter existens, & A, æquè intelligeretur Pater, cum B, vt sic conceptum, ita verè fuerit ab A, genitum, ac fuerit quādo erat existens, imò non posset (etiam spectata Dei omnipotentia, res alio mo-

do se habere, vt semper, & æquali modo B, non esset Filius; & A, æqualiter Pater, quæ tamen omnia videntur absurda.

Contr. tertiam concl. instatur ex Sco. quol. 4. §. *ad argum. principale*, vbi dicit in Diuinis primam entitatem incommunicabilem esse generationem actiuam, & nihil aliud supponere nisi memoriam perfectam, & p. d. 28. q. 3. inf. F, & L, vbi pariter dicit generationem actiuam origine præcedere suppositum Filij, seu eius correlatiuum, cum generatio actiua sit ratio constitutiua suppositi Patris in esse relatiui in ordine ad Filium, sed hoc omninò idem sequitur de relatione productionis, vel causationis in creatis, quia ipsa est, qua causa constituitur in esse causæ, & in esse relatiui in ordine ad suum correlatiuum, nempè effectus, ergo sicut entitas absoluta causæ, vt fundamentaliter causa præcedit entitatem effectus, vt fundamentaliter effectus, vt etiam concedit Sco. d. 28. q. 3. F, modò cit. ita relatio causalitatis, qua causa dicitur formaliter causa debet præcedere origine, licet sint simul natura causalitatem positiuam effectus, vt etiam concedit Sco. in probatione concl. cit. ergo relatio causæ non subsequitur, sed potius antecedit effectus entitatem.

Generatio actiua præcedit Filium.

Resp. ex Sco. cit. in p. & 4. d. 13. q. p. infra R, & eodem quol. 4. cit. non esse parem rationem de originatione actiua in Diuinis, & de relatione productionis in creatis, eo quia originans, & originatum in Diuinis secundum suum totum esse proprium, personale, & hyppostaticum est totum a relatione Diuina constituente, cum relatio constituens illa Diuina supposita, nihil proprium prorsus illorum suppositorum possit supponere, sed solum Diuinā essentiam, vt Sc. ipse quol. 4. cit. cum illæ relationes sint primæ entitates incommunicabiles, ideò generatio actiua totaliter præcedit suum correlatiuum origine, in creatis autem correlatiuum non solum recipit à causa esse relatiuum, verum etiam esse simpliciter, & absolutum, & ideò vt dicebamus in argumento originatio actiua, licet præcedat origine correlatiuum secundum esse correlatiui, licet sit simul natura cum illo, non præcedit tamen illud secundum

Generatio in Diuinis supponit nisi memoriam.

Relat. actiua origine pas-

dum esse absolutum, à quo ipsa originatio, vt à termino essentialiter depēdet, & causatur, & hoc ne detur circulus in prioritate, & posterioritate in essentialiter ordinatis, vt optimè docet Sco. p. d. 30. q. 2. infr. G.

Cōtr. hæc est causalis, ideò entitas absoluta effectus ponitur in esse à causa, quia originatur, & producitur ab ea, ergo non solum entitas absoluta causæ præcedit entitatem absolutam effectus, verum etiam ipsa originatio actiua, & respectus causę pręcedit entitatem effectus, per entitatem enim præcisè inspectam causæ, vel effectus non ponitur, nec originatur effectus ab ipsa causa; vt patet, si talis effectus esset productus ab alia causa, ergo vt talis causa dicatur originare talem effectum debet aliquid mediare inter entitatē causæ, & entitatem effectus, ratione cuius talis effectus ponatur in esse, seu dicatur originari, & pēdere à tali causa.

Resp. ex Scot. 4. d. 13. q. p. infr. P, vel ly, *quia originatur* reduplicat rationem formalem principij, seu rationem formalem principiandi, & hoc modo neg. quod hæc propositio sit causalis, ideò accipit esse, quia originatur, accepto originari formaliter, quod originari formaliter acceptū, cū sit relatio, nō potest esse ratio alicui principiandi, si ly, *quia* reduplicat rationem proximam idenominandi conc. quod sit causalis, & sic nihil aliud probat, nisi, quod illa relatio originis actiua pręcedit origine relationem passiuam originati, estq; causa illius, vt modo dicebamus, & docet Scot. p. d. 30. q. 2. inf. G, non verò quod precedat illud esse absolutum ipsius originati, hoc idem habet quol. 4. inf. F, & idem affirmat etiam Lich. eodem quol. *§. respondeo ad omnes instantias* ad tertium.

Contr. impossibile est aliquòd (præsertim finitum) transire de nouo à contradictorio in contradictorium sine aliqua mutatione intrinseca sui, quia hoc modo non posset assignari ratio, cur modo hoc contradictorium magis verificaretur, quam ante, sed dum causa producit effectum transit de contradictorio in contradictorium, quia de non producente fit producens, ergo debet dari ex parte causæ aliquod, ratione cuius ignis v. gr. dicatur modo producens, & non ante,

te, & hoc esse nequit nisi ipsa causatio, ergo &c.

Resp. causam transire de contradictorio in contradictorium per nouã vnionem, & applicationẽ ad effectum, seù ad subiectum, maximè de causa naturali loquendo, vel si simul producantur, & per aliquod tempus ipsa causa suspendatur à productione talis effectus, adeò quod in secundo instanti non dicatur producens, & postea dicatur producens, hoc solum fit per applicationem concursus ipsius causæ, & per subtractionem impedimenti, videlicet Dei sinentis illam causam naturalem agere, quam prius impediebat, vt supponitur.

Contr. quartam cõclusionem arguitur: dictum est secunda concl. generationem actualem distingui à Paternitate, eò quia generatio se habet ad Paternitatem, veluti fundamentum, & præuia dispositio, vt dicit Arist. 5. met. tex. 20. vbi dicit quod Pater dicitur Pater quia genuit, & Filius dicitur Filius, quia genitus, ergo sicut fundamentum non est omninò idem relationi, sic neq; relatio eadem fundamento, ergo inter primam, & secundam Personam in Diuinis datur duplex habitudo, vna per modum permanentis, & quæ supponit aliam, & alia per modũ generationis actualis.

Resp. ex Sco. quol. 4. *§. ex istis patet*, hoc esse verum in creatis, non in Diuinis, vbi cum generatio sit perfectissima, & actualissima excludẽs omnem imperfectionem debet esse semper in actu, & semper habere terminum productum, imò dato opposito daretur in Deo aliquid contingens, & transiens, videlicet generatio illa actualis, quæ solum esset in fieri: distinguitur ergo in Diuinis generatiuitas, seu potens generare secundum conceptibilitatem, seù secundum rationem, non in re, vt Sco. cit. docet, & ideò videtur in intellectu, & conceptibilitate eundem ordinem seruare, qualem seruarent, si ex natura rei distinguerentur iuxta doctrinam Sco. quol. p. *§. de 2. art.* quare potest primò intelligi Paternitas sub ratione generatiuitatis, quam sub ratione Paternitatis, & actualis generationis.

Contr. quæcumque sunt idem omninò in re, quicquid conuenit vni illorum, conuenit, & alteri, dũmodò hoc solum conueniat illis secũdum

id,

id, quod importent à parte rei, vt docet Sco. quol.4. cit. N, & hoc clarum est; aliter essent eadem, & distincta, eadem vt supponitur, distincta, quia aliquid vni illorum competeret non competens alteri, sed generans formaliter non dicitur generans, & ponens in esse terminum ab ipso productum per Paternitatem, sed potius ad huiusmodi terminum iam positum in esse dicitur referri, & solum dicitur generãs, vel ponens in esse terminum per ipsam generationem actualem, ergo generatio actualis ex natura rei etiam in Diuinis distinguitur à Paternitate, cum hoc prædicatum generare solum competat generanti secundum aliquid importatum à parte rei, & non solum per intellectum, & quod generans Diuinum non dicatur formaliter per Paternitatem ponere in esse terminum ab ipso productum, sed solum per generationem; hoc similiter patet, quia si per Paternitatem secundum suam formalitatem, & vt sic præcisè inspectam poneretur in esse terminus, hoc etiam faceret Paternitas creata, iuxta regulam Sco. 1. d.8.q.4. §. *ad quæst.* quia quod competit alicui secundum suam formalitatem, & vt sic præcise inspectam competit illi in quocumq; inferiori, in quo ratio illius superioris reperitur quod est contra dicta in secunda conclusione.

Respondetur verum esse quicquid competit vni, & alteri; si sunt eadem ex natura rei, & illud non conueniat illis, nisi pro vt sunt à parte rei, quare licet Scotus p.d.5. q.p. neget hanc propositionem Deitas creat, quia de abstractis vltima abstractione abstractis nihil de ipsis prædicatur nisi quidditatiuè, & tamen primo d.8.q.3. concedit, quod Deus creat, & tamen Deus, & Deitas ratione solum differunt, veluti concretum, & abstractum, vt docet Sco. cit. hoc inquam intelligitur solum logicè loquendo, non ex natura rei, quia sic etiam essentia esset creatrix, vt docet Lich. quolib.4 §. *respondeo ad omnes instantias* in fine, quare dicendum est Paternitatem, vt sic in communi abstractam ad creatam, & increatam præscindere ab hoc, quod est ponere, vel non ponere in esse terminum, ideò Paternitas in Diuinis ponit terminum in esse, non in creatis.

De abstractis nisi quidditatiuè.

Diff. in Sco.

Contr.

Contr. ex Sco.p.d. 8. q.4. *§. ad quæstionem* modo cit. quicquid secundum suam formalitatem, & vt sic in communi inspectum non includit aliud, in nullo inferiori illud includit, ergo si Paternitas, vt sic in communi inspecta secundum suam formalitatem non includit hoc, quod est ponere in esse effectum, vel terminum suum, neque talis Paternitas, scilicet Diuina.

Respondetur ex Lich.modo cit. ergo neque Paternitas Diuina secundum suam formalitatem respicit suum terminum, vt per ipsam ponendum in esse, si illum poneret in esse solum sub ratione conceptibili conc. sed quin ponit in esse sub ratione reali actuali, quæ cum ibi vnica, & simplicissima sit, non potest à parte rei distingui in rationem generatiuitatis, & Paternitatis, vt supra dictum est cum Sco. quolib. 4. cit. N, & §. *ex istis.*

FINIS.

INDEX
CONTROVERSIARVM,
& Conclusionum in Metaphysica contentarum.

Con-

IN-

INDEX
RERVM NOTABILIVM
In Metaphyficis contentarum.

A

B

C

Qua-

FINIS.

Errata principalia sic corrigenda.

Primus numerus pag. secundus lineam, A, primam, B, secundam indicant columnam.

VNns pro vnus 11. 36. B. neutræ pro neuter. 11. 5. B. ex pro ea. 14. 18. B. & pro ex. 17. 17. A. neq; pro nego 21. 26. A. principale pro particulare 5. 6. B. inchoate pro inchoatè 24. 37. A. lucem pro hoc 35. 11. A. qua pro quia 37. 6 B. acceptum pro acceptus 38. 5 A. Scotus pro Scoti 43. 15. A. quia, licet, postponitur ad, nec nō entia 44. 15. B. ex pro etiam 56. 4. A. additur sic dici res ad verbum intētiones 56. 5. A. nam pro nam 62. 27. A communes pro communis 63. 3. B. contracto pro contracto 69. 31. A. additur aliud est 71. 15. A. effectui pro effectiuè 53. 23. A. actu pro actus 90. 20. B. ad ipsam pro ipsum 94. 30. A. illnd pro illud 96. 17. A. fit pro sit ibid. B. intellectus pro intellectu 101. 20. B. intellectum pro intellectus 105. 20. B. hoc pro habeat 111. 31. A. haberetur pro habetur 114. 13. B. est pro vt 119. 18. A. post quatenus additur non 132. 28. B. apparent pro appareat 133. 4 A. inferat pro inferat 135. 16. B. nequeat pro queat 143. 21. B. dicit pro dicitur 149. 4. A. dicentes pro dicentis 156. 10. A. & tēdendo pro extendendo 158. 22 B. cōfusi pro confusè 165. 14. A. creatura pro creaturas 174. 10. A. intellectu tu pro intellectum 177. 34. A. inpotentia pro in potentia 183. 17. B. ereatam pro creatam ibid. lin. 29. illlo pro illo 184. 31. B. supiā pro supra 185. 9. B. post ex positiuo addatur & negatiuo 189. 5. A. Pater pro pater 193. 1. B. adicali pro radicali 199. 26. A. generet pro generaret 209. 19. A. eadem pro eodem ibid. lin. 20. in pro ex ibid. lin. 27. fnbstantiales ijdem pro substantiales eidem 213 37. A. nunc pro non 216. 27. decifion s pro desitionis 188. 16. B. quado pro quando 189. 32. B. este pro esse 196. 32. B. intensiorē pro intensionem 217. 34. B. substantiali pro substātialis 219. 18. A. in vnum pro non 222 7. B. inciperet pro incipere 226. 3. A. qđ pro quid 226. 27. A. ab pro ad 226. 31. B. & pro ex 235. 3. B. quæ pro quia 235. 18. B. & pro ex 237. 15. B. ante non additur aliud non 244. 9. B. quam pro quæ 245. 8. A. remissio pro remissior 218. 16. B. sit pro sit 25 . 9. B. ac pro hac 252 22. B. & pro ex 254. 23. B. dieendo pro dicendo 257. 12. B ad intellectionem pro ab intellectione 258. 6. A. post corpus additur pro 260. 12. A. post passio additur partium ibid. lin. 34. & dele totius, cum ergo post parentesis deletur 262. 32. A. post omnibus additur ponitur 270. 34. B. est pro sit 273. 26. A. perfectum pro perfectus 296. 24. B. si pro sic 278. 7. A. post

sibi

sibi deletur non 279.9.B.tali pro totali 285.12 A. est pro accidens 289.7. B. videat pro rideat ibid. lin. 29. difficlutas pro difficultas 299.18. A. dependet pro dependenter 303.12.B. post sua causa additur dicit 305.18.B. sic pro sit 306.25.A. relationis pro actionis 312.15.A. fieri pro fieri 315.20.B.